# AVREA PRACTICA HVBERTI DE BONACVRSO I. C. PRAECLARISSIMI.

Acceſſerunt vtiliſſimæ additiones Antonij de Tremolis I. C. Clariſſimi.

*Opus ſanè quotidianum in Iudicijs verſatile, Patronis cauſarum perneceſſarium, Adiecit ſiquidem idem Tremolis ſexcenta ferè ſingularia Praxim totam redolentia.*

In hac editione præter mendas innumeras correctas, adiecta ſunt Summaria & Index copioſus.

ELB. GYMN. BIBL.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote. M. D. LXXXIII.
Cum Priuileg. Cæſ. Maieſt. ad Sexennium.

Michael Fabricius Mariæburgen. Boruſs.

Constat 35 gr. Ao 1613

BIBLIOTEKA ELBLASKA
581

# EIVSDEM DE TREMOLIS ad Lectorem Hexaſtichon.

*Deterſa Huberti maculis præludia cunctis*
*Conſpice, quæ legum dogmata ſacra colis.*
*Iuris Cæſarei ſunt hîc monumenta priora:*
*Queis reus actoris pellere tela poteſt.*
*Addita ſunt ter mille illis legalia ſenſa,*
*Per de Tremolis Iuris amator habe.*

Ob. 6. II. 3442

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI, AC DOMINO, DN. Franciſco de Claro monte, S. Romanæ Eccleſiæ tituli S. Stephani in Celio monte Cardinali digniſsimo, Anthonius de Tremolis cum omni veneratione Salutem.

*SOLENT Reuerendiſsime Pater, Illuſtriſsiméque Princeps, qui munus ſcribendi ſuſcipiunt ea, quæ cuderint, & in rerum quandam molem redegerint, præſtantiſsimis & celebratiſsimis viris dicare, à quibus vitam ſpiritumq́; exhauriant, quorumq́; authoritate & patrocinio in medium erumpere, & hominum conſpectibus ſe audeant præſentare, authoribúſque ipſis inde nomen creſcat & gloria. Hinc iuris Pōtificij fons vberrimus & interpres locupletiſsimus, Ioan. Andr. cantatiſsimum illud, quod nouellam appellauit, opus Bertrando, Hoſtienſi Epiſcopo, dicauit, hinc Bald. ille Peruſinus iuris Cæſarei alterum iubar, quem nil ignoraſſe ſcribentes noſtri perſæpè teſtantur, egregia illa & propemodum diuina in vſus feudorum commētaria Ioanni Galeam Inſubrum Duci, ſub cuius ditione tunc Papiæ legens degebat, conſecrauit. Sic Archidiaconus Bononienſis ſuum in decretum Roſarium Sabirenſi epiſcopo, ſic Felin. Sandeus ſua inde reſcriptis cōmentaria Oliuerio Neapolitano Cardinali: Itidemq́; alij alij ſuas vigilias ſuaq́; ſcripta dedicauêre. Horum itaque adoranda veſtigia imitatus, cùm ſuperioribus annis mihi in celeberrima tua Antonienſi Academia iura ciuilia & canonica profitenti opus vetuſtiſsimum præludiorum, & exceptionum domini Huberti de Bonacurſo titulo prænotatum,*

*ad hæc vſque tempora maligno fortunæ errore occultatum & ſepultum, in manus incidiſſet, ad materiarumq́ ciuilium ex vtriuſque iuris interpretibus multa & varia, quibus authoris ipſius (cui tunc temporis apprimè ſtudebatur) miræ breuitati conſultum eſſet, delegiſſem, delectaq́ per additiones ſuis locis contexuiſſem & ordinaſſem, illam locupletem & in iudicijs præ cæteris verſatilem exceptionum materiam, in quendam quaſi manipulum colligendo, in mentem ſolus veniſti, à quo mea ſcripta ſeu verius tranſcripta rudis formæ & ineffigiata vitalem auram ſpiritumve aſſumere poſſent. Tu inquam ſolus, quem ſummus ille opifex & totius orbis plaſtes omnibus naturæ, fortunæq́, ac gratiæ bonis ita abundè donauit, vt quæ ſuperioribus antiſtibus, & retrò Principibus per partes præſtitit, pleno, vt aiunt, cornu in te vno cumulauerit. In te quippe (vt à primis ordiar) ſumma in Deum religio. Tu Deiparæ virginis Mariæ ac Sanctorum omnium aſsiduus ſanctificator & cultor. Tuam nobiliſsimam ac prudentiſsimam genitricem ab antiquiſsima omniq́ nobilitate conſpicua Amboſiana domo originem trahentem, fratres, cæterosq́ cognatos apprimè veneraris, & colis. Tu iuſtitiam æquitatemq́ ita ſedulò obſeruas, vt ius ſuum vnicuiq́ illæſum tribuas: vt nullus gratiæ, nullus odio, nullus fauori, quæ humanum ſolent peruertere iudicium, apud te locus eſſe poſsit: quo fit, vt aurea illa priſca ſecula, ad has, quæ ſub tua ditione ſunt, terras rediiſſe credantur. Non enim à potentioribus (vt prius factum vidimus) tenuiores peſſundantur, aut vlla ex parte opprimuntur. Non furta aſsidua, non rapinæ, non homicidia, non adulteria, non ſtupra & inceſtus, cæteraq́ id genus flagitia perpetrantur. Et ſi quando perpetrari contingat ita ſeuerè per tuos, quos probos diligis, magiſtratus puniri iubes, & facis, vt vnius pœna & ſuppliciū cunctis pauor & metus exiſtant:*

quo

*quo nihil conducibilius, nilve laudabilius in Principe inueniri poteſt. Summa, tibi in rebus agendis prudentia, in aduerſis, quibus altiſsimus dominus ſuos velut in fornace aurum probat, ſumma conſtantia & inuicti animi fortitudo, diuinarum & humanarum literarum, imprimis quoq; & Pontificij & Cæſarei iuris ſcientiã ita calles, vt ſapientia è cœlo deſcendiſſe te docuiſſe credatur. Tanta eſt ingenij vis, vt in iure (quod lubens facis) publicè reddendo noua quæq; dubia, nouosq; iuris nodos ita ex tempore diſſoluas, vt aſtantes ſummi Iuriſconſulti ſtupeant, & tuam prudentiam admirentur, & laudent. Quodq; mirabile dictu eſt, cauſidicos ipſos coram tua Reuerendiſsima paternitate cauſarum merita pandentes, & eorum animi conceptum priuſquàm integris verbis id expreſſerint præuides, & præſentis. Præcipitationem, iuſtitiæ nouercam, ita exoſam habes, vt niſi priùs naturæ negotio digeſto, nil graue vnquàm ſtatuere viſus ſis. Iureconſultos cæterosq; literatos viros eo fauore proſequeris, vt intra pauciſsimos annos alma hæc tua Auinionenſis Vniuerſitas omniũ & Vltra & Citramontanarũ te authore præcipua futura ſit, & antiquũ decorẽ receptura ſperetur. Prætereo illam tuam generis nobilitatem, quæ meo illepido ſermone potiùs denigrari aut labefactari, quàm lucidior fieri poſſet. Prætereo item tuas animi egregias dotes, in pauperes & afflictos pietatem, in tuos ciues comitatem, in domeſticos manſuetudinem, æquanimitatemq;, in ſubditos affabilitatem, à cuius conſpectu nemo vnquàm, quantum deploratus, inauditus abire viſus eſt. Vnde fit, vt tuam abſentiam tuo populo mœſtitiã, præſentiam verò gaudium & exultationem afferre conſpiciamus & experiamur. Vnum hoc nunc à dijs immortalibus præſtari mihi vehementer exoptem, vt in explicandis innumeris tui generoſiſsimi animi virtutibus mihi ipſi ſatisfacere poſſem.*

*Qua in re ipſum quoque Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, cæteroſq́ eloquij patres, etiamſi id totos facundiæ neruos intendiſſent, ſuccubuiſſe defeciſſeq́ nõ ambigo. Suſcipe igitur Reuerendiſſime Pater, Illuſtriſſime Princeps, quo ſoles vultu, hos noſtros exiguos labores, meæq́ temeritati ac inſolentiæ, quod tantum & tantis virtutibus inſignitum virum mea rudi & inculta auſus fuerim oratione pulſare, ignoſce quæſo, & veniam da. Summum illum Iouem, qui cuncta & inferiora & ſuperiora miro ordine diſponit ſupplex oro: atque vtinam exorem, vt Neſtoreos tibi annos præſtare ſanctaq́ tua deſideria complere, & poſt huius vitæ curricula beatorum Pontificum conſortio aggregare dignetur. Vale antiſtes digniſſime & Princeps Clementiſſime. Ex tua Auinionenſi Academia.*

(.·.)

REVE

# REVERENDO PATRI,

## DN. ANTONIO DE FONTAVILLIS, S. SEDIS APOSTOLICAE PROTONOTARIO,

*Præpoſitoq; eccleſiæ Carpentratenſis, & Archypresbytero Arelatenſi digniſsimo, ac Cameræ Apoſtolicæ Carpentraten. iudici æquiſsimo, comitatusq; Venaiſsini theſaurario meritiſsimo, Anthonius de Tremolis S. P. D.*

VIGILIAS noſtras, Reuerende Pater, & æquiſsime iudex, exceptionum materiam complectens, Reuerendiſsimo Dn. noſtro Auinionenſi legato iampridem dicatas, eiuſq; Reuerendiſsimæ paternitatis conſpectibus ſine ductore ac interceſſore ſe præſentare erubeſcentes ad te prius tranſmittendas dignum duxi. Sub cuius beneuolentiæ clipeo & ductu ſecurius tanti præſulis conſpectum ſubintrare poterunt, cùm & ſecretorum ſecreta teneas, & in agendis rebus tuo cuncta ferè nutu ſalubriter & prudentiſsimè dirigantur. Tua itaque in me beneuolentia & humanitate, quibus me proſequi non deſiſtis, fretus, munuſculum noſtrum ab ipſo Reuerendiſsimo Dn. noſtro ea frontis hilaritate, qua ſolet ſuſcipi certiſsima ſpe intueor. Vale patriæ noſtræ Albienſis decus. Ex Valriaco.

Egregio viro Dno Antonio de Tremolis iuris professori: et amicorum intimo Antonius Fontavallis S.P.D.

Vigilias tuas amice frater in qb. plerasque ex intimis utriusque et Pontificiae et Caesareae censurae penetralib. congessisti Reverendissimo Dno nostro legato a te dicatas ad me nuperrime transmissas: et tuo nomine eidem Dno per me presentatas, ita hilari affectu ac sereno vultu susceptas testor: ut animum tuum ad maiora merita possit accendere. Eas itaque calcographis per te tradi imprimendas censui, et moneo: ut noverint quam te amant qui reip. consultum volunt. Vale ex Carpen.

4 Rubri

# Rubricæ titulorum huius Operis.


*De recuſationibus.* 4

*Quibus modis ſuo nomine ciuiliter agen.* 22

*De exceptionibus procuratorum: & quæ ſimplicibus procuratoribus opponuntur.* 157

*De exceptionibus quæ procura. in rem ſuam.* 163

*De exceptio. opponendis ſyndicis vel acto.* 166

*De exceptio. opponendis tuto. & curato.* 167

*De exceptio. contra actorem à tuto. conſti.* 170

*Quibus modis curato. furio. prodi.* 172

*Quibus modis examen ordinarij iudi. decli.* 174

*De impedi. & exceptio. quæ contra reſcripta & delegatos iudices opponuntur.* 198

*Quibus modis citatio impunè contemni poſſit.* 253

*De peremptorijs exceptionibus.* 272

*De exceptio. & beneficijs quæ poſt diffinitiuam ſententiam opponuntur.* 435

*De impedi. executionis & cauſis nullitatis.* 493

*De impedi. quæ impediunt compromiſſarium arbitrum iudicare & quemadmodum arbitria eludantur.* 576

# PRACTICA PRAESTANTISSIMI VIRI HVBERTI DE BONACVRSO, SVMMARIIS AC INDICE NVNC PRIMVM LOCVPLETATA.

## Præludia,[a] & exceptiones[b] domini Huberti de Bonacurſo.

### SVMMARIA.

1 Præludia dilatoriæ ſunt exceptiones proponendæ ante litem conteſtatam.
2 Exceptio quid ſit.
3 Exceptio quid differat à defenſione ſtrictè accepta.
4 Statutum prohibens facultatem opponendi exceptiones, officium iudicis pro defenſione implorare non niſi expreſsè interdicit.
5 Exceptio in perſona Rei, defenſio autem in officio iudicis inuocato reſidet.
6 Exceptio iuris & facti quid ſit.
7 Facti exceptionem ſi reo competere iudici ex actis conſtiterit, poterit eam ſupplere: in exceptionibus verò iuris non poteſt, niſi reus opponat.
8 Exceptiones intentionis quæ ſint.
9 Iudex quando poſſit actorem etiam parte non opponente repellere.
10 Iudex officium ſuum non niſi miſericorditer imploratum impartiri debet.
11 Notorium non à proponendi ſed probandi mole exonerat.

P*Ræludia.* Puto, quòd † per præludia do. Hubertus intelligat ea, quæ fiunt, & tractãtur corã iudice ante litẽ conteſtatã, & ſic dilatorias, quæ enim fiunt ante litem conteſtatam appellantur præludia, vt voluit gloſſ. not. in Auth. in med. lit. non fir. fac. for. §. fin. gloſ. 1. colum. 8. quam ad hoc allegauit Bald. in l. vna. §. ſimiliq; modo. in 2. C. de lati. lib. tol. & eam ad hoc dicit not. Iaſon in l. cùm fundus. in princ. ff. ſi cert. peta. gloſſ. tamen illa propriè loquitur de proemijs: Anto. de Tremolis iuris vtriuſque doctor.

vid. fol. 2 b *Exceptiones.* Quid autem ſit † exceptio, vt à diffinitione exordiamur, prout nos docet Cicero Officior. 1. colligi poteſt ex l. 2. ff. de except. quod eſt ius Reo competens ad elidendam excludendámve actoris intentionem. in qua diffinitione comprehendes dilatorias, & peremptorias, & exceptiones iuris, & intentionis ſiue facti.

3 Differt autem † exceptio à defenſione ſtrictè ſumpta: quia exceptio propriè eſt, quæ actionem præſupponit: defenſio non, imò ipſo iure tollit & oſtendit ius agendi actori non competere: ſed eſſe ſine actione in iudicio. Impropriè autem dicitur exceptio, cùm nullam actionem excludit. hanc differentiam faciunt gloſſ. Ioan. Andrea. Domi. de ſanct. Geminia. Phil. Franc. in c. 2. gloſſ. 3. de litiſcon. libro 6. & Specul. in titul. de except. §. 1. verſicu. defenſiones autem.

Sed ex doctrina Bartol. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Bartol. Bald. & Angel. in l. planè. ff. de petit. hæred. colligi poteſt notabilior differentia: dicunt enim, quòd

4 † ſi ſtatutum præcludat facultatem opponendi exceptiones, putà, quòd contra inſtrumentum guarentigiæ nulla niſi ſolutionis poſſit opponi exceptio, quòd tamen poterit miſericorditer implorari iudicis officium, vt actorem repellat, ne locupletetur cum aliena iactura: quia iure naturæ iniquum eſt, &c. l. iure naturæ. de regul. iur. ff. ex hoc per d. l. planè. & l. ſi illo. eod. titul.

Quod ſecundum eos procedit, niſi ſtatutum prohiberet facultatem etiam opponendi aliquam defenſionem: quia tunc iudicis officium non poſſet implorari. Ecce er-

5 gò quod volunt præfati Docto. quòd † exceptio ſit ius in perſona Rei reſidens. Sed defenſio reſideat in officio iudicis implorato.

Communis tamen vſus loquendi non facit diſcrepantiam inter exceptiones & defenſiones, vt etiam ſentiebat Franc. verſicu. & ibi alij referunt in d. c. 1. imò communis loquendi Curialium vſus in regno Francorum magis vtitur verbo defenſionis. quo dato, doctrina Bartol. præpoſita non procedet: cùm etiam in ſtatutis communis vſus loquendi propriè proponatur ſignificationi, Bartol. in l. Labeo. in fin. 1. columnn. ff. de ſupp. leg. & in l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. per Bartol. & Modern. de nou.

oper.

oper. nuncia. ff. Exceptionum † autem quædam dicuntur actionis ſiue iuris, quædam intentionis ſiue facti, vt per gloſſ. in l. 2. ff. de except. Iuris ſunt, quæ actionem præſupponunt, vt pacti de non petendo. Facti, quæ actionem actori non competere oſtendunt, vt ſolutionis: quas competenter defenſiones appellat gloſſ. in d. c. 1. & author iſte dicit magiſtraliter vocari exceptiones intentionis, cùm de facto agitur, & de facto excipitur. 1. titu. de peremp. excep. verſicul. animaduertat. 6

7 Et erit notabilis differentia inter eas, quia † in exceptionibus facti ſeu intentionis ſupplebit iudex, etiam ſi pars non opponat, dummodò ſibi conſtet ex actis talem exceptionem Reo competere. Non ſic in exceptionibus iuris ſiue actionis, in quibus reum non abſoluet ex cauſa exceptionis ſibi competentis, niſi Reus opponat & petat, etiamſi ſibi conſtaret ex actis, per doctrinam gloſſ. in l. ſi ynus. §. pactus. in ver. in pactis. & ibi Albe. & Bartol. in 7. colum. Paul. A&ſexan. in l. vlti. ff. de pact. & gloſſ. in l. vbi pactum. & ibi omnes. C. de tranſ. & Alexan. in l. vna, col. 2. C. vt quæ deſunt aduo. par. iudic. ſup. ad quod gloſſ. reputata ſingularis in l. qui cùm maior. §. ſi patris. in ver. calumnioſam. de bon. liber. ff. & gloſſ. not. in l. 1. in verſic. libellis. ff. de offic. aſſeſ. pro quo text. melior de iure ſecundum Iaſo. ibi. in l. veluti. ff. de verbor. obligat. & in proprijs terminis tenet Paul. de Caſtro. in d. l. 2.

8 Quæ autem ſint † iſtæ exceptiones intentionis, in quibus iudex poteſt ſupplere, dic quòd exceptio ſolutionis, acceptilationis, nouationis, contrarij conſenſus, reintegra. Inſtitu. quibus modis tolla. obliga. per totum. l. ab emptione. ff. de pact. Illis enim modis tollitur omnis obligatio, vt ibi.

Item exceptio vſucapionis, per quam quæritur dominium directum & vtile. gloſſ. & Baldus in l. in rebus. in verſicu. exceptio. C. de iure dot. Alexand. in additio. ad Bartol. in d. l. 2. ff. eod. oſtendit enim exceptio vſucapionis nullum ius competere aduerſario. Item ſextò, exceptio pacti de non agẽdò ex maleficio: quia per illud tollitur in totum obligatio ex ipſo maleficio deſcendens, l. ſi tibi decem. §. quædam. & ibi rationem aſſignant ſcribentes. ff. de pactis. & dicto §.

pactus. verſic. ſed ſi pactum.

Septimò, exceptio pacti de non petendo, facti ei, qui tutus erat alia exceptione, putà Macedoniani vel Velleiani. gloſſ. & Bald. in vtraque lectura Angelus, Paulus, Alexander & Iaſon in lege legitima. ff. de pactis.

Octauò, exceptio pacti de non petendo ſecuta abſolutoria: quo caſu pactum tollit naturalem obligationem: ſententia verò abſolutoria ciuilem, & ſic actori nullum agendi ius competit. Bartol. & Iaſon. in dicto §. pactus. de quibus
9 latius dic vt in locis præallegatis. His † ergò & ſimilibus caſibus poterit iudex actorem repellere etiam parte non opponente per præmiſſa.

10 Licèt regulariter ad priuatam vtilitatem † iudex officium ſuum niſi miſericorditer imploratum impartiri non debeat, l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. iuncta gloſſ. in rubric. ff. de interrogato. action.

11 Licèt etiam notorium † non releuet ab onere proponendi, ſed ſolùm ab onere probandi, per gloſſ. ſingularem reputatam, in Clement. appellanti. in verſicul. alias cauſas. de appellationib. quam dixit ſingularem & approbatam Iaſ. in l. 2. colum. 7. ff. ſi quis in ius voca. non ie. & ante eum Alexand. in dicta l. vna. colum. 1. Si ſecùs in hoc notorio reſultante ex actis, videlicet quòd actori ius agendi non competit per prædicta.

# De Recuſationibus[a]. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 In conſtructione & declinatione iudicij primum eſt de perſona iudicis inquirendum.

2 Iudex ordinarius regulariter non recuſatur: delegatus autem ſæpè remouetur.

3 Sacramenti timore litigatorum calumnia ſæpè refrenatur.

4 Delegatus à Papa poteſt iure canonum ſuam ſentẽtiam proſequi: ſecùs de delegato Principis.

5 Recuſatio, & recuſare quid ſit.

Nobili-

6 Nobilitas ſcientiæ an præferatur nobilitati generis.

7 Doctor aut Licentiatus an ſint dicendi nobiles: & an priuilegijs militum gaudeant. remiſſiuè.

8 Arbitrator etiamſi iuris ordinem ſequatur litem conteſtando, non tamen iudicium aut proceſſus habetur.

9 Calumnioſus aduerſarius an poſſit decipi per cauillationes ab eo qui iuſtam habet cauſam.

10 Mutuum ſoluens ſecretò, poteſt iuramento ſuper mutuo delato iurare, ſibi non fuiſſe mutuatum.

11 Iudicis contra perſonam prius eſt quàm cõtra libellum aut procuratoris mandatum excipiendum.

12 Exceptio iuriſdictionis & incompetentiæ prius quàm ſuſpicionis aut alia quæuis eſt obijcienda.

13 Hubertus de Bonacurſo Azonis diſcipulus.

14 Iudex ordinarius quando de iure Canonico & Ciuili vt ſuſpectus remoueri poſſit, ſic vt nec adiunctus ei dari debeat.

15 Iudex non poteſt in notorijs delictis recuſari, ſi pœna à iure ſit impoſita, non autem ſi ſit arbitraria. & quare. & num. 17.

16 Executor ſententiæ etiam ſuſpectus recuſari non poteſt.

18 Suſpicionis cauſa, ob quam Iudex recuſatur, an ſit à litigatore alleganda neceſſariò.

19 Suſpicionis cauſa coram arbitris & non coram iudice eſt proponenda & probanda.

20 Suſpicionis cauſa, ſi minus Iudicem infamet, non eſt alleganda, ſed iuramento partis de legitima ſuſpicione ſtandum eſt.

21 Arbitri cognoſcunt de cauſa ſuſpicionis de iure Canon. non autem Ciuili.

22 Ius Ciuile & Canonicum quomodo in recuſationis materia differat.

23 Suſpicio debitoris de fuga ſuſpecti, eiuſque cauſa ſummatim coram iudice probanda eſt, quod ſuſpecto etiam non vocato fieri debet.

24 Delegatus inferioris à Principe ſuam non poteſt exequi ſententiam, vt nec illius, qui vice ſua iudicauit.

25 Iudex recuſatus executor eſt ſententiæ ab electis arbitris latæ, ſuæ nequaquam, niſi Papæ ſit delegatus.

26 Delegatus à Papa ſi ſuam exequi nolit ipſe ſententiam, poteſt eam ordinario exequendam committere.

27 Delegatus à Papa quandò poſſit legatum à latere ad ſuæ ſententiæ executionem compellere.

28 Exequendæ ſententiæ facultas delegato Principis à iure conceſſa annum integrum durat.

29 Iudex in pœnis vel lege vel ſtatuto arbitrarijs poteſt vſque ad mortem vel pœnam perpetuam excluſiuè procedere, ſed non capitale ſupplicium decernere.

30 Iudex poteſt, ſed non tenetur, victum in expenſas ante litem conteſtatam factas & non petitas condemnare.

31 Iudex poteſt ex officio ſuo teſtes, ſi per partem producti obſcurè depoſuerint, repetere.

32 Iuramentum in litem ſolus poteſt differre iudex & certam, in quam iuretur, quantitatem proponere, ipſumque iuramentum, ſi velit, ſequi ex cauſa non tenetur.

33 Peremptorio effluxo poteſt partem citatam in diem ſequentem expectare, ſed non tenetur.

34 Proteſtatio, ſaluis omnibus exceptionibus dilatorijs, declinatorijs, contra delegationis reſcriptum, & contra ciuiliter agentem, & contra criminaliter accuſantem, ac contra iudicem proponendis, poteſt nō tantùm in ſcriptis ſed & ſine ſcriptura fieri.

35 Quicquid poteſt fieri in ſcriptis, poteſt & ſine ſcriptis.

36 Proteſtatio quibus caſibus in ſcriptis tantùm fieri debeat. remiſſiuè.

37 Proteſtatio de non conſentiendo in iudicem per actum ſubſequentem, niſi repetatur, tollitur.

38 Recuſatione iudicis ex cauſa ſuſpicionis propoſita, an ſic ſtatim ſuſpendatur iuriſdictio, vt ſi vlterius procedatur, proceſſus etiam ſine appellatione annulletur.

39 Appellatio emiſſa ſuſpēdit iuriſdictionem, & poſtmodùm geſta nullius ſunt valoris.

Cùm

CVm de mandato Maieſtatis Imperialis ego Hubertus
de Bonacurſo, iuris ciuilis profeſſor, legens in legibus
reſiderem in Vercellẽſi nobili ciuitate, à multisq́ meis ſocijs,
nobilitate ſanguinis & [a] ſapientia ciuilis generoſis, qui mihi a
in dictæ ciuitatis ſtudio fecerunt honorabilẽ comitatum, fo-
rem multimodè exhortatus, vt eiſdẽ opus ſub compendio com-
pilarem, per quod proceſſus litigatorum, iudicum, & arbi-
tratorum [b] legitimè valeat impediri: eorum iuſtis et prome- b
ritis precibus humiliter condeſcendi: & præludia, ſeu impe-
dimẽta legitima, ſiue exceptiones dilatorias, peremptorias [c], c
& anomalas, & beneficia legitima, opponẽdas, & opponẽda
ante litiscontestationẽ & poſt litem conteſtatã, & poſt ſen-
tentiam, et contra executionẽ, & contra appellationem tam
in ciuilibus cauſis, quàm etiã in criminalibus [d], ſub breuilo- d
quio [e], prout mihi iuris prouidẽtia miniſtrauit, fideliter com e
pilaui. Deuotiſsimè rogãs eos ne malitioſè vel ꝑ calumniã [f] f
ſeu fruſtratoriè his vtantur. † Et quanquã in conſtructione 1
et declinatione iudicij primùm ſit de perſona iudicis [g] inqui- g
rendum, vt in Summa de iudicijs, dominus meus [h] docet, h
tamen circumſpecto conſulto aduocatione primum con-
tra iudicem non opponat exceptiones, niſi promptas & expe-
ditas, & quas notiſsimas competere videat clientulo, cui pa-
trocinatur [i]: quia iudex aut eſt ordinarius aut eſt delegatus. i
† Si ordinarius, regulariter non recuſatur [k]. C. de iuriſd. 2
om. iudi. l. vlt. & C. de decur. l. curiales qui honorariã. lib. k
10. licèt eidẽ interdum propter ſuſpicionem locorum epiſco-
pus, vel archiepiſcopus aſſocietur, vt in Auth. vt differen. iu-
dices. §. ſi verò contigerit. collat. 9. Si verò eſt delegatus, cũ
magna difficultate ſæpiſsimè remouetur, et maximè ſecundũ
Mar. & Canoniſtas, qui ſuſpicionis cauſam corã iudice exi-
gunt allegari, & allegata corã electis arbitris cõprobari, vt
in extrauagan. [l] de offic. iudic. deleg. ſuſpicionis cauſa. Sed l
ſecundũ Azo. et Ioan. poteſt facillimè remoueri eo ipſo, quòd

Judicis qui cum suspecti sententia nisi recusetur, valet et tenet Jason in l. si [illegible] D. de iur. omn. jud. c. Judex ab Apostolica de Appellat.



An a delegato universali tanquam suspecto repelli possit. vid. Jason in l. fin. C. de iudiciis.

m *litigator eum ſuſpectum putat,* [m] *nulla cauſa ſuſpicionis alle-*
n *gata nec probata* [n]. † *Aequius tamē puto, quod iuret* [o] *ſe ha-*
o *bere ſuſpicionē, licèt non dicat cauſam: nā ſacramenti timo-*
3 *re ſæpè litigatorū calumnia refrenatur. C. de iu. cal. l. 1. reſpō.*

*Remanebit tamen iudex recuſatus exequutor* [p] *ad exe-*
p *quendum ea, quæ ab electis arbitris fuerunt ſtatuta & iudi-*
*cata, niſi ab electorum ſententia fuerit appellatum, vt C. de*
*de iud. l. apertiſsimi. & l. vltim. & ſic remotus iudex habet*
*executoris officium, quod antea non habebat, ſi remanſiſſet*
*iudex, & de cauſa delegata pronunciaſſet, vt ff. de reg. iur.*
*l. à diuo Pio. in princip.*

4 *Delegatus*† *tamē à Papa* [q] *iure canonum ſuam ſententiā*
q *poteſt exequi* [r] *vt in extrauag. de off. & poteſt. iu del. paſto-*
r *ralis. §. præterea poſtulaſti. & quærenti* [ſ].
ſ

*Quia, ſecundum Mar. cuius opinio maximè in foro cano-*
*nico magis viget, ſuſpicionis cauſa debet allegari, & etiam*
*comprobari. Si contigerit, quòd cauſa ſuſpicionis legitima*
*oppoſita non probetur, delegatus in delegationis permanebit*
*officio, & aduocato & eius clientulo, quæ ſuſpicionē obiecit,*
t *acerbus & ſerpentinus* [t] *inſidiator vſque ad exitum cauſæ*
*erit: ad hoc alludit C. de teſta. tu. l. fin. §. ſi verò quædam. in*
*fi. quod eſt non modicum detrimentum, cùm iudex poſsit in*
v *multis gratificari* [v], *& multa ſubijciantur eius poteſtati, poſt-*
*quàm eſt iudex. vt. ff. de iudi. l. nō quicquid. & C. quomodo*
*& quādo iud. l. 1. 2. & ff. de edil. edict. l. ediles. §. itē ſcien-*
*dum. & ff. de iur. delibe. l. 1. §. ait prætor. De meo tamen*
*conſilio eſt, quòd rhetoris & oratoris more vtens litigator,*
*& maximè aduocatus, quamdiu poteſt, ſuæ parti iudicem*
x *retineat in amicum, proteſtatione à clientulo ſuo in ſcriptis* [x]
*facta, ne videatur conſentire, ſaluis omnibus exceptionibus*
*dilatorijs, & declinatorijs, contra delegationis reſcriptum,*
*& contra ciuiliter agentem, & criminaliter accuſantem,*
y *ac contra iudicem proponendis* [y].

De

D*E Recuſationibus.* Recuſationem deffinit Specul. iſto titulo in principio & ante eum Tancre. in tract. de iur. ordi. iſto titulo quem refert. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. ibi. quòd eſt † iuriſdictionis audientiæ cauſa 5
ſuſpitionis propoſita declinatio. Vnde recuſare ſecundum Ioan. Andr. vbi ſupra poſt Ricar. eſt iudicem ſuſpectum ante lit. conteſta. proclamare: in diffinitione Specu. puto ideò dici iuriſdictionis vel audientiæ, vt oſtendat & ordinarium & delegatum etiam arbitrum poſſe recuſari. Ordinarius enim propriè habet iuriſdictionem, delegatus verò vſum ordinariè. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. & arbiter notionem tantum. l. ait prætor. in principio. ff. de re iudica. De quo videlicet, an ordinarius poſſit recuſari, dices. infrà eodem titulo, in verſiculo non recuſatur.
Secundò in eo, quod dicit, propoſita cauſa ſuſpicionis, ſentit proponendam cauſam ſuſpicionis coram iudice, de quo etiam dices infra eodem in verſicul. ſuſpectum putat. Et an ſit proponenda cauſa ſuſpicionis in ſcriptis, & quando ſit proponenda recuſatio, dices infra titulo de impedi. quæ iudi. verſicul. nouiſſimè deleg. & verſicul. ſequenti. de cauſis etiam ſuſpicionum dicetur ibid. Antonius de Tremolis.

*Sapientiæ ciuilis.* Clarè ergò innuit legum profeſſores dici a
generoſos, vnde gloſſ. Cynus, Baldus, & Salycetus, in l. prouidendum. C. de poſthu. dicunt, ſcientiam facere hominem nobilem. ad quod etiam tex. in l. 2. §. final. & ibi Bartol. not. ff. de excuſat. tutorum. & tex. & ibi aliquid per Bart. in l. 1. C. de conditis in publ. hor. libr. 10.

Dicebat etiam Cynus in l. prouidendum. C. de poſtula. quam refert Ludouicus Romanus ſingulari ſuo 646. incipient. nobilitas, † quòd nobilitas ſcientiæ præfertur nobili- 6
tati generis. & Cyn. etiam refert Bertha. in verſicul. nobilitas. vterque tamen corruptè allegat Cynum. in l. quiſquis. C. de poſt. & Cynus ſimpliciter dicit, quòd qui meruit ſua virtute nobilitatem habere, magis eſt dicendus nobilis, quàm qui ex nobili genere deſcendit. Dicit ſimiliter Salicet. in d. l. prouidendum, quòd ſcientiæ nobilitas clarificat hominem interius & exterius: ſed ſola nobilitas generis non qualificat hominem. Ideò ſecundum eum, licèt quis ex nobili proſapia vel genere deſcendat, non tamen dicendus eſt no-

bilis, niſi bonis polleat moribus. Communiter tamē cōncluditur, quòd nobilis non virtuoſus præfertur virtuoſo licèt ignobili. Sed nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili: quia data paritate virtutis, præfertur, qui eſt de meliori ſanguine. Bald. in l. nemini. C. de aduoc. diuer. iudic. & Pa. in c. venerabilis. column. 2. de præbend. dicens eleganter, quòd licèt nobilis virtuoſus ſit magis honorandus, tamen virtuoſus ignobilis eſt magis commendandus. & de nobilitate vide aliqua per Felin. in c. ſuper eo. de teſti. colum. 2. & 3. & de nobilitate quod ſit, ex quibus cauſetur, & de multis priuilegijs eius, vide latè & eleganter per dom. Pari. de Put. in tract. de re milit. & Duel. libi. 7. c. 1. & de nobilib9 non vitioſus vide quæ dixit Bald. in l. per adoptionem. ff. de adopti.

7 Et an †doctor & licentiatus ſint dicendi nobiles & vtrū militi præferantur, vide remiſſiuè per clariſſimum iuriſcon. Nyc. Boer. Chriſtianiſſimi & inuictiſſimi Francorum Regis in magno conſilio cōſiliariū, gloſſatorē cōſu. vitie. tit. 1. §. 6.

b *Et arbitrorum.* Non dixit & arbitratorum. quia † etiam

8 ſi arbitrator iuris ordinem ſeruaret litem conteſtando, & c. non tamē diceretur iudicium, vel proceſſus. ita ſingulariter dixit Innoc. in c. Quintauallis. & ibi Pa. & alij multum commendant illud dictum, de iureiuran. & dicetur infra tit. fin. in rubr. Antonius de Tremolis.

c *Peremptorias.* Quæ dicantur peremptorię exceptiones ponit idem author, infrà titulo de perem. excep. verſic. 1.

Quæ autem dicantur dilatoriæ, dices infrà titul. 1. in rub. Et quando debeant proponi & probari, dicetur inf. titul. de impe. ſeu exce. deleg. iud. oppo. verſi. & eſt ſciendum. Antonius de Tremolis.

d *Criminalibus.* Quando autem dicatur cauſa criminalis, ſiue criminaliter agi de crimine, & quādo ciuiliter, dices, infr. tit. 1. § diximus.

e *Sub breuiloquio.* Quia dominus Huber. apprime breuitati ſtuduit, nemo me de additionum prolixitate inculpabit. Malui ſiquidem & longè vtilius arbitratus ſum addendo aliqua decidere, quàm modernorum more nudas ad ſcribentes remiſſiones facere, quàm maximè, quia omnibus prę ſertim practicæ operam nauantibus (quibus noſtrum deſudat ingenium) amplam librorum ſuppellectilem habere datum non eſt. Ant. de Tremolis.

*Per calumniam* Hic cadit pulcherrima dubitatio, † vtrùm fouens iuſtam cauſam in principali poſſit ſine peccato ꝑ cauillationes & ſubturſ iagia dicere, & ſe defendere, aduerſariumque calumnioſum decipere. in quo articulo gloſſ. videtur variaſſe: quia gloſſ. in regula exceptionum obijciens. libr. 6. videtur ſentire non licere vti cauillatione: cùm reprobet illam practicam reſpondendi nego me promiſiſſe. & poſito, quòd promiſerim, feciſti pactum de non petendo: & hoc ideò, quia docet mentiri, vbi ſcientia & veritas eſt in contrarium. pro qua gloſſ. benè facit text. in c. ne quis arbitretur. & in c. omne genus mendacij. 22. q. 2. vbi nec quælibet fallacia vita hominis eſt defendenda. & quod per illum tex. voluit Hoſti. in ſumma. de peni. & re. §. quæ interrogationes. verſic. ſi quis à me quærat hominem latitantem, &c. Contrarium tamen tenent gloſſ. in c. dominus noſter. 23. q. 2. & ibi ſequitur Archi. & gloſſ. in c. cupientes. in princip. in verſi. malignantiũ. de elect. lib. 6. & ibi Dom. & alij, pro quibus eſt text. in l. cùm pater. §. Titio in cauda. ff. de lega. 2. quæ dicit ſolennem Iaſ. in §. in bonæ fidei. colum. antepen. Inſtitut. de acti. intellige ſanè, dummodò falſa probatio periuriũ vel mendacium non immiſceatur, ſecundùm Bal. in rub. C. de fide inſtrum. colum. 8. verſic. incidenter quæro. & Ioann. de Imol in c. 1. de mut. pet. & Anton. de Butr. in c. per tuas. in fin. qui fil. ſint legi. dicentem Theologos ita tenere, prout refert & ſequitur aureus Doctor Alexand. de Imol. in l. qui totam. ff. ad Trebell. & aliquid per Iaſ. in l. fin. §. ſed & ſi ſtipulator. ff. de eo per quem fac. erit. de Alexan. nullam faciens mentionem. Plus volunt Imol. & Alex. locis præallegatis, quòd etiam ſi interueniret mendacium, non tamen peccabit mortaliter, ſed venialiter tantùm ad quod Alex. ponderat text. in d. c. ne quis arbitretur. verſicul. duo verò ſunt genera. vbi mentiri conſulendo, proximo non eſt magna culpa, ſed reſiſtendo, per mendacium & cauillationes proximo meo, qui nititur à me iniuſtè exigere, ego conſulo animæ eius, ne peccatum mortale incurrat, igitur non erit magna culpa, faciunt, quæ de iniuſtè incarcerato. de Alex. III. & de quæſtio. furti poſt Dd. ponit Hyppo. de Mar. ſingula. incip. Malitijs hominum, id eſt, mortale peccatum. facit quod decidit Pet. de Anch. in reg. poſſeſſor. ver. iuxta prædicta quæro. de regul. iur. lib. 6. & Domi. in d. c. cupientes. de † illo, qui in ſecreto

(margin: f, 9, 10)

ſecreto ſoluit, & poſtmodum, qui crediderat, iterum petit, iuramētum defert, quòd ſecurè poterit iurare, qui ſoluit, quòd non fuit ſibi mutuatum, ſi ſuper mutuo iurare cogatur. Ant. de Erem.

g *De perſona iudicis.* Adde Archi. in c. nullus. 4. q. 4. dicentem prius de iuriſdictione iudicis excipiendum, quàm de mandatis procuratorum. & Bartol. in l. quidam conſulebat. colum. 2. in princ. verſic. quæro quando debeat. concludit ab initio debere opponi contra perſonam iudicis, antequàm contra libellum vel perſonam actoris apponat, aliàs videtur eum in iudicem approbare, per l. fin. C. de except. & l. ſed & ſi ſuſceperit. in princip. ff. de iudi. & idem cum Bart. ferat Bald. in l. final. C. de iudi. dicens, rectum ordinem eſſe, quòd prius opponatur contra iudicem, & prius eius perſonam legitiment perſonæ litigantium. & Ang. Peruſ. in d. l. ſed & ſi. colum. 1. dicebat, quòd recuſatio iudicis debet præmitti ante
12 alias dilatorias. Et † inter exceptiones, quæ contra iudicem poſſunt opponi, illa debet prius proponi, quæ attinet ad iuriſdictionem, id eſt, per quam negatur iuriſdictio in eod. teſte. Spe. tit. de except. §. viſo. ver. porrò. inquit enim, quòd licèt magiſtri dicant ſuſpitionem prætermittendam, tamen prius apponenda eſt ſecuris ad radicem iuriſdictionis. Hoc idem voluit Bald. poſt Recuperium de ſancto Mimiato. in d. l. fi. C. de iudi. dicens, quòd ſi quis velit opponere contra iudicem exceptionem incompetentiæ & ſuſpicionis, quòd procedere debet exceptio incompetentiæ, quæ præſupponit nullam iuriſdictionem in eſſe. Sed exceptio ſuſpitionis præſupponit iuriſdictionem, & venit ad eam elidēdum, & ſequitur Felin. in c. inter monaſterium. colum. 5. de ſenten. & re iudi. rectus igitur ordo erit prius contra iudicem, quàm contra actorem vel libellum: & prius de iuriſdictionis defectu & incompetētia, quàm de ſuſpitione opponere. Et ideò dicebat formaliter Bart. in d. l. fin. C. de exceptio. ſis cautus, quia ſi tu opponeres contra libellum vel procuratorem, non poſſes poſteà opponere exceptionem incompetentiæ iudicis, &c. & ita firmat Paul. de Caſt. in l. exceptionem. colum. fin. de probatio. C. & aliquid per domi. Aufred. in deciſi. capi. Tholo. 180. incipien. Si aliquis fuit conuentus. & ita etiam boni practici diligenter obſeruant. Antonius de Tremolis.

*Dominus meus* De Azon. loquitur qui hoc ibi dicit in §. in conſtitutione. Ex hoc itaque loco † conijce viri huius auctoritatem, quod & ex antiquioribus vnus, & vaſis electionis ac fontis legum (vt verbis vtar Baldi in l. cõtractus. C. de fide inſtrument.) id eſt, domini Azonis fuerit diſcipulus. h 13

Huius etiam doctoris meminit totius praxis pater Guilliel. Durand. in prœm. ſui ſpeculi columu. 4. verſicul. cæterum. & ibi Ioan. Andr. in addition. in verſic. plurimis ponit principium huius operis. ac etiam atteſtatur Bagarotum idē ferè per omnia opus feciſſe alterumq́; furem fuiſſe noſtri etiam Huberti. Meminit idem Specu. in titul. de exceptio. §. viſo. verſicu. ſed & opponendo, & ſequenti. & in titul. de recu. §. fit autem recuſatio. verſicul. item ſecundum titu. & titulo de actore. colum. 2. verſicul. quod ergo ſi directus. & in infinitis alijs locis eum allegat, & in teſtem citat, vtpote cuius non parua in iure Cæſareo fuerit autoritas. Quinimo Specu. ipſe opus hoc maxima ex parte in ſuum tranſcripſit. De viro etiam iſto commemorat Ioannes Andreæ in additio. ad ipſum Specul. in rubrica. de iudic. delegat. in rubr. de arbitris & arbi. in rubrica. de ſindi. de ycon. de citation. & recuſat. & alibi millies. Antonius de Tre.

*Patrocinatur.* Hoc totum pendet vſque ad verſiculum ſi contigerit. infra eodem. i

*Non recuſatur* Intellige ſecundum iura ciuilia, ſecundum quæ ordinarius non poteſt recuſari, ſed adiungitur ei epiſcopus, &c. quod tamen non ſeruatur de conſuetudine, ſed ſufficit probus homo, ſecundum Guil. de Cogno. Bald. Salic. Paul. de Caſtr. & Iaſon in Auth. ſi verò contigerit. C. de iudi. Sed de iure † Canonico etiam ordinarius poteſt recuſari tan quam ſuſpectus, per capitu. ſi quis contra clericum. de for. compet. ca. ſuſpitionis. de offic. deleg. tex. gloſſ. & ſcriben. in c. cum ſpeciali. de appellat. gloſſ. in c. ab arbitris. de officio delegati. in 6. cum ſimilibus. Et ius Canonicum ſeruabitur in ſuo foro, & ciuile in ſuo cùm non ſit quæſtio peccati. glo. & ſcriben. in c. 2. de arbitris. in 6. gloſſa. in c. 2. de regul. iur. eod. libr. per Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccl. & per eundem in l. quia poterat. ff. ad Trebell. & per Canoniſtas, in c. 1. de noui oper. nuntiat. Aduerte tamen, quod etiam iure ciuili, in quibuſdam caſibus iudex ordinarius recuſatur vt ſuſpectus, & remouebitur, nec dabitur adiunctus. Primus, ſi k 14

fuit

fuit aduocatus alterius partis in illa cauſa quo caſu alteri delegare poterit l. ſolet, cum l. ſequenti prætor. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & dicetur infrà titulo quibus modis examen. iudicijs ordinarij declina. verſ. ratione cauſæ. in verſi. aduocatus.

Secundus in caſu l. qui iuriſdictioni præeſt. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Hoc tamen caſu non delegabit, ſecundùm Alberic. & Paul. in l. Iulianus. in ſecunda. ff. de iudic. & dices in dicto verſiculo ratione cauſæ.

Tertius generalis, vbicunque eſt veriſimile iudicem non eſſe ſibi contrarium, per notã. in l. eos. in principio. C. de appellat. putà, quia fuit Iudex in prima inſtantia, & nunc eſt iudex appellationis, ſecundum Baldum, in l. apertiſſimi. colum. 1. in fine. verſicul. ſed quæro. in fin. primæ additi-

15 tion. huius colum. Adde tamen, iudicem † non poſſe recuſari in notorijs delictis: quia in notorijs non expedit ſententiare, ſed exequi & punire iuxta iuris ſententiam, nec requiritur iuris ordo. c. quoniam. de fil. presbyter. c. euidentia. de

16 accuſationib. ſed † executor non recuſatur ſuſpectus, c. nouit. in fin. & ibi omnes. de appell. Spec. tit. de recuſatio. §. 1. in fin. ergò nec iudex in notorijs procedens, de quo eſt tex. in c. propoſuit. de appellationib.

17 Sed hoc intellige, quando † pœna pro delicto eſſet à iure impoſita: ſecùs ſi arbitraria, per ea quæ dixi infrà titu. quib. mod. exac. iudi. or. decline verſi. ratione cauſæ, in addit. ſuper verſi. cauſa propria. in 3. fallen. C. de iud.

l *Extrauaganti.* Iſta decret. ſuſpitionis eſt in compilatione Gregoriana. Sed ideò vocat eam extrauagantem, quia tempore ſuo nõdum fuerant in illam compilationem ſummorum Pontificum leges per Gregorium redactæ ſeu compactæ. Antonius de Tremolis.

m *Suſpectum putat* Iſta eſt communis opinio gloſſ. & Doct. quòd de iure ciuili non ſit ſuſpicionis cauſa neceſſariò allegãda, ſecundum Bartol. Paul. de Caſtr. Alexand. in l. quia poterat. vbi Alexand. bis repetit. ff. ad Trebellian. & imprimis ibi tenet gloſſ. in verſicul. nec illud. & ſcriben. poſt eam & gloſſ. in l. apertiſſimi. gloſſ. magna. & ibi etiam Bartol. Bald. & omnes, C. de iudic. & gloſſ. in l. item ſi ſuſpectus. & ibi vide Paul. ff. de procurator. facit tex. in d. l. apertiſſi-

3 mi. in verſ. ſuſpectum iudicem putat. *Sed iure* † *Canonico*

cauſa

cauſa legitima ſuſpitionis eſt coram iudice proponenda, & poſteà coram arbitris probanda.cap.2.requiris.§.fina. & c. cum ſpeciali.de appellationib.& c.legitima.eod.tit.libr.6. cum ſimilib. Et ius Canonicum ſeruabitur in ſuo foro & ciuile in ſuo, ſecundũ Bart.in d.l.quare poterat. & dixi in pe. additionib.ſup. Sed certè conſuetudo optima legũ interpres in vtroq; foro ſeruat ius Canonicum, quò ad expreſſionẽ cauſæ ſecundum ſtipul. Aufred. in tract. de recuſat. col. i.in fi. prout etiam ſentiunt. Ioannes Fabr.in d.l.apertiſſimi. & Io. Pet.de Ferra.de declination.iuriſdictio.gloſ.in ver.rationibus.dicens † corã arbitris eſſe proponendam & probandam 19
cauſam ſuſpitionis de i iure ciuili, nõ autem coram iudice. Sed iure Can. proponendam coram iudice, & probandã coram arbitris. Iſta tamen communis & indubitata cõcluſio, quòd iure Can.cauſa ſit ſuſpitionis proponenda & probanda, limitatur. niſi † cauſa ſuſpitionis eſſet talis, ꝙ eius propo 20
ſitio non poſſet fieri ſine ſcandalo: quia nimis infamaret iudicem, & eius honorẽ ſuggillaret: quia tunc ſtabitur iuramento partis ſuper legitima ſuſpitione. vt puta ſi vellet dicere eum corriualem actoris. Ita Pa.in d.c.2.requiris.col.2.ad fi. dicens, quòd licèt nullo iure probetur, tamen eſt mulum æquum. & hoc idem vult Io. Anto. de ſancto Georg. Cardin. Alex.ibi.col.3.quod loquitur Aufre.in dicto tracta.de cu.ad fin. Antonius de Tremolis.

n *Nec probata.* Quare de iure † ciuili arbitri non cogno- 21
ſcunt de cauſa ſuſpitionis: ſed de cauſa principali. Sed iure Canonico ſolùm de cauſa ſuſpitionis, vtrùm ſit vera & legitima, non autem de cauſa principali. d. c. cum ſpeciali. & dict. c. legitima. ibi. Ioannes Andr. & Domi. Pap. & alij in dict. cap.2.requiris. & alijs iuribus ſupra adductis. Nimirum ergò, ſi de iure ciuili cauſa ſuſpitionis non ſit allegenda: & hanc rationem ſentit Baldus in dicta lege apertiſſimi. columna ſecunda. Et ſic ex præmiſſis habes † tres 22
differentias inter ius Canonicum & Ciuile, in hac materia recuſationis. Prima, quia de iure ciuili regulariter ordinarius non recuſatur. Secunda de iure Ciuili cauſa ſuſpitionis non eſt proponenda: Iure Canonico ſic: Tertia, quia iure ciuili cognoſcunt arbitri de cauſa principali. Iure Canonic. non. Non omitto, quòd etiam de iure ciuili in caſibus, quib9 ordinarius poteſt recuſari, quos dixi in apoſt.

non

non recuſatur. Secunda eo. eſt neceſſario cauſa ſuſpitionis coram ipſo iudice alleganda, Ita Alexan. de Imol. in l. qui iuriſdictioni. verſicul. 7. fallit, in fin. ff. de iuriſdictio. omnium iudic.

0 *Quod iuret.* Hoc idem dicit gloſſ. in d. l. apertiſſimi. gloſſ. mag. quam ibi ad hoc notat Bal. & dicit ibi Salic. illam gloſ. teneri ne detur materia calumniandi. & idem tenet Angelus & Alexander in d. l. quia poterat. ad Trebell. ff. Paulus tamen de Caſtro in l. item ſi ſuſpectus. ff. de procuratori. dicebat, quòd etiam iure ciuili cauſa ſuſpitionis erat alleganda & probanda, ſed quod probabitur per iuramentum. quod non puto verum ex mente glo. & ſcribentium præallegata. Aduerte tamen, quòd id, quod dictum eſt circa ſuſpicionem firmandam iuramento partis, iure ciuili procedit in ſuſpitione iudicij recuſandi.

23 Secùs autem eſſet in probanda † de ſuſpitione debitoris ſuſpecti de fuga, quem creditor vellet facere capi propter ſuſpicionem fugæ: quia talis cauſa ſuſpicionis eſſet coram iudice proponenda, & ſummatim probanda : puta quod eſt forenſis & vagabundus, & non poſſidet immobilia. l. ſi fideiuſſor. in fin. ff. qui ſatiſd. cogan. & probatione ſummaria facta, tunc ſufficiet iuramentum ſuſpitionis ipſius creditoris. Angel. l. ſi creditores. ff. de priuileg. credit. Iſta eſt doctrina Bald. in d. l. apertiſſimi. ad finem. & ibi ſequuntur Angelus Salycetus & Iaſon colum. final. dicens iſtam videri communem. Idem Baldus in l. 2. in princip. poſt gloſſ. in in verſi. ſuſpectum. ff. ſolut. matrimo. & ibi tenet latè Alexand. in 6. colum. idem Bald. in l. creditor qui res idoneum. ff. ſi cer. pe. Angel. Imol. Paul. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. per illum tex. dicentes, quòd iurante aliquem eſſe ſuſpectum de fuga, vt eum ſequatur familia pro eum capiendo, iudex non debet indiſtinctè credere, ſed debet inueſtigare coniecturas: idem vult Ang. in l. ſi ab arbitrio. ff. qui ſatiſda. cogan. tenet Alexander. in vltim. colum. & Iaſ. in l. 2. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. eod. titul. & ibi Iaſ. dicit iſtam eſſe veritatem. licèt in d. l. 2. nil firmet. Et idem vult Ange. Aret. & Iaſ. Inſtit. de act. in princ. gloſſ. in verſi. iudicio: licèt contrarium tenuerint nonnulli relati ab Alexand. Iaſ. in dictis locis & aliquas limitationes in materia vide per eundem Alex. in d. l. 2. in princ. quas, quia ſupra modũ lõgior ſum, omitto.

Non

Non tamen prætermitto, quòd in tali ſummaria probatione iudici fienda ſuper ſuſpitione fugæ non vocabitur ſuſpectus: quia inſtrueretur ad fugã, ſed poterit fieri eo non vacato, ſecundum Bart. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. credi. & alios relatos per Iaſ. in d. gloſſ. in verb. iudicio. Anto. de Tre.

*Exequutor* Licèt hoc reaſſumpſerit Specu. tit. de recuſa. §. final. verſicul. verum licet ſecundum Canones. licet etiam idem expreſſe voluerit Salyc. in l. fina. C. de iud. dicens, quòd † licèt delegatus inferioris à principe non poſſit exequi ſententiam à ſe latam, tamẽ benè poteſt exequi ſententiam per alios loco ſui latam, putà per arbitros, per illum text. quod etiam voluit Angel. Aretin. in §. præterea. in 2. column. & verſicul. ſi autem cauſa. Inſtit. de except. attamen Iaſon de May. in d. l. final. colum. 3. dicit eſſe treuſſam. quia tex. in d. l. final. non loquitur de recuſato iudice, ſed de quibuſdam executoribus ad exequẽdum deputatis, ſecundũ eum poſt Fulg. ibi. vnde eodem fundamẽto infert, quod ille textus nõ probat, quòd delegatus principis exequatur ſuam ſententiam, & illius, qui vice ſua iudicauit, vt ibi per eum. Ant. de Tre. P 24

*A Papa.* Et ſic ſentit de iure ciuili delegatum † principalis non poſſe exequi. quod etiam voluit gloſſ. in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudi. & Iacob. de Belui. in §. ſi verò etiam quidam iurent. verſ. quæro quinto. in Auth. de exhib. & intro. rei. col. 5. Cy. & Fulg. in l. iubere cauere. ff. de iuriſdict. om. iud. & Raph. Cu. in d. l. à diuo Pio. in prin. Contrarium tamen tenet glo. ſub dubio fortè in l. ſi quis miſſus. in ver. poteſtatis. ff. ne vis fiat ei: & iſtam, quod poſſit exequi, firmant Bart. Ang. Imol. & Alex. in d. l. à diuo Pio. & ibi Bart. allegat contra glo. duos tex. qui parum faciunt ſecundum Iaſ. ibid. col. 3. ſed cùm de iure Canoniſt. ſic clarè deciſum à principe delegatum poſſe exequi, vt in iuribus hic allegatis, & cõtrarium de iure ciuili non ſit expreſſum, ſed dubium ſit, deciſioni iuris Canonici ſtabimus etiam in foro ciuili, per not. in c. 1. de noui oper. nuncia. & in c. licet ex ſuſcepto. de for. competen. ſecundum Imol. Alexand. & Iaſ. vbi ſupr. & ita communiter teneri dicit Pa. in c. ſignificaſti. de offic. deleg. quid in eius ſubdelegato, vide infrà tit. de impe. execu. verſ. ſexto ſi delegatus. Ant. de Tre. 25 q

26 *Exequi.* Adde, & ordinario † committere ſuam ſententiã r

exequendam, ſi per ſe exequi nolit. c. ſignificaſti. de off. delega. quia in illa cauſa ſibi delegata maior eſt quocunq; ordinario. c. ſtuduiſti. de offi. lega.

Non tamen poteſt mãdare legato de latere, quòd exequatur, nec eum cogere, ſed benè ſupplicare, gloſſ. Hoſti. & Bald. in d. c. ſtuduiſti. glo. fi. in fin. & ibi Pan. dicit iſtam æquiorẽ,
27 niſi † ſecundum Vincent. & Pa. ibi legatus ille aliàs eſſet ordinarius loci: quia tunc ratione ordinariæ iuriſdictionis poſſet delegatus eum compellere, quod puto verum.

28 i *Quærenti.* Vbi limitatur tempore facultas † exequendi conceſſa à iure delegato principis, videlicet vſq; ad annũ integrum. & dicit ibi Panor. quod ille caſus eſt ſingularis.

t *Serpentinus inſidiator.* Hoc idem, & quod ſequitur aſſumpſit ferè per eadem verba, ſicut & alia multa. Spec. in titu. de recuſat. §. qualiter autem. verſ. licèt autem. & ibi Io. And. notat. & poſt Spec. tranſcripſit Aufr. tract. de recuſa. col. penul. Anton. de Tre.

v *Gratificari.* Puta, in † arbitratorijs pœnis imponendis:
29 vbi pœna nõ eſt à iure taxata, vt in actione iniuriarum. §. in ſumma. Inſt. de iniur. Vel ſi ex forma ſtatui pœna eſſet arbitraria: quia poterit iudex arbitrari vſq; ad mortem, ſecundũ glo. ordin. in d. §. in ſumma. in ver. extraordinaria. quã dicit ord. Bal. in c. vno. §. iniuria. in prin. de pac. iur. fir. & idẽ Bal. in c. vno. §. iniuria in prin. col. 4. de pac. tenẽ. inter ſubdi. in vſi. feu. dicit ita ſingulariter notari in d. §. in ſumma. & illud idẽ tenet Bal. per illũ tex. in l. 1. in fi. verſ. C. de his qui lat. occul. dicens quòd quando iudex habet arbitrium pœnę impoſitionis, quòd poteſt procedere vſq; ad ſupplicium pœnę corporalis. & ad hoc allegat dictam gloſſ. & illam glo. ſequitur Pa. in pleriſq; locis. maximè in c. ex literis. de conſti. allegando pro ea tex. in l. ſacrilegij. ff. ad l. Iul. pecu. & in d. c. ex literis. Fely. Fand. putat iſtam partem eſſe veriorem, & latè proſequitur per duas colum. ponens quinq; declarationes. Sed certè contra gloſſ. in d. §. in ſumma. eſt tex. in l. 1. & ibi Oldr. & Alb. ff. de fur. balne. quem ad hoc reputat ſingularem Cardin. Flo. in d. c. ex literis. & ibi refert Felyn. columñ. 1. & tex. in l. 1. §. expilatores. ff. de effract. & contrarium voluit gloſſ. in c. inquiſitionis. in princip. in ver. alioquin. de accuſ. & contra illam gloſſ. tenent multi, quos refert Felyn. vb ſuprà, & ſignanter Ludouicus Romanus in repetion. rubric. de arbit.

Qu'Iudex gratifi. cari possit parti. l. 1. ... de Iudiciis.

arbit.ff.column.10.verſicul.item ſi ſtatutum. & Imol.in l.2. de public.iudic.ff. & an Reus Doctor. Alexand. de Imol. in conſil.111.incipien.ponderatis verbis inquiſitionis.column. penultim. & final.volum.

Et hæc pars eſt in iudicando ſequenda: quia in pœnalibus mitiorem partem ſequi debem9.l.interpretatione.ff. de pœnis.ſecundum Iaſon.in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius vel vti. public. poterit ergo arbitrari citra mortem vel perpetuam pœnam:plus voluit Bald.in l.vna.C.ne ſine iuſ.prin. quod in arbitrarijs pœnis non eſt licitum iudici arbitrari pœnam publicationis omnium bonorum niſi eſſet ſummus magiſtratus, per illum tex.pro quo Iaſ.in d.l.& ſi legibus. allegat corrupte Bar.in l.vna.C.ne lice.ſign.ſalua.licet Barto.illum tit.non legerit ſed hoc dicit Bal.vbi ſup.

Poteſt gratificari,quia †iudex in expenſis non petitis poteſt victum condemnare,ſi velit.Bartol.in vltim.quæſt. Angel.Pauſ.Alexand.& Iaſ.in l.properandum.§.ſin autem alterutra.C. de iudic. Bartolus & Bald. in l.final. C. quando prouocare non eſt neceſſ.Canoniſt.in c.finem.de dolo & contum. 30

Quod intellige de factis poſt litem conteſtatam: quia ſecus in factis ante,niſi petantur.gloſ.ſingularis repu. in d.ca. finem.gloſſ.magn.ad fin.quam dicit ſingularem Imol.in l. fi.ff.de re iudic.& Iaſ.in d.§.ſin autem alterutra. & ibi Alex. etiam dicit ſingularem reputari.

Et idem voluit Spec.in tit.de offi.omnium iud.§.de ſeruit. verſ.poſt litem.in fi.& ſentit Barto.in l.4.§.hoc autem.in 5. quæſt.ff.de dam.infect.

Sed ad condemnandum non tenetur, ſi non vult. gloſſ. ſingularis & menti tenenda,ſecundum Panorm. ibid. in ca. final.gloſſ.final.ante medium. de reſcript. & idem Pan.in. dicto cap.finem.columna 16.verſic.ſed quid eſt dubium. ad hoc allegat dict.gloſſ. & eam ſequuntur communiter Doct. Canoniſt.ſecundum eundem Pa. ibidem. & ita tenet Cyn. Bartol.Angel. & alij in d.§.ſin autem alterutra. & Bartol.in d.§.hoc autem iudicium. & ita ſeruatur in practica ſecundum Imo.in l.Paulus.in prima.ff.de re iudic.& etiam eſt tenenda de iure,ſecundum Iaſon.in dicto.§. ſin autem. & eſt communis ſecundum Alexand. ibi. licet Saly. ibi. aliter teneat.

31 Tertiò, quia † ſi teſtes per partem producti depoſuerunt obſcurè, iudex ex officio ſuo poterit eos repetere, vt ſuum dictum declarent. cap. cùm clamor. de teſtibus. ſed non tenetur hoc facere ad partis inſtantiam: quia tunc eſſet timor ſubornationis, ſecundum gloſſ. ibi, quam ad hoc valdè notant Abbas Panormit. Imol. & Felynus, dicentes in hoc multùm prodeſſe habere iudicem fauorabilem. & idem tenet gloſſ. in c. per tuas. eod. titul. quam etiam ibi notant Cardinalis & Felynus.

Plus voluit gloſſ. ſingularis & non alibi ſecundum Angelum ibi in Authen. de teſtibus. §. quia verò multi. gloſſ. magna. collat. 7. quod iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtem etiam vt addat, ſed non ad partis inſtantiam, niſi vt rationem reddat.

Quartò poteſt gratificari in actionibus arbitrarijs, in quibus poteſt in plus vel minùs ad intereſſe ratione loci condemnare, vel etiam æquitate dictante in totum abſoluere, vt eſt tex. not. multũ ſingularis, & perpetuò mẽti tenẽdus ſecundum Paul. de Caſt. ibi in l. quod ſi Epheſi. §. interdum. ff. de eo quod cert. loco.

32 Quintò, quia † iuramentũ in litẽ poteſt ſolus iudex differre, & certam quantitatem, in qua iuretur, taxare, & iuramentũ ipſum, ſi velit, ex cauſa poterit non ſequi, vt eſt tex. in l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iurãdo. & in l. in actionibus. §. 1. eod. titul. Non tamen ſic in iuramento voluntario vel iudiciali, iuſiurandum & ad pecunias. §. fin. & l. non erit. §. dato. ff. de iureiurand.

33 Sextò, quia poſt † peremptorium, ſi vult, poteſt expectare partem citatam in diem ſequentem, ſed non tenetur. cap. conſuluit. de officio delegati. gloſſ. in l. & poſt edictum. gloſſa magna, in principio. & ibi Bartolus & Angelus. ff. de iudicijs. Paulus de Caſtro, in l. non quicquid. eodem titulo. vbi ponit aliquos alios caſus: & in alijs pleriſque iuris articulis poteſt iudex parti gratificari quos enumerare magis laborioſum eſſet, quàm ſubtile, vt in ſimili dicit gl. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. ſed hi gratia exempli ſufficient. Antonius de Tremolis.

34 *In ſcriptis.* Poterit † tamen etiam ſine ſcriptura fieri viua voce. l. final. ibi in ſcriptis vel ſine ſcriptis. C. de negot. geſto. & ibi Bartol. & Bald. & tenet Bartol. in l. non ſolùm. §. morte. colum.

te.colum.2.verſicul.1.ergò quęritur.ff.de nou.oper.nunciat. per Ioan.Andre.in c.in generali.de regu.iur.lib.6.per Imol. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.de no.oper.nunt.

Nec enumeratur proteſtatio per gloſſ.in c.1.§.poſtquàm. in verſicul.in ſcriptis.de cenſi.lib.6.

Et dicit gloſſ.ordinar. in Authenti.de tempor. non ſolu. in princip.in verſicul.in literis. collat. 8. quòd regulariter quicquid † poteſt fieri in ſcriptis, poteſt & ſine ſcriptis. 35
quam dicit ordi.Felyn.in c.cùm.M.Ferrarienſis.columnn.21. verſicul.circa tertiam.de conſtit.licèt gloſſ.in c.cupientes.§. quod ſi per.20.in verſicul.propoſita.in cauda. de elect.libr. 6.dixerit proteſtationem debere fieri in ſcriptis,quam ibi reprehendit Pet.de Anchar.& ibi per Dd.

Sunt tamen † quinque caſus in quibus proteſtatio eſt in 36
ſcriptis fienda,quos ponit Felyn. vbi ſupra. inter quos non eſt iſte. Vnum non omitto,quòd voluit Pap.in dict.c.cùm. M.columnn.6.poſt Bartol.in d.§.morte.quod proteſtatio, de qua hic per dominum Hubertum,debet † repeti in quocun- 37
que actu,aliàs primo loco facta proteſtatio, quòd non intendo in iudicem cõſentire,tolleretur per actum ſubſequentem, niſi repetatur, per textum, ſecundum vnum intellectum,in l.cùm in plures.§.locator.ff.loc. quem intellectum dicit Paul.ibi eſſe notabiliorem.quod tamen idem Paul. limitat vbi ſuprà, quando pars haberet liberam proteſtandi facultatem,&c.vt per eum aliam etiam potes colligere limitationem ex notatis per Bartol.poſt Iacob.Butrig.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.& per Paul.de Caſtr.in d.§.locator. ad fin.Ant.de Tre.

*Proponendis.* Pro huius titul.cõplemento videndum eſt, y
vtrùm † propoſita recuſatione ex cauſa ſuſpitionis ſtatim 38
ſit ſuſpẽſa iuriſdictio iudicis,ita vt ſi vlteri9 ꝓcedat,ꝓceſſus ſit nullus etiam citra appellationis remedium.In quo articulo licèt Innocen.Anton. & Cardin. in c. cum ſpeciali de appellation.& Baldus in l.vna.circa medium .C.ſi quacunque præd. poteſt. Angel.in l.quia poterat. ff.ad Trebell. & Specula.in titul.de recuſat.§. qualiter. verſicul. quid ſi ſubdelegatus.& ſequent.dicant,quòd non ſit ſuſpenſa, niſi appelletur.gloſſ.tamen in c.quod ſuſpecti.3.quæſt. 5. in verſic. Canonicè. & gloſſ. in c.quoties epiſcopi.in verſicul.appellent.2.quæſtion.6.tenent, quòd quemadmodum appellatio

59 †emiſſa ſuſpendit iuriſdictionem, vt geſta poſtmodum non teneant. l. vna. ff. nil. no. appella. penden. cum ſimi. ita & geſta poſt propoſitam cauſam ſuſpitionis. & hoc videtur etiã voluiſſe gloſſ. in l. apertiſſimi. in ver. executore. C. de iud.

Et iſtam partem tenent Hoſtien. & Pa. in d. c. cum ſpeciale. & Bartol. in d. l. quia poterat. Lap. de caſti. alleg. j. in prin. Pet. de Anchar. & Domini. in c. iudex ab Apoſtolica. de offi. deleg. lib. 6. Salicei. in d. l. apertiſſimi. & Alex. de Imol. in d. l. quia poterat. colum. 2. & 3. vbi dicit etiam iure Cano. iſtam ſibi videri veriorem. & pro ea ponderat tex. in d. c. iudex ab Apoſtolica. in verſ. non poteſt. iuncta gloſſ. in c. 1. de reg. iur. libr. 6. & idem tenet Alex. in l. ſolet. ff. de iuriſd. omn. iud. & iſta videtur magis cõmunis. quam tamen limita, & per eundem Alex. in d. l. quia poterat, vbi etiam refert quatuor opiniones circa hunc articulum.

## Quibus modis ſuo nomine agentes ciuiliter, & criminaliter accuſantes à iudicio repellantur [a]. Rubrica.

### *SVMMARIA.*

1 Serui quibus caſibus poſſint in iudicio experiri. & nu. 54

2 Serui quantum ad ius ciuile pro mortuis habẽtur. idem in ſtatuliberis: cùm ante conditionis euentum pro ſeruis habeantur.

3 Pupillus, non habens tutorem, an poſſit ciuiliter agere, aut criminaliter accuſare.

4 Iudicium momẽtaneæ poſſeſſionis poteſt indifferenter, & à quacunq; perſona experiri.

5 Pupillus poteſt in cauſis ſpiritualibus agere, & accuſare, etiam ſine curatoris auctoritate.

6 Pupillus ſuam & ſuorum iniuriam proſequi poteſt in iudicio.

7 Prodigus an poſſit agere ſine curatore, aut furioſus, aut ſurdus, aut mutus, aut fatuus, ſiue mente captus.

8 Crimen læſæ maieſtatis contrahens, repellendus venit ab agendo.

9 Filius

9 Filius hæreticus ab hæretico inſtitutus non admittitur ad agendum pro hæreditate patris intendenda.

10 Vxor an poſſit contra maritum actionem de dote conſtante matrimonio intentare.

11 Vir & vxor non admittuntur ad iudicem fomoſis actionibus conſtante matrimonio experiri.

12 Filiusfamilias an, & quo caſu, ſit contra patrem in iudicio audiendus.

13 Pater non debet contra filium pro cōtrouerſia inter eos orta litigare: quia intra domum debet ortas inter ſe & filium diſcordias terminare.

14 Filiusfamilias quibus caſibus agere poſſit ſine patris cōſenſu. & nu. 98.

15 Pater an poſſit agenti filio per epiſtolam vel nuncium conſentire. & nu. 101.

16 Bannitus non eſt in iudicium admittendus.

17 Spoliator & excōmunicatus non ſunt in iudicijs admittendi.

18 Monachi conuerſi, canonici regulares, non prælati non poſſunt ſuo nomine litigare.

19 Abbates, priores, Xenedochi, Hoſpitalium rectores poſſunt proprio nomine litigare.

20 Fideiuſſor non debet agere contea eum, pro quo fideiuſſit, antequàm ſoluat, niſi certis caſibus, & nu. 140.

21 Filius petens vltra quartam hæreditatis, prægnante patris vxore, non eſt audiendus in iudicio.

22 Facto proprio contrauenientes veniunt ab actionibus iudicialibus repellendi.

23 Turpitudinem vel ignauiam propriam allegantes an ſint audiendi in iudicio.

24 Venditor, mulier, debitor, agere impediūtur de proprietate rei venditæ, in dotem datæ, & pignoratæ.

25 Creditor nō eſt contra debitorem ante diem vel exiſtentem conditionem iudicialiter audiendus.

26 Actione furti, vel iniuriarum, agere volentes poſt remiſſam actionem pacto vel tranſactione venit repellendus.

27 Liberti, famoſas contra patronos actiones inſtituentes, an ſint audiendi.

28 Debitor debitum confitens, & ſeparatum ſoluere di-

cens, an poſſit compelli iudicium ſuſcipere.

29 Actiones an, & quibus caſibus, ſint diebus feriatis audiendæ.

30 Vocantes in ius hos, qui nō poſſunt de iure vocari, non ſunt audiendi.

31 Actionem minus generalem ſeu ambiguam & confuſam vel incompetentem proponentes, veniunt ab actionum exordio repellendi.

32 Contraria ponentes in iudicio non ſunt audiendi.

33 Diuerſas in eodem libello actiones proponentes compelli debent vnam eligere, aliàs veniunt omninò repellendi.

34 Iuris executio non habet iniuriam.

Exceptionem infamię obijciens in iudicio, an non probans poterit iniuriarum conueniri.

35 Frater contra fratrem crimē magnum inſtituens an ſit audiendus.

36 Liberi parentes, liberti patronos, domeſtici hos, apud quos viuunt, accuſare non permittuntur.

37 Accuſatio non poteſt nomine alieno fieri.

38 Perſonę illuſtres poſſunt procuratorem pro accuſatione iniuriarum conſtituere.

39 Accuſantes clericos coram iudicibus ſecularibus an ſint audiendi.

40 Maritus an & quando poſſit nuptam de diuortio accuſare.

41 Crimina non poſſunt poſt viceſimum annū intentari.

42 Mortuus quibus caſibus poſſit accuſari.

43 Libelli inepta conceptio an ſcripturę omiſſio reddit quē ad accuſationem ineptum.

1 *ET quidem contra actorem, † & accuſatorem* [a] *poteſt*
a *obijci, tu es ſeruus,* [b] *tu es ſtatuliber: quod ſi conſtiterit*
b *à ciuili & criminali iudicio repelluntur, niſi deſerant, vel accuſent, vel experiantur in ſpecialibus caſibus, in quibus ſeruis permiſſum eſt experiri, quæ notantur, C. de iud. l. ſeruus. & C. de preci. imper. offe. l. 1. & ff. de iudi. l. vix certis*
2 *cauſis. † Nam quantum ad ius ciuile ſerui pro nullis & pro*

*mortuis*

44 Dilatoriæ exceptiones quid ſint, & quotuplices.

45 Dilatoriæ ſolutionis & ante & poſt litem conteſtatam opponi, probari verò poſt fundatam actoris intentionem poſſunt.

46 Dilatoriæ iudicij ante litem conteſtatam probantur & opponuntur, & quare.

47 Actoris & accuſatoris differentia. & an aliud ſit agere, aliud accuſare.

48 condemnatus ex ſtatuto propter delictum non dicendus eſt condictione ex lege damnatus eſſe.

49 Crimina per actiones non puniuntur.

50 Clauſ. accuſo talem. & peto eum puniri, in libello poſita, dicitur accuſatio criminalis, intelligiturque petere, vt pœna applicetur fiſco, nō autem pro ſuo damno aut intereſſe agere.

51 Lis cum ſeruo pro libero habito vel eius procuratore intentata, quodcunque detecta ſeruitute annihilatur, niſi communiter liber æſtimatus vel iudex ſit vel in teſtamento pro teſte adhibitus.

52 Seruo ſua ſemper poteſt obijci inhabilitas. & quâ.

53 Seruus nec ſuo, nec alieno nomine poteſt eſſe in iudicio.

55 Statuliber in delictis tempus præſens inſpicit, ſi hoc ipſi proſit, & ſpes mutandi ſtatus ſubſit: ſi illam non habeat, delicti hora conſideratur.

56 Fideiuſſoris datio an conualidet iudicium nulliter ſine tutore à pupillo intentatum.

57 Pupillus coram arbitro ſine tutore naturaliter obligatur : ſed coram iudice nec naturaliter nec ciuiliter.

58 Pupillus quomodo poſſit bonorum poſſeſſionem ſine tutore petere, aut agnoſcere.

59 Bonorum poſſeſſio quare non poſſit à pupillo peti ſine tutoris auctoritate, cùm ſtipulari poſſit.

60 Iudex præſentis tutoris defectum in agnoſcenda bonorum poſſeſſione ſupplere non poteſt, ſed ſine cauſa conſentire recuſantem cogere debet.

61 Pupillus agens in poſſeſſorio, quamuis proceſſus & ſenten-

ſententia mero iure valeat, ſi ſuccumbat, reſtitui poteſt, & quare.

62 Infans balbutiens & non perfectè loquens, an poſſit in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, ſibi ſine tutore alium obligare, aut iudicium momentaneæ poſſeſſionis intentare.

63 L. ſeruum. ff. rem pupill. ſal. for. quando in iudicio momentaneæ poſſeſſionis procedat.

64 Pupillus intellectu carens non poteſt etiam tutore authore acquirere poſſeſſionem.

65 Pupillus quando dicatur perfecti intellectus, & proximus pubertati.

66 L. donatarium. C. de acquir. poſſ. & l. quamuis. §. infans. ff. eod. quomodo intelligatur.

67 Tutor non poteſt infante animi iudicium & affectum ſua authoritate ſupplere: ſed in tutoris perſona iudicium intentabitur, planeque expediatur.

68 Minor 25. annis ſi ſine curatore litiget, iudicium eſt nullum, etiamſi curatorem qui ad ſtabiliendam litem dandus eſt, non habeat.

65 Minor 25. annis quibus caſibus habeatur pro maiore. remiſſiuè.

70 Adultus nō poteſt etiam cum curatoris authoritate ante 20. annum accuſare, ſicut nec in criminali cauſa ante eundem annum teſtis eſſe, niſi ſuam aut ſuorum proſequatur iniuriam.

71 Accuſatio à pupillo vel adulto præter caſus permiſſos inſtituta, an ſit ipſo iure, etiamſi non opponatur nulla, an verò exceptionis ope tantùm.

72 Prodigus, cui bonis non eſt interdictum legitimam in iudicio ſtandi pro ſe & pro alijs perſonam habet, quantumuis vulgaris ſit prodigalitas.

73 Furioſi & mente capti differentia, quid item ſit furioſus habendus, quis ſtultus, & quis demens.

74 Furioſi vltima diſpoſitio quomodo reputetur beſtialis.

75 Actiones exercere non poteſt, cui rerum interdicta eſt alienatio, ſi nec ius nec adminiſtrationem habeat.

76 Hære-

76 Hæretici ex teſtamento militis etiam capere non poſſunt.

77 Vxor ob adulterium ab ea commiſſum repellitur à repetitione dotis, & bonorum paraſernalium.

78 Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.

79 Dotis reſtitutione ſpontaneè à marito vxori facta, quomodo ab actione de dote non liberetur maritus.

80 Maritus licèt non niſi ex certis cauſis dotem reſtituere poſſit, poteſt tamen eam ſibi promiſſam remittere, ſic vt vel minor ſit, ſi partim, vel nulla, ſi in totum remiſſa fuerit.

81 Emancipatus filius contra patrem auditur, & quare.

82 Filius poteſt contra matrem impetrata venia agere, ſed non contra patrem. & quare.

83 Filius miles, etiam adoptiuus, non poteſt patrem ob caſtrenſe peculium abſque venia in ius vacare.

84 Filius poteſt contra patrem nomine tutorio vel procuratorio experiri, ſi no in ſuum ſed in pupilli vel alterius cedat commodum.

85 Filius non poteſt contra patrem ceſſionem recipere, niſi filio aliquid quæratur, cuius patri non acquiratur vſusfructus.

86 Ceſſio facta filio contra patrem, aut fratri contra fratrem in eiuſdem patris poteſtate conſtitutum, valida quidem eſt, ſed durãte patris aut vita aut poteſtate eius exercitium impeditur.

87 Pater hæreditatem, quam filio ſub conditione reſtituere eſt rogatus, prodigaliter dilapidans, poteſt à iudice inſtante filio ad reſtitutionem cogi. etiam ante conditionis euentum.

88 Filia poteſt contra patrem iudicis implorare officium, vt dotetur, etiamſi nuptui ſine dote eſſet data, aut inuito patre dummodò non indigno nupſerit.

89 Pater filiam indigno nubentẽ dotare tenetur, licèt minorem dotem conferre poſſit: cum eius conditio indigno ſe copulando deterior a ſit.

90 Filius an poſſit inuitus emancipari, vt & pater eum inuitus emancipare cogitur: & quibus caſibus.

91 Filius patri controuerſiam mouens poteſt vel à iudice ad arbitrium patris caſtigari, vel ſi eum corrigere non valet, propria authoritate patris capi, & iudici præſentari.

92 Interdictum de deducendis liberis quid ſit, & quando procedat.

93 Filius ſi ab alijs inuitus detineatur, competit patri pro eo rei vendicatio: ſi volens autem alicui adiit, implorabit officium iudicis.

94 Pater exponens, exponi patiens aut ratum habens patriam amittit poteſtatem, adeò vt his expoſititijs hoſpitalia ſuccedant, quæ & fiſco præferuntur.

95 Conſenſus patris an ſit in omni iudicio neceſſarius, an in eo ſolùm vbi repudiauit vſumfructum.

96 Conſenſus patris an in ipſo conteſtationis actu interuenire debeat, & an præcedens & ſubſequens & litis conteſtationem non valeat.

97 Præparatoria non requirunt patris conſenſum in filio iudicium mouente.

99 Filius ſi confiteatur crimen, poteſt eam falſam & erroneam pater reuocare, & contrarium probare, niſi ſuus in confeſſione acceſſerit conſenſus.

100 Filiusfamilias poteſt ſine patris licentia in ijs eſſe in iudicio, in quibus minor ſine curatoris authoritate.

101 Conſenſus patris ſi filio in principali cauſa ſit datus, eiuſdem in acceſſorijs repetitio non eſt neceſſaria.

102 Cõfeſſio debiti facta à filio in iudicio ante litẽ conteſtatam ſine aliquo patris conſenſu valet.

103 Filius abſens poteſt in omni contractu iudicis implorare officium ſine patris conſenſu etiam in figura iudicij: & extra iudicium etiam præſente patre.

104 Expreſſum facit ceſſare tacitum: & diſpoſitionem legis diſpoſitio hominis.

105 Perſona coniuncta non admittitur pro coniuncta abſente,

ſente, ſi abſens procuratorem dimiſerit.
106 Pater præſens, & ſine cauſa conſentire filio in lite mota recuſans. habetur pro abſente, & filius poteſt abſente ſine eius conſenſu agere.
107 Filius ſi poſſit ſine patris cõſenſu agere, & adhuc ſit minor, dandus eſt ei curator ad litem.
109 Coactio in iuriſdictione legitimè acquiſita exercenda non vitiat iudicium, ſed in iuriſdictione acquirenda.
111 Pater etiam nutu poteſt præſtare conſenſum filio in litem.
112 Bannitus poteſt ad vindictam publicam agere: ſed ſuper re familiari confiſcata non auditur: re autem non confiſcata, ſi bona adhuc habeat, in iudicium admittetur.
113 Banniti licèt deportatis æquiparentur, retinent tamen ea quæ ſunt iuriſgentium: quæ verò iuris ciuilis ſunt, amittunt: ſi ab imperatore condemnatio lata ſit, banniti autem à ciuitate, iura municipalia tantùm perdũt, non etiam communia.
114 Deportatio non extendit ſe ad bona futura.
115 Bannitus non poteſt ex debitis ſeu obligationibus præcedentibus conueniri: ad poſt venientia habet quidem actionem, ſed non coram iudice à quo bannitus eſt.
116 Bannire quid ſit, & an poſſit alteri ſuas cedere actiones & obligationes bannitus.
117 Bannitus ex ciuitate, in qua ſibi ſolutio debetur, poteſt ſuum debitorem alibi conuenire, ſi aut per ſe, aut per procuratorem comparere non poſſet, & promiſſio ſolutionis poſt bannum facta eſſet.
118 Bannum non poteſt ſuum extra bannientis territorium extendere effectum: adeò vt bannitus captus extra proſcribentis iuriſdictionem à bannitis familia, dimitti debeat.
119 Spoliato quæ competant aduerſus ſpoliãtem remedia: & ad quæ teneatur ſpoliator.
120 Beneficio ſpoliatus ſi poſt ſpoliationem renuntiet, etiã cum abiuratione, reſtituẽdus eſt: ſecùs ſi ante ſpolium, vel ſi in manibus ſuperioris poſt ſpolium reſignet.

121 Spoliator quamuis de dominio ſuo incontinenti docere ſit paratus, prius tamen reſtituetur ſpoliatus, quàm ſpolians audiatur de iure ſuo.

122 Spoliatus à iudice ſi intra legitima tempora contumaciam purget, reſtituitur, etiamſi miſſus in poſſeſſionem de dominio ſuo incontinenti doceat.

123 Reſtitutio in ſpolio vt obtineatur, quid probandum veniat.

124 Poſſeſſor lite pendente ſpoliatus poſſeſſionem tantùm & ſpolium ſe tum habuiſſe, docuiſſe ſufficit, nec ad iuſtificâtionem ex titulo tenetur.

125 Spoliatus ſi contra ſe habeat præſumptionem iuris, aut ſuper dominio teſtet produci ſinat, & iudici de ſpoliantis dominio conſtet, non reſtituitur.

126 Exceptio excommunicationis quando poſſit opponi. et nu. 128.

127 Neceſſitas vt excuſat periurium, ita & periculum peccati: & exceptioni peccati fugienti renuntiari non poteſt.

129 Excommunicatus ſpoliatus, ſi reſtitutionem petat, aut propriam iniuriam proſequi, non audiêtur.

130 Excommunicatio quando repellat ab agendo, & quando non. & quando excommunicatus agere poſſit, quando item non.

131 Ceſſionarius excommunicati non repellitur ab agendo, etiamſi ipſe excommunicatus non admittatur.

132 Excommunicatio abſoluit à fidelitatis iuramēto eum, qui excommunicato aliquid iurauit, non autem liberat excommunicatum: cui nec debitor excommunicationis ſoluere tenetur.

133 Monachus in iudicio nec ciuiliter nec naturaliter obligatur: & ideò nec fideiuſſores pro eo dari poſſunt, nec coniuncta perſona pro eo interuenire, nec lata valet.

134 Abbas non obligatur monacho ad promiſſorum oblitionem, vt nec dominus ſeruo.

135 Monachus retinet ſuitatis iura.

136 Mona-

136 Monacho hærede inſtituto adire recuſante poteſt Abbas adire, ſicut & pater filio nolente.

137 Monachus in quibus caſibus æquiparetur filiofamil.

138 Monachus quo caſu poſſit pro monaſterio agere.

139 Monachus quomodo poſſit nomine proprio etiam agere, & conueniri, ſine Abbatis permiſſu.

141 Confeſſio creditoris in inſtrumento confitentis ſe à fideiſſore habuiſſe & recepiſſe debitum, an ſufficiat fideiuſſori vt à principali debitore repetere poſſit, etiamſi de vera nil appareat ſolutione.

142 Mulier habens confeſſionis dotis inſtrumentum, habebit omnia dotis priuilegia, ac ſi verè dos fuiſſet numerata.

143 Succeſſio quando habeat vim ſolutionis in fideiuſſore creditori ſuccedente.

144 Fideiuſſor de euictione datus ante rem euictam, etiamſi per longum tempus ſteterit, agere non poteſt, vt liberetur: cùm nondum ſit obligatus.

145 Exceptio ordinis præpoſteri ante litem conteſtatam opponenda eſt: cùm omiſſa non vitiet proceſſum.

146 Ordinis peruerſio de vno iudicio ad aliud non inficit proceſſum: ſed de vno iudicio ad idem annullat.

147 Pupillus contra tutorem non finita tutela, & adultus contra curatorem non finita cura agere non poteſt: ſed prodigus & furioſus poteſt. & quare.

148 Debitor, ſi etiam pendente lite creditori in iudicio pecuniam offerat, audietur ex iure quod ex cauſa de præterito ſuperuenit, ad conſequendam pignoratitiam actionem prius non competentem.

149 Oblatio debiti ad conſequēdam liberationem non ſufficit poſt litem conteſt. ſine conſignatione & depoſitione: quæ duo in conſequenda actione non niſi extra iudicium ſunt neceſſaria.

150 Nominis ferendi conditio etiamſi ſit difficilis, cùm nō ſit tranſitoria, quando remittatur.

151 Bonorum poſſeſſio poteſt etiamſi infra tempora primi à ſecundo in gradu agnoſci, adeò vt excluſo aut repudiante primo agnitio ſecundi ſuam ſic habeat efficaciam, ac ſi congruo tempore facta eſſet.

 152 Actio

BIBLIOTEKA

152 Actio, quem tenet de euictione etiam iure hæreditario, eundem agentem repellit exceptio.

153 Euictio etiam non promiſſa per venditorem venit ſemper ex natura contractus: & quando non.

154 Actus geſtus ſi à mera vnius pendeat voluntate, proprio tum poteſt contrauenire facto, etiam iuramento firmato, & quot modis.

155 Abbas ſuo poteſt contrauenire ſtatuto, idq; etiamſi cum conuentu factum ſit inuitis monachis reuocare, & iuratum infringere.

156 Actus à mera vnius voluntate ſi non dependeat, poteſt tamẽ ſi legibus ſit prohibitus aut innominatus proprio facto contradici. & nu. 160.

157 Paciſci contra contractuum naturalia licitum eſt partibus.

158 Contractus contra innominatos quot modis venire nõ liceat in facto proprio.

159 Permutationis contractus nõ admittit proprij facti contrauentionem, nec re etiam ex altera parte integra pœnitentiam.

161 Turpitudinem ſuam allegans quibus caſibus audiatur, in ſuum tantum præiudicium, & non tertij.

162 Confeſſio morituri, etiam Euchariſtiam ſumentis tertio non præiudicat.

163 Iudex ſuccedens ei, contra quem iniquam tulit ſententiam, poteſt ab eadem appellare, & appellationem proſequi, etiamſi ſuam turpitudinem allegare videatur.

164 Compenſatio quantitatis ad quantitatem, ſpeciei ad ſpeciem, & ſpeciei ad quantitatem deductæ, licita eſt.

165 Debitor ſi ſit vel ſpeciei vel quantitatis alternatiuus, contra quem compenſatio opponitur, vel ſi quantitatis ſit debitor, poſſit autem in ſpecie ſoluere, non admittetur compenſatio.

166 Compenſatio ibi fieri poteſt, vbi vera ſolutio locum habet.

167 Compenſationem tollit iuramentum de ſoluendo.

168 Compenſatio non fit in ciuilibus ipſo iure, niſi opponatur: eaque oppoſita tollitur, ſine miniſterio etiam iudicis,

iudicis, actio.
169 Emphyteota domini in tanta ſumma debitor, quanta trium annorum eſt penſio, propter ceſſationem ſolutionis à iure ſuo non cadit: cùm ipſa lex ad caducitatis pœnam euitandam compenſet.
170 Criminalibus in cauſis quando admittatur compenſatio.
171 Vulnerantes ſe inuicem quóad ſeipſos non tenentur: ſed criminaliter vterque punietur: cùm dolus cum dolo reipublicæ intuitu non compenſetur.
173 Magiſtratus & illuſtres quando poſſint conueniri.
173 Officialis non poteſt cum ſubitis contrahere, niſi ſit perpetuus, aut ad Principis beneplacitum conſtitutus.
174 Vtilem habens actionem quando præferatur habenti directam: & directam habens quando econtrà præferatur habenti vtilem.
175 Dominus habens vtilem quando præferatur procuratori habenti directam.
176 Procurator actoris quando poſſit agere iudicati, vel executionē ſententiæ petere ſine nouo mandato, aut quamuis non ſit in rem ſuam procurator.
177 Creditore ante euentum conditionis agente quando nō duplicentur induciæ. & nu. 179.
178 Tempus quomodo in petitione ante conditionis euentum, & ante diem duplicetur.
178 Fiſcus poteſt debitorem ante tempus exigere, nec duplicantur induciæ.
180 Debitor de fuga ſuſpectus poteſt ante diem capi, vt idoneè caueat, non vt ſoluat, ſic tamen vt cautio ſit fideiuſſoria vel pignoratitia, niſi aliàs conſultum eſſe poſſit creditori.
181 Creditor conditionaliter aliquid ſtipulans quomodo ſit ante exiſtentem conditionem creditor, & ſpem tranſmittat.
182 Legatarius conditionalis non eſt in numero creditorū, nec ante conditionis euentum ſpem tranſmittit: ſicut & conditionalis inſtitutio.
183 Subſtitutio conditionalis coniuncta iuri accreſcendi tranſmittitur etiam ante euentum. & quare.

184 Conductor non niſi in fine temporis conductioni præfixi tenetur ſoluere, niſi aliud conuentum fuerit. & quare.
185 Conductor quando non poſſit ex domo locata etiam locatoris vſibus neceſſaria expelli.
186 Emptor ſi pretium venditionis offerat venditori recipere nolenti ſatisfacit, ſi autem extra iudicium, requiritur & depoſitio & conſignatio.
187 Euictæ rei ante ſententiam non agit emptor, niſi aliud actum ſit, aut conſtet notoriè rem eſſe vendicantis, aut ſciens rem alienam vendiderit venditor.
188 Vendens ſcienter rem alienam ob dolum non liberatur traditione, ſed eam accipientis facere tenetur.
189 Venditor quando ſola traditione rei non liberetur.
190 Infirmus iniuriam remittens coram ſacerdote an conualeſcens poſſit actionem iniuriarum ſibi competentem intentare.
191 Iniuria etiã per pacta expreſſa remiſſa non tamen damna & intereſſe remiſſa cenſentur. & quare.
192 Iniuria etiam nudo & ſimplici pacto tollitur. & quare.
193 Tranſigens de iniuria quando fiat infamis.
194 Iniuriæ diſſimulatio non operatur remiſſionem, ſi ad animum reuocetur, & ad iudicium vocetur iniurians.
195 Iniurioſum verbum aut conuitium in iudicio dictum quando habeatur pro iniuria.
196 Fama & rumor quantum differant.
197 Iniurioſa verba quando habeantur pro iniuria extra iudicium.
198 Filius quando poſſit petere reſtitutionem contra patrem.
199 Mendacium facit ex poſſeſſore petitorem, & quamuis mendax incontinenti dominium probare paratus ſit, non niſi tradita tamen poſſeſſione audietur.
200 Poſſeſſor mẽdax quomodo poſſit priuationis aut tranſlationis poſſeſſionis pœnam euitare.
101 Ignorans & errans non dicitur mentiri.
202 Fideiuſſor, ſi conuentus non excuſſo principali ſe fideiuſſorem neget, perdit excuſſionis, & cædendarum & diuiſio-

[illegible]is beneficium. & nu. 204.

205 [illegible] puniatur in eo tantùm, in quo mentitus fuit, [illegible]ra, aut pluris, aut in expenſarum condemnatione.

205 Priuilegium in quibus perſonis mendacio amittatur.

206 Mendacium quibus caſibus puniatur dupli, vel maiori quàm expenſarum condemnationis pœna.

207 Scripturam propriam negans punitur pœna dupli.

208 Debitori debitum confitenti, & petenti dilationem, dandum eſt quadrimeſtre, ſi cautionem competentem de ſolutione intra terminum facienda. à creditore petitam præſtiterit.

209 Creditor an teneatur particularem ſolutionem inuitus recipere.

210 Debitor principalis qui duos dedit fideiuſſores, quorum quilibet tenetur ad dimidium debiti, poteſt creditori etiam inuito alterius partem ſoluere, licèt pro ſe non poſſet.

211 Creditor ſi partem confeſſam acceptet, tenebitur debitor vltra confeſſionem quoq; ad euitandum iudicium offerre.

212 Exceptio epiſtolæ D. Adriani, & beneficij nouæ conſtitutionis an ſit ante litem conteſtatam opponenda. remiſſiuè.

213 Poſſeſſorium an prius neceſſe ſit terminari, quàm intentetur petitorium, ſic vt poſſeſſorium petitorio cumulari nequeat.

214 Feriæ quales & quando non admittunt audiri actores.

215 Citatus tempore feriarum ad ferias petendas comparere non tenetur, niſi nondum ſint indictæ.

216 Ferijs ſolennibus pacto partium derogari non poteſt, vt nec repentinis.

217 Ferijs inſolennibus quando poſſit agi, & debitor capi & incarcerari.

218 Laicus creditor poteſt capere clericum debitorem fugitiuum, etiam lite pendente, idque & in domo propria.

219 Perſonæ, quæ nec citatione verbali nec reali in ius vocari poſſunt, quot ſint.

220 Priuilegiatus citatus ſi habeat priuilegium perpetuum, tenetur mittere procuratorem, qui ipſius priuilegium allegat: ſecùs ſi ſit temporale.

221 Libellus generalis, incertus, aut alternatiuus non procedit, ſed in eo res petita ſignificari debet, ſi à reo opponatur. & nu. 224.

222 Iudicia vniuerſalia & generalia non requirunt neceſſariò rerum ſpecificationem in libello, niſi tãtùm in executione ſententiæ.

223 Iudicia quænam dicantur vniuerſalia, & quę generalia: & quænam inter ea ſint differentiæ.

225 Accuſatio generalis & incerta nõ valet, nec parte etiam tacente procedit.

226 Libellus generalis & obſcurus ſi parte non opponente procedat, in quacunque litis parte & quandocunque petatur, declarandus eſt, alioquin iudex ad pronunciationem cogi non poterit.

227 Acceſſorium peti poteſt non facta quantitatis expreſſione.

228 Intereſſe generaliter & incertum peti poteſt, ſicuti & facta incerta incertè petuntur.

229 Ignorantia facti ſi ſit probabilis admittitur libellus incertus.

230 Præſcriptio, quæ ſub generalitate comprehenditur, ſi ſit interrumpenda, admittitur incertus & generalis libellus.

231 Libellus obſcurus & generalis aut incertus nõ petendus eſt declarari, ſed ſimpliciter vt reijciatur, & in expenſas iudicij condemnetur.

232 Ineptitudo neceſſarij libelli expreſſa ſic inficit proceſſum, vt ſententia ſuper inepto libello lata ipſo iure nulla ſit, nec ex ea vel actio in factum vel officium iudicis detur, niſi rei conuenti ſequuta ſit confeſſio.

233 Actio ſeu actionis nomen ineptè ſi exprimatur, non vitiatur proceſſus.

234 Iudex videns cauſæ & libelli propoſiti ineptitudinem, ipſumque actorem rectà ex alia cauſa apta potuiſſe agere,

gere, reum ab obſeruatione quidem iudicij abſoluet, & in expenſis actorem condemnabit, ſed ius ex alia cauſa agendi reſeruabit actori.
235 Contraria allegans non eſt audiendus, niſi ex conſuetudine aut ex facto aduerſarij contrarietas in eodem libello cumulata admittatur.
236 Contraria proponens non niſi reo opponente repellitur, poteritque reus alterutrum contrariorum, quod ſibi magis expediuerit, eligere in actoris præiudicium.
237 Criminaliter agere quid ſit.
238 Mulier poteſt ſuam aut ſuorum iniuriam proſequi, & in criminalibus teſtis eſſe. & nu. 240.
239 Mariti mortem an poſſit vindicare vxor.
241 Mulier quibus caſibus non poſſit eſſe teſtis in ciuilibus.
242 Socij inculpatio & nominatio ad torturam facta non cauſat iudicium, niſi in facinoroſis.
243 Procurator quando admittatur in criminalibus.
244 Clerici coram iudice ſeculari conueniri regulariter non poſſunt, adeò vt nec confeſſio coram iiſdem facta eis ad iudicium etiam torturæ noceat. & quare.
245 Laicis vna cum clerico delinquentibus competit idem fori priuilegium.
246 Clerici quot caſibus poſſint corã Iudice ſeculari & Laico conueniri.
247 Clericus in carcere ordinatus vel profeſſus poteſt etiam in perſonam poſt degradationem puniri, niſi ante delictum votum emiſiſſet, quod per iuramentum ipſius vouentis probari poteſt.
248 Degradatio quando poſſit fieri.
249 Bigamia quando non priuet priuilegio clericali.
250 Clericus delinquendo in iudicio eidem ſe aſtringit.
251 Reconuentio quando non trahat clericum ad forum ſeculare.
252 Laico in inſtantia mortuo ſi clericus ſit hæres, tranſibit inſtantis in clericum, conuenieturq; coram ſeculari iudice.
253 Clericus ſi aliquis inter creditores vel legatarios minore reſtitutionem petente inueniatur, poteri coram iudice

ſeculari conueniri.

254 Feudi dominus habet iuriſdictionem in feudatarium etiam clericum, niſi criminaliter ad priuationem feudi agatur.

255 Domino immediato cognoſcente de cauſa feudali, appellabitur ad ſuperiorem dominum feudi laicum.

256 Perſonali ex actione quando coram laicis iudicibus conueniantur clerici.

257 Iudex vbi probabili facti errore iudicem ſe credit competentem, valent acta per eum: cùm opinio in iudiciis veritati præferatur.

258 Laici nō ſunt coram eccleſiaſtico iudice regulariter conueniendi, niſi in temporali iuriſdictione eccleſię, & criminibus merè eccleſiaſticis.

259 Epiſcopus excepto hæreſeos crimine laicum capere non poteſt, etiamſi criminis cognitio ad eum ſpectet.

260 Pœna perpetui carceris non poteſt laico à iudice eccleſiaſtico infligi.

261 Spiritualis cauſæ cognitio non ſpectat etiam incidenter ad iudicem laicum.

262 Iudicium in mortuum fundari non poteſt.

263 Hæreticum poſt mortem accuſandi facultas præſcribitur quinquennio.

264 Libellus accuſatorius quid continere debeat.

1 *ET quidem contra actorem, † & accuſatorem* [a] *poteſt*
a *obijci, tu es ſeruus,* [b] *tu es ſtatuliber: quod ſi cōſtiterit*
b *à ciuili & criminali iudicio repelluntur, niſi deſerant, vel accuſent, vel experiantur in ſpecialibus caſibus, in quibus ſeruis permiſſum eſt experiri, quæ notantur,* C. *de iudi. l. ſeruus. &* C. *de preci. imper. offe. l. 1. & ff. de iudi. l. vix certis*
2 *cauſis. † Nam quantum ad ius ciuile ſerui pro nullis & pro mortuis*

*mortuis reputantur. ff. de regu. iur. l. quod attinet. & l. ſeruitutem. & ff. de condi. inde. l. intercidit in ſi. l. Idem in ſtatulibero, cùm ante exiſtentem conditionem pro ſeruo regulariter*[c] *reputetur, ff. de ſtatuli. ſtatuliberum. in prin. & l. ſtatuliberi. in prin.* c 3
† *Item pupillus*[d] *non habens tutorem impeditur ciuiliter agere, vel criminaliter accuſare. vt C. quæ legi. perſo. ſtan. hab. in iudi. l. 1. & 2. C. de aucto. præſtan. l. clarum. Admittitur tamen in caſibus, qui non in forma iudicij intentantur, vt in bonorum poſſeßionibus*[e] *poſtulãdis, vt ff. de bono. poſſ. furi. & infan. compe. l. 1. circa prin. C. quæ admit. ad bo. poſſeſſ. l. bonorum. & C. de iure deli. l. infanti. l. ſi. Et in interdicto de libero homine exhibendo, vt ff. de li. ho. ex. l. 3. §. ſed & ſimiliter. Et in populari actione, ſi à pupillari dignoſcitur commodum pertinere, vt ff. de popu. act. l. mulieri. Et in delatione pupillo permittitur ſe deferre, ex quibus cauſis non capit. vt ff. de iure fiſci. l. ait diuus Traianus. in fin. l.* d e
† *Et in iudicio momentaneæ poſſeßionis*[f]*, quod poteſt per perſonam qualemcunque exerceri, vt C. qui legi. perſo. l. momentaneæ. & C. ſi per vim vel alio mo. l. 1. Et hoc procedit in pupillo, qui poteſt fari, vt ff. de adminiſtrat. tut. l. 1. §. ſufficit. verſi. ita tantum. ſiue intelligat quid agatur ſiue non, vt ff. rem pu. ſal. ſo. l. ſeruum*[g]*.* 4 f g
† *Licèt ſecùs ſit in acquiſitione poſſeßionis*[h]*, vt ff. de acquiren. poſſeßio. l. 1. §. adipiſcimur. & l. quamuis. §. infans. & C. de acqui. poſſ. l. donatarium*[i]*. Simili modo impeditur minor 25. annis etiam curatorem*[k] *non habens, vt C. qui dare tu. vel cura. poſ. l. antepen. quia ſi contra eum ſententia ferretur, nullum ei præiudicium generaret*[l]*, vt C. ſi aduer. rem iudi. l. cùm et minores. & ff. de re iud. l. acta. §. cõtra minorem. licèt, ſi pro eo ſit lata in præiudicium ſui aduerſarij, obſeruetur, vt C. de procu. l. non eo minus.* 5 h i k l

† *Quanquàm in ſpiritualibus*[m] *cauſis admittatur agere* m 6

*& accuſatur tam in iudicio criminali, quàm in ciuili ſine*
n *authoritate legitimi curatoris. Item ſi veniā ætatis*[n] *im-*
*petrauerit, vt C. de his qui ve. æta. impetra. l. 2. Et in vio-*
*lato vxoris thoro, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. ſi maritus. §. lex.*

6 † *Item videtur in omni crimine, ſi ſuā vel ſuorum iniuriā*
*proſequatur, vt ff. de accuſ. l. qui accuſare. & l. hi tamen. in*
*prin. l. tamen. Secundum meā conſcientiam l. præalleg. cla-*
o *rum reſtringitur ad illos caſus*[o]*, in quibus pupillo & adulto*
*abſque tutoris et curatoris auctoritate leges veteres permit-*
*tebant accuſare, quod per d. l. eſt hodie innouatum.*

7 † *Item ſine curatore agere impeditur prodigus*[p]*, cui bo-*
p *nis interdictū*[q] *eſt, furioſus, & ſurdus, & mutus, et fatuus ſi-*
q *ue mēte captus*[r]*, vt ff. de priui. cre. l. dabimus. §. fi. et l. ſurdo.*
r *& l. fatuo. & ff. de poſſ. l. 1. §. fi. & l. ſeq. & l. neq;. in prin.*
*& §. curator. & C. de reſtitu. mili. l. ſi curatorem habens.*

8 † *Item repellitur ab agendo crimen læſæ Maieſtatis*[ſ]*, con*
ſ *trahens, & hæredes intra tempora deliberationis conſtitu-*
*ti. Nam cum iſtis duobus rerum alienatio ſit per leges in-*
t *terdicta, ergò actiones non poterunt*[t] *exercere, vt ff. de do-*
*na. l. donationes in concubinam. in fin. & C. ad l. Iul. Ma-*
*ieſt. l. vltima. ff. de iure delibe. l. ait. prætor. §. 1.*

9 † *Item hæretici filius, à patre vel à matre hæretico inſti-*
*tutus, ab agendo repellitur, ſi velit pro hæreditate patris vel*
v *matris actiones aliquas intentare*[v]*, vt C. de hæret. & ma. l.*
10 *cognouimus.* † *Vxor quoque impeditur contra maritum a-*
*ctionem de dote conſtante matrimonio exercere, vt C. de*
*colla. l. dotis quidem petitio. Niſi in certis caſibus, vt C. de*
x *iure dot. l. vbi adhuc*[x] *& in Authen. de æqua do. l. illud. col-*
y *la. 8. & C. de repu. l. 1. et ff. de iur. do. l. mutus. §. manēte*[y]*.*

11 † *Præterea impeditur vir & vxor ad iudicem famoſis*
z *actionibus*[z] *conſtante matrimonio experiri. vt C. rerum*
*amo. l. diuortij. & ff. eod. l. 1. In caſu tamen ſpeciali ma-*

*ritum*

*ritum vxor deferre permittitur et eius proditio commendatur & de bonis mariti ob fideicommiſſum tacitum confiſcatis dimidiā conſequitur & cum fiſco partitur & prior eius partis quam vult habet electionem. vt C. de his qui ſe deferunt. l. vnica. lib. 10.* † *Item non auditur*[a] *filiusfamilias*[b] *contra* 12
*patrem*[c] *niſi in certis caſibus. Primus ſi velit de caſtrenſi* a.
*peculio litigare*[d]. *ff. de iudic. l. lis nulla.* b

*Idem dico in quaſi caſtrenſibus*[e], *cùm hodie quaſi caſtrenſia ad ſimilitudinem caſtrenſium redacta ſint, vt C. de inoffi. teſta. l. fin. §. in his itaque omnibus. Similiter auditur in cauſa alimentorum*[f], *vt C. de alen. libe. à paren. l. fin. & ff. de lib. agn. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. Et in caſibus, quibus compellitur pater filium emancipare*[g]. *vt ff. de condit. & demonſtra. l. ſi cui legatum. & ff. ſi quis à paren. fuerit ma. l. vltim. & C. de epiſ. audi. l. ſi lenones. & C. de ſpecula. & ſceno. l. final libro vndecimo. Idem dico ſi filius de poſſeſsione à patre per violentiam expulſus ſit, non vt crimen intendat, ſed vt poſſeſsionem recuperet, factum patris ciuiliter & cum reuerentia arguendo, vt ff. de accuſatio. l. hi tamen omnes. §. liberi.*

13 † *Pater verò ſi controuerſiam habeat cum filio, non auditur: quia intra domum debet ortas inter ſe*[h] *& filium diſcordias terminare, vt C. de pat. pot. l. ſi filius. & l. congruentius. Interdum tamen petit pater filium per interdictum de liberis deducendis*[i]. *Interdum per officium iudicis. Interdum vendicat adiecta cauſa de iure quiritum, vt ff. de rei vend. l. 1. §. 1. & ff. de liber. exhi. l. deinde. §. 1.*

*In his autem caſibus omnibus pater repellitur, ſi filium ſuum expoſuit: nec enim ſuum dicere poterit, quem pereuntem contempſit, vt C. de infan. expo. l. 2.*[k] *& ff. de liber. agnoſcend. l. necare. Et generaliter*[l] *ab omnibus extraneis, contra quos agere intendunt filijfamilias, hodie*

repel-

*repelluntur, niſi eis pater conſentiat agentibus & pulſantibus, vt C. de bo. quæ li. l. ſi. in ſi. 1. reſpon. & C. de anna. exce. l. 1. §. fin.*

14 † *Fallit in aliquibus caſibus in quibus filiusfamilias agit ſine conſenſu* [m] *patris.*

*Primus eſt in viaticulo* [n] *non recepto. Secundus quando pater eſt abſens* [o], *vel procurator* [p] *patris: vel eſt præſens, & eſt perſona turpis, vel demens, & non poteſt propter ſuam dementiam conſentire filio agenti, vt ff. ſi cer. peta. l. cùm filiusfa. & ff. de iudi. l. ſi longius. §. ſi filiusfa. & ff. de procu. l. filiusfa. 1. reſpon. & ff. ſoluto. matri. l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. & §. necnon illud. & ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. filioſam. Item in illis quatuor actionibus* [q], *quas ei intentare leges veteres concedebant, vt ff. de act. & obli. l. filiusfa. Sed quid ſi in illis caſibus, in quibus non poteſt filiusfam. ſine patris conſenſu experiri, pater noluerit filio agenti conſentire. Reſpondeo, captis pignoribus compelletur, argum. Inſti. de ſatiſda. tu. §. quibus. & ff. de dam. infect. l. 4. §. an tantum. Vel contra patrem multa per iudicem iudicetur, arg. ff. de ven. inſpi. & cuſto. per tu. l. 1. §. ex hoc. Vel fortè ſatis erit ſi pater interpellatus nolit conſentire* [r], *vt ff. vt in poſſeſ. leg. l. 1. §. non exigit. Econtrà, ſi inuitus per iudicem compellatur, videtur, quòd talis conſenſus nil debeat operari, vt arg. ff. de auto. tu. l. 1. §. fin.* [ſ] *& l. 2. & ff. quod cum fal. tu. l. nouiſſimè. in prin. verſi. quod enim ſi compulſus. & argu. ff. de acquir. hæred. l. eum qui metu verbum. & ff. de adul. l. vim paſſam. Puto tamen patrem omninò compellendum, ſi grande præiudicium filio generaretur, niſi iuſtam cauſam alleget, quare non debeat conſentire, vt ff. de lega. l. huiuſmodi. §. ſi. vel fortè denegabitur patri vſufructus, arg. Inſti. de acqui. per arrog. §. ſi. & ff. ſi ex noxa. cau aga. l. ſi cum vſufructus. Sed dominus Azo non exigit conſenſum patris, niſi in his in quibus patri acquiritur vſusfructus* [t].

† *Sed*

*† Sed nunquid poterit pater per nuncium vel epiſtolam* 15
*agenti filio conſentire, argu. quòd ſic. ff. de acquir. hæred. l. ſi*
*quis mihi bona. §. iuſſum. quod verum non puto* [v]*: immò pa-* v
*ter præſens coram iudice conſentiet ad ſimilitudinem tuto-*
*ris, vt ff. de auc. tut. l. obligari. §. pupillus. & §. tutor. & l.*
*accipiens. & Inſti. eo titu. §. pen. gerit enim pater legitimã*
*adminiſtrationem in bonis filio delatis tanquàm tutor. vt C.*
*de bo. mater. l. 1.*

*† Item agere impeditur bannitus* [x]*. † Et ſpoliator* [y]*.* 16
*Et excommunicatus* [z] *argu. ff. ex quib. cau. maio. l. ſed & ſi* x
*per prætorem. §. actio exempta. & §. ſcilicet & ſi dum de-* 17
*creto. & in extrauag. de reſtit. ſpol. ſæpè contingit. & in ex-* y z
*trauag. de iudi. intelleximus.*

*† Item monachi, & conuerſi, & canonici regulares, non* 18
*prælati, ſuo nomine litigare volentes, non audiuntur* [a]*: cùm* a
*bona non habeant, & pro mortuis reputantur* [b]*, vt in Auth.* b
*de mona. §. illud quoque. & §. ſi verò reliquerint. & in Au-*
*then. hæc conſti. interpre. prio. conſti. de his qui ingre. mo. in*
*prin. conſti. & C. de epiſ. & cle. l. Deo nobis. in fi. 1. reſpon.*
*& in Authen. quomo. opor. mona. §, non egrediuntur. col. 6.*
*turpe eſt enim eis, ſi velint ſe peritos oſtendere forenſium*
*cauſarum, vt C. de epiſ. & cler. l. repetita. in fin.*

*† Admitto tamen eos, ſi non eſt Abbas* [c]*, vel prior, vel ſyn-* 19
*dicus monaſterij, qui pro eis agant, ſeu experiãtur, & ipſi ſint* c
*ſpoliati* [d]*, arg. C. ſi per vim vel ali. mo. l. 1. Prælatos excepi,* d
*putà Abbates & Priores magnos, & Xenodochios, & hoſpi-*
*talium rectores* [e]*, qui poſſunt proprio nomine litigare. Nam* e
*& propria* [f] *bona habere poſſunt. Multa enim tollerantur* f
*ratione dignitatis, qui aliàs minimè tollerarentur, vt in Au-*
*then. de non alie. §. ſicut autem. damnaſo eſt & ff. de re iud.*
*l. quidam conſulebat. & ff. de do. l. filiusfami. §. nonnunquã.*
*& ff. de iudi. l. ſi longius. in fin. l.*

*† Simi-*

† *Similiter impeditur agere fideiuſſor cõtra reũ, pro quo fideiuſsit, anteq̀uam ſoluat* [g], *ff. de condit. indeb. l. indebi-*
h *tam* [h]. *Vel æquipollens faciat, quia ſuum proprium delega-*
i *uit debitorem* [i], *vel ipſe fideiuſſor hæres extitit creditori* [k],
k *apud quem interceſsit: vel debitum depoſuit & reſignauit, vt ff. de fideiuſſo. l. qui debitorem. & ff. man. l. ſi ei cui. & l.*
l *qui mutuam. §. fideiuſſor. Niſi in certis caſibus* [l] *primus, ſi debitor dilapidat bona ſua. Secundus, ſi taliter interceſsit, quod poſſet debitorem, anteq̀uam ſolueret, conuenire. Ter-*
m *tius, ſi fideiuſſor in obligatione diu ſtetit* [m]. *Quartus, ſi fide-iuſſor eſt cõdemnatus, vt C. man. l. ſi pro ea. & ff. eo. ti. l. Lucius. Eodem modo repellitur agens familiæ herciſcundæ, et*
n *cõmuni diuidũdo, ſi negetur cohæres* [n] *eſſe, vel cõmunem habere cũ poſſeſſore, vt ff. fami. herciſ. l. 1. & ff. de excep. l. fundi quem. Prætereà impediuntur, quæ præmaturè agunt, vt*
o *pupillus ante finitam tutelã* [o]: *Et debitor, q̃ vult agere pignoraticia ante ſolutionẽ debiti, vel obligationẽ, vt ff. de tute. et rati. diſt. l. niſi finita. et l. ſi tutor Reipublicæ. §. fina. et l. ſed*
p *nõ datur. & ff. de pig. act. l. ſi rẽ alienã* [p]. *§. omnis. & §. ſeq. Item ſi ſtipulatus fuero amphoras vini centũ ex fundo tali vel Arethuſæ partum: licèt pura obligatio videatur, tamen*
q *propter tacitã conditionem* [q], *quæ ineſt, expectare debeo, donec naſcatur, vt ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. verſ. pro quo & illud. & l. interdũ. 1. reſpon. Eodem modo repellatur fideicõmiſſarius, cui damnatus eſt hæres de hæreditate reſtituenda, recepta à fideicommiſſario certa pecuniæ*
r *quãtitate, vel ſub conditione nominis ferendi* [r]: *nihil enim mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere, vel ſub alia quauis cõditione poſsibili, & honeſta, ſiue non turpi: quia oportet, quòd ipſa adimpleatur, vt æquipollens fiat, vt iſta probantur, ff. ad Trebel. l. facta. §. ſi ſub conditione. & §. ſi viro nominis. & l. mulier. §. Briſidas. & ff. de condi. & demonſtra. l.*

non

*non dubitamus. & l. Mutianæ. Item repelluntur, qui volunt agere intra alienam vicem, cum eis alius præferatur, vt ff. de inoffi. teſta. l. poſthumus. §. ſi quis ex his perſonis. & C. qui admit. ad bono. poſſeſſ. poſ. l. fin. in fin.[f] & C. de edicto- diui Adria. tol. l. 1. & ff. de acqui hære. l. quãdiu. et l. quemadmodum. & C. commũ. de ſucceſ. l. antequam. et C. de libe. cau. l. principaliter. & ff. de iure deliber. l. ſi plures. Excipitur quoque contra venditores qui volunt ab emptore, cui vendiderunt, rem venditam vendicare. Item & contra hæredes[t] venditorum, vt ff. de euict. l. vendicantem. & ff. de exceptionibus rei vendica. & tradi. l. 1. & C. de rei vend. l. cùm à matre. & C. de re. alien. non alien. l. venditrici.* f t

† *Item repellitur filius natus ſi vltra quartã hæreditatis petat prægnãte vxore patris: vt ff. ſi pars hære. pe. l. 1. §. 1. interdum. & C. antiqui. & ff. de iudi. l. ſed ſi reſtituatur. §. ſi.* 21

† *Item regulariter repelluntur omnes, qui contra proprium factum[v] venire volunt: licèt hoc fallat in quibuſdam caſibus ſpiritualibus, vt not. ff. de adop. l. poſt mortem. & ff. communia prædi. l. venditor. & ff. de re iudi. l. iudex.* 22 v

† *Prætereà multò fortius repelluntur turpitudinem[x], vel ignauiam ſuam allegantes. vt C. de tranſact. l. tranſactum finita. & C. de ſer. pign. da. ma. l. ſi creditoribus. & ff. de leg. 2. l. qui ſolidum. §. etiam.* 23 x

*Prætereà impediũtur agere actores ratione obiectæ compenſationis liquidæ, ſiue non multis ambagibus inuolutæ, aut inodatæ[y] tam in ciuilibus, & pecuniarijs quæſtionibus[z], quàm etiam in turpibus & famoſis, vt ff. de compen. l. 2. & l. ſi ambo. & C. de compon. l. ſi & ff. ſolut. mat. l. viro. & C. libe. cau. l. ſi filius. & ff. de dolo. l. ſi duo. & ff. de eo per quem fac. erit. l. 3. §. ſed & ſi ſtipulator. & ff. ad l. Aquil. l. ſcientiam. §. cùm inſtrumenta.* y z

† *Itẽ agere impeditur venditor[a], mulier, debitor de pro-* 24 a

*præta-*

*prietate rei venditæ, in dotem datæ, & pignoratæ, vt ff. de re re iud.l.ſæpè. & C.de rei ven.l. doce. Item illuſtres viri: quos agere & defendere opem non per ſe,ſed procuratore*
b *conſtituto* [b]*,vt C.de procura. l.penul. & in Authen.quãuis.*

*Item tutores, curatores,procuratores, qui depoſito eorũ officio volunt directis actionibus, ſibi durante officio acquiſitis,finito officio inuitis dominis experiri: quare illi, quorum*
c *nomine in iudicio litigauit, in ſuis vtilibus præferuntur* [c]*, vt ff. de proc. l. in cauſæ. §.fi. & l.ſi procurator. & ff. quando ex facto tut. l.2. Actoris tamen procurator, deſiderans ſibi ſatisfieri ex iudicato, auditur,ſi dominus non ſit ſoluen-*
d *do* [d]*, vt ff. de procu.l.actoris procurator.*

25 *† Impediuntur etiam agere omnes creditores ante ad-*
e *uenientem diem, vel exiſtentem conditionem* [e]*, vt ff. de pac.l.item quare cõuentiones.ff.quando dies leg.ced.l.vna. l.fin. & Inſti.de exceptio.§.temporales. vnde olim rem deductam in iudicio amittebant, hodie autem non ita ſtrictè proceditur: quia agere poteſt quis ante aduenientem diem, veruntamen Reo induciæ duplicantur. Nec auditur creditor die adueniente, niſi ante omnia litis expenſas reſtituat ipſi Reo, vt Inſti.de excep.§.hodie. & C.de plus peti.l.vna.*

f *Ex iuſta tamen cauſa* [f] *ante exiſtentem diem poteſt agi ad cautionem, vt ff.de iudi.l.in omnibus. & ff. de pign.l. græcè. §.penul. Nam & creditor, qui aliquid ſtipulatus*
g *eſt ſub conditione, creditor eſt* [g] *ante exiſtentem conditionem. Legatarius verò, cui aliquid eſt legatum ſub condi-*
h *tione, interim non eſt in numero creditorum* [h]*, vt ff.de act.*

i *Exceptis illis caſibus* [i]*, in quibus locator impunè poteſt expellere conductorem, vt C.loca.l.3. & ff. eo.l.quæro.§.inter locatorem.in fin. Quod in precario non procedit, quia*
k *mea liberalitate non potes vti, niſi quamdiu velim* [k]*, vt ff. de precar.l.ait prætor.§.1. & l.cum precario. Similiter*

*excipi-*

*excipitur contra venditorem agentem ex vendito antequã
rem venditam tradat [l] vel offerat emptori. Similiter contra* l
*emptorem agentẽ ex empto, antequàm precium ſoluat [m], vel* m
*offerat vẽditori, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & §.
ex vendito. & Inſt. de rer. diui. §. l. venditæ. & ff. de cõtra-
hen. emp. l. quod vendidimus. Eodem modo repellitur em-
ptor agens ex ſtipulatu de euictione, antequàm ab eo per ſen-
tentiam [n] res vendita euincatur, vt ff. de rei vendica. l. vti-* n
*que. & ff. de euictio. l. euicta. 1. reſponſo. & §. 1.*

*Quanquàm ex empto poſſit emptor bona fide [o] contra* o
*venditorem, antequàm res euincatur agere, vt ff. de act.
empt. l. ſeruus quem. §. finali.*

† *Repelluntur quoque volentes agere furti, & iniuriarũ* 26
*actione, poſt remiſſas [p] furti, & iniuriarum actiones pa-* p q
*ctione [q], ſeu tranſactione [r], vel diſſimulatione [ſ]: vel ſi iniu-* r
*riatus criminis obiecti erat [t] nocens, vt iſta probantur ff. de* ſ
*pact. l. ſi tibi decem. §. quædam. & l. ſi vnus. §. pactus. verſi.* t
*ſed ſi pactum. & Inſtit. de iniur. §. fi. & ff. eo. titu. l. non ſo-
lum. §. 1. & l. eum qui nocentem.*

† *Item non audiuntur liberti famoſas contra patronos* 27
*actiones inſtituentes [v]. Nec filij contra parentes [x] in inte-* v x
*grum reſtitui deſiderantes, vt ff. de obſe. à libe. & liber. l.
2. 5. & 7. & ff. de in ius vo. l. ſed ſi hac lege. §. penult. & C.
qui & aduer. quos in integ. reſt. poſtul. l. vltim.*

*Item deludentur agentes rei vendicatione, & noxalem
actionem intentantes, ſi reus ſe negauerit poſſidere, vt ff. de
rei vendica. l qui petitorio. & ff. ſi ex noxal. cau. aga. l. 2.
§. 1. Niſi primùm de mendacio poſſeſſor fuerit redargu-
tus [y], vt ff. de rei vendi. l. fina. & ff. ſi ex noxa. cau. l. quo-* y
*ties. §. 1. & 2. ſi ſeruus depoſitus. §. vlti.*

*Similiter punitur poſſeſſor pignoris, qui negat rem eius
eſſe, cuius actor eſſe aſſerit, ſi probata intentione nitatur*

 *tenere,*

*tenere, dicēdo ex hypotheca vel alia cauſa ſe potiorem: quia oportet transferre poſſeßionem*[z]*, antequàm audiatur de iure ſuper. vt in Authen. de trien. & ſemi. §. illud quoque. C. qui pot. in pig. habe. Auth. item poſſeſſor.*

*Inſuper actoris intentio deuiatur in reali, ſi reus ante litem conteſtatam in iudicio rei petitæ exhibeat poſſeſſorem, vt ff. de rei vend. l. is qui ſe obtulit. & l. ſequen. & l. ſi autē. in princip. Et in noxali, ſi contendat ſeruum noxoſum ab alio defendi cum ſatiſda. vt ff. de noxa. l. ſi plurium ſeruus. §. fina. Et in criminali, ſi accuſatus exhibeat criminoſum*[a]*. vt C. de fal. l. maiorem.*

28 *† Item non compellitur reus iudicium ſuſcipere, ſi debitum confiteatur*[b]*, & dicat ſe paratum ſoluere, vt ff. de iud. l. ſi debitori. Item ſi partem debiti confiteatur: quia de parte confeſſa iudicium ſumere non cogitur*[c]*, vt ff ſi certum petatur. l. quidam exiſtimauerunt. Item creditor non auditur, ſi conuenire velit mandatorem, vel fideiuſſorem, vel poſſeſſorem pignorum, niſi primum tranſiuerit, & debitorē excuſſerit, vt in Auth. de fideiuſ. §. ſed nec. & C. de actioni. & obligatio. Auth. ſed hodie. Idē puto in beneficio epiſtolæ diui Adriani, et beneficio nouæ conſtitutionis, quæ adiuuat reos debendi, quod tantum*[d]* lite conteſtata ſit opponēdum, vt C. de conſti. pe. l. fi. & ff. de tute. & ra. diſt. l. 1. §. nunc tractemus. & in Authen. de duob. reis. collat. 8.*

*Præterea iudicij ſuſceptio declinatur ratione aduerſarij & liberalis cauſæ: putà ſi impuberi quæſtio ſtatus moueatur, quam pupillo non expedit præſentialiter agi, vt C. de Carbon. edict. l. 1. & 2. Inſuper excipitur contra actores, qui præpoſterè agunt, iuris ordine non ſeruato*[e]*, vt C. de appellatio. l. 1. et C. de rei vēdi. l. ordinarij. & C. de interdict. l. incerti. & C. loca. l. ſi quis conductionis. & ff. de iudi. l. ſi de vi. & C. de ordi. cog. l. 3. & ff. de acqui. poſ. l. exitus.*

*Item*

*Item eijciuntur actores volentes agere tempore feria-*
*rum [f], niſi in caſibus ſpecialibus [g], vt ff. de ferijs l. 1. et 2. et 3.* f
† *Repelluntur quoque & illi, qui in ius vocant illos, qui* g
*non debent nec poſſunt de iure vocari, qui enumerantur* [h] 30
*ff. de in ius vocan. l. 2. 3. & 4. in prin. & Authen. vt cùm de* h
*appell. cogno. §. vlti. & ff. de inu. l. nec magiſtratus.*

† *Et generaliter ab actionum exordio repelluntur, qui* 31
*opponunt actionem nimium generalem* [i]*, ſeu ambiguam, &* i
*confuſam, cauſæ certitudinem minimè continentem, vel in-*
*competentem, vt qui proponunt finium regundorum actionẽ*
*ad centum, vel certi conditionem generalem quantitate non*
*expreſſa in libello, vt iſta probantur ff. de iure fiſ. l. ita fidei*
*hæredis. & C. de anna. excep. l. vlt. & ff. de iudi. l. ſi quis in-*
*tentione ambigua. & ff. ſi menſ. fal. mod. dixe. l. 1. 1. reſpon.*
*& ff. de euic. l. minor. §. ſi ſeruus. et in Auth. de religioſis. §.*
*ad excludendas. & ff. de depoſi. l. 1. §. ſi quis argentũ. et ff. de*
*fur. l. in actione.* † *Similiter repelluntur contraria ponen-* 32
*tes* [l]*, vt C. de furt. l. 1. & C. de codicil. l. vlti. in princip. &* l
*C. ſi ſer. exte. ſe emi. manda. l. vna.*

† *Eodem modo repelluntur, qui diuerſas* [m] *in libello a-* 33
*ctiones proponunt, immò compellitur ad alterius electionem,* m
*niſi vna ſit alterius præparatoria, vel niſi vna ſit pœnalis &*
*ab initio, & altera rei perſecutoria: vel niſi hoc faciat con-*
*tumacia Rei non reſpondentis, vt hæc probantur ff. de tribu.*
*l. quod in hæredem. §. eligere. & ff. de leg. 2. l. cùm filius. §.*
*varijs. & ff. de condi. furti. l. ſi pro fure. 1. reſpon. & ff. de*
*fur. l. ſi pignore. §. cui furti. & ff. arbo. fur. cæſa. l. 1. & l.*
*penul. & ff. quo. lega. l. 1. §. quod autem. & ff. ad exhi. l. 3.*
*§. eſt autem perſonalis.*

*Sed quid* [n] *ſi deiectus de poſſeßione fundi velit pro parte* n
*fundi proponere vnde vi interdictum, & pro alia triticariã*
*actionem contra deiectorem vel inuaſorem, nunquid ad-*

*mittendus erit, argum.ff. de vi & vi arm.l.1.§.ſi fundus. Nam & triticaria intentatur contra prædonem, vt ff. de triti.l.1.§.fina.& l.ſequen.Contrarium puto argumentum*
o *trahitur ex ratione*[o]*, quæ redditur in §.præallega.ff. de lega. 2. l.cùm filius.§. varijs. Ad hoc accedit ff.arbo.furt.cæſa.l.ſi gemma. Secùs ſi partem fundi vel domus emit à domino, partem aliam à non domino : vel ſi dimidia pars erat feudum, alia dimidia allodium: quia pro dimidia Publicia-*
p *nam, pro alia dimidia rei vendicationem*[p] *intentabit : Et pro parte feudi vtilem, pro parte, quæ eſt allodium, directam rei vendicationem, argumen.ff. de publi.l.1. & ff. ſi ager vecti.vel emphyt.peta. l.1.§. ſi tamen conduxi aream & poſteà in ea poſui ſuperficiem, qualem de ſolo, talem de ſuperficie ſoli dominus poterit intentare, vt ff.de ſuperfi l.1. §. quod ait. In pœnalibus actionibus, ſi dantur plures ex vno facto, oportet, quòd altera eligatur, veruntamen ſi plus eſt in vna, quàm in altera, poteſt per aliam, quam non intentauit conſequi, quod conſecutus non eſt, vt ff.commo.l.inde quæritur. & ff.de act. & obli.l.qui ſeruum. Si verò ex diuerſis factis dentur, vna non poteſt alias impedire, immò ambæ eodem libello poterunt intentari, vt furti pro ſeruo ſubſtracto, & l. Aquiliæ pro occiſo, ſcilicet ſi ſeruus eſt à fure occiſus, vt ff.de priua. deli.l.nonnunquàm. & ff.de reg11. l. nunquàm.*

*Diximus in ſuperioribus de his, qui à ciuilibus & crimi-nalibus cauſis communiter repelluntur, nunc videamus de his*
q *ſolis, qui non à ciuilibus, ſed criminalibus*[q] *actionibus remo-*
r *uentur. Et ſunt iſti mulier*[r]*, pupillus, miles ſtipendiatus, & qui merum imperium poteſtatemq; gerunt, & infames, qui iudicia duo aduerſus duos reos ſubſcripta habent, & qui nummos ob accuſandum acceperunt, & liberti contra patronos , & quidam propter ſuſpicionem calumniæ,*

*vt qui*

*vt qui ſubornati teſtimonium dixerunt, & pauperes minus quinquaginta aureis in bonis habentes, & fortè epiſcopi, vt ff. de accuſat. l. qui accuſare. & l. alij. & l. nonnulli. & C. de epiſco. & cleri. l. ſi quis in hoc genus. Mulieres tamen in certis caſibus admittuntur, vt in accuſatione l. Iuliæ, de annona, & legis Iuliæ maieſtatis, & ſuſpecti tutoris, vt ff. de accuſa. l. mulierem. & ff. ad legem Iul. Maieſt. l. in quæſtionibus. & Inſtit. de ſuſpect. tutorib. §. 1. Et ibi parentum liberorumq́ [ſ] patroni, aut patronæ, eorumq́ filij & filiæ nepotis neptisve iniuria proſequuntur, vt ff. de accuſ. l. 1. & 2. Pupillus regulariter impeditur, & minor 25. annis, niſi in caſibus, quibus pupillo permittitur accuſare de conſilio propinquorum, vt ff. de accu. l. 2. §. fin. & notaui ſup. eo. Item pupillus & §. ſimili [t] modo. Miles verò admittetur, ſi ſuam, & ſuorũ iniuriam proſequatur cum ſubſcriptione tamen, vt C. qui accuſa. non poſ. l. ſi crimen.*

34 *† Sed quid ſi infamiæ vel aliam turpem obiecit exceptionem, quam obiectam obijciens non potuit probare, nunquid opponens poterit iniuriarum conueniri, & videtur, quòd nõ. quia iuris executio nõ habet iniuriam, vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. 1. & ff. de reg. iur. l. factum. §. non videtur. præterea cùm aduerſus parentes & patronos propter eorum reuerentiam doli vel alia turpis exceptio à filio vel alia turpis exceptio à fillio vel liberto minimè opponatur, ergo cõtra alios impunè opponi poſſunt, aliàs in eis non erit ſpeciale, vt ff. de doli excep. l. apud Celſum. §. aduerſus. & C. de theſau. l. vna. Ecõtra videtur [v], quòd obijciens teneatur iniuriarum: nã fideiuſſori recuſato cõpetit iniuria contra eũ, qui recuſauit, vt ff. qui ſatiſ. cogan. l. ſi verò condenato. in fi. & recuſatio quaſi exceptio eſt. Præterea cum iniuriarũ actione teneatur, qui dixit aliquem debitorem vel ſeruum eſſe, vt C. de iniur. l. neq́. & l. ſi quidẽ. & melius. C. de libe. cau. l. ſed cùm*

*ſeruitus.multò fortius, qui in conſpectu iudicis excipiendo dicit. Puto tamen, quòd pater & patronus habeant iniuriarum actionem, ſi turpis à filio vel liberto contra eos exceptio ſit obiecta, vt arg. ff. de aq. quo. & æſti. l. 1. §. pe. in fi.*

*Merum imperium habens non accuſat interim, non enim ſine fraude &c. vt ff. ad l. Iul. de adul. l. ſi maritus ſit in magiſtratu. in prin. & ff. de iniu. l. nec magiſtratibus. Miles verò durantibus ſtipendijs eſt deferendus, illis autem finitis non eſt locus delatori, vt ff. de re mili. l. milites prohibentur. in fi. Et quod dixi, quod duo iudicia ſubſcripta habet, non poſſe tertium accuſare, fallit, vbi vellet ſuam & ſuorum iniuriam proſequi, vt C. qui accuſ. non poſſ. l. cum rationibus. & in vxorato quærenti de adulterio vxoris, vt ff. de adul. l. inter liberas. §. fi. Et quod dixi de his, qui pretium receperũt ob accuſandum vel non accuſandum, ab accuſatione repelli, & etiam à teſtimonio, vt ff. ad l. Iul. repe. l. eadem. §. 1. & 2. propter ſuſpicionem calumniæ dictum eſt ex eo, quod*
x *ſemel* [x] *ſunt calumniati, vt ff. de accuſa. l. ſi cui. §. iiſdem.*

35 *† Item frater non auditur contra fratrem inſtituens crimen magnum & capitale, vt C. de his qui accuſa. non poſſ. l. ſi magnum. Item qui ab accuſatione deſiſtit non impetrata abolitione, vt ff. ad Turpil. l. qui deſtitit. & C. qui accuſ. nõ poſſ. l. ſi ea. Et qui iudicio publico de præuaricatione ſunt condemnati: & qui artem ludicram exercuerunt, & qui lenocinium fecerunt, vt ff. de accuſa. l. qui in iudicio. admittuntur tantum, ſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequantur, vt ff. de accu. l. hi omnes. in prin.*

y *Simili modo de ſe confeſſus* [y] *non auditur alium volens accuſare, vt C. de accu. l. ſin. & ff. de quæſtio. l. repeti. §. 1.*
z *fallit interdũ* [z] *vt C. de fal. mone. l. 1. & C. de ferijs prouinciarũ.*
36 *† Itẽ accuſare impediũtur liberi, vel liberti, domeſtici et domeſticæ, meretrices, et familiares, parẽtes, patronos, et*

*domi-*

dominos, in quorum domibus ſunt ab infantia enutriti, vt C. de his qui accuſare non poſſ. l. iniquum. & l. pe. & fi. & ff. de accu. l. hi omnes tantũ. §. liberi. & ff. de bo. lib. l. quæ cũ maior. §. quæ libertus. & C. de delato. l. fi. lib. 10. Pater tantum & mater filios accuſantes admittuntur de crimine in ſe commiſſo, vt ff. ad legem Corne. de ſica. l. in auditum. & C. de his qui accu. non poſ. l propter inſidias.

† Item accuſare impediuntur tutor, curator, procurator [a], & generaliter omnes volentes accuſare nomine alieno, vt ff. de publ. iud. l. accuſatore. §. ad crimen. & C. de his qui accuſa. non poſſunt. l. 2. 37 a

† Fallit tantùm in illuſtribus perſonis, quæ ad accuſationẽ iniuriarum conſtituunt procuratores, vt C. de iniur. l. vlti.[b] 38 b

† Item non audiuntur volentes clericos ſub iudicibus [c] ſecularibus accuſare de criminibus canonicis & eccleſiaſticis, vt in Authen. vt cle. apud proprios epiſcopos. §. ſi tamen de criminibus. & §. ſi verò. & in Authen. de mandatis prin. §. ſi verò canonicum. & C. de epiſco. & cleri. Authen. clericus quoque. & Authen. cauſa. Hodie nec clericus nec monachus poſſunt ſub laico iudice accuſari, vel conueniri, vt in illa l. noua. ad decorem. licèt poſſet reſponderi ei propter verbum ibi poſitum ſecundum ſacras regulas & conſtitutiones imperiales. 39 c

† Ratione tranſacti temporis impeditur accuſare maritus iure mariti poſt 60. dies, aut iure extranei poſt ſex mẽſes vtiles, computando in nupta à die diuortij, in vidua ex die cõmiſſi criminis. Et in vtraq; poſt quinquenniũ non recipiatur accuſatio, vt C. de adul. l. iure mariti. et ff. de adul. l. mariti lenociniũ. §. ſex menſiũ. & §. quinquẽnij. & l. miles. §. adulterij. Niſi iuſta cauſa fuerit impeditus [d], vt ff. eo. tit. l. quinquenniũ. Ratiõe iudicis impeditur vt ſi de crimine ante pedaneũ[e] iudicẽ vel arbitrũ [f] litigetur, vt ff de peda. iud. l. 2. 40 d e f

*& ſi. & ff. de recep. ar. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. & ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. l. 1. legatus tamen pro-*
g *conſulis cognoſcit non tamen de eo iudicat* g, *vt ff. de offic. procon. l. ſolet. & l. ſi quid erit.*

41 h † *Et generaliter nulla crimina poſſunt poſt viceſimũ* h *annum intentari, vt C. de fal. l. querela. in fin. Fallit tamen in crimine ſuppoſiti partus, quòd nulla temporis præſumptione depellitur, vt ff. ad l. Corne. de fal. l. qui falſum. §. 1. Multò iuſtius in eo, qui malis medicamentis partum abegit, vt ff. de pœnis. l. Cicero.*

42 i † *Item repellitur accuſator, qui reo mortuo* i *deproperat accuſare: fallit tamen in crimine læſæ maieſtatis, repetundarum, hæreſeos, & peculatus, & ff. ad l. Iul. pecu. l. fin. & C. de hære l. 4. & l. fin. Ratione quoque iudicis repellitur ac-*
k *cuſator, ſi velit* k *filius aliquem coram patre iudice, vel econtrà, criminaliter accuſare, vt ff. de iudi. l. in priuatis. Similiter cognoſcere & iudicare impediuntur volentes agere iniuriarum ex l. Cornelia, coram genero, ſocero, vitrico, priuigno, ſobrino, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. in 1. reſponſ.*

43 l † *Et generaliter ab accuſationibus repelluntur omnes propter ineptam* l *libelli conceptionem, & propter omiſſam inſcriptionem, quam dico debere fieri, non tantùm in publicis criminibus, ſed etiam in priuatis: cùm extra ordinem non pecunialiter ſed criminaliter intentantur, vt ff. de accuſa. l. libellorum. & C. de his qui accu. non poſſ. l. qui crimen. & ff. de priua. delict. l. fina. & ff. de fur. l. fin. niſi eſſet officialis, vel niſi eſſet crimẽ leniæ, vel accuſator eſſet priuilegiatus, vt maritus pater, patronus, quos non eſt veriſimile calumniari, vt C. de accu. l. leniæ. & l. ea quæ. & C. qui accu. non poſ. l. de crimine. & C. de adul. l. quãuis. & ff. de iureiu. l. iuſiurãdum. & ad pecunias. §. qui iuſiurandum*

*& ff. qui.*

*& ff. qui ſatiſda. cogan. l. de die. §. iubetur: hodie verò per generalem conſuetudinem Lombardie non fiunt inſcriptiones, nec libelli accuſatorij porriguntur: ſed ſcribitur per tabellionem dictum ruſtici vulnerati, vel verberati: & talis ſcriptura habetur loco libelli accuſatorij, & ab illa habet neceſſe ſe defendere accuſatus. Et poteſt eorum conſuetudo nimium aduocatis damnoſa lege pulcherrima palliari, vt ff. de public. iudi. l. ordo. & ff. de pœnis. l. hodie. Quærat ergò accuſatus in perſonam accuſatoris ſupra ſcripta & ſimilia impedimenta, & eum de facili ſubmouebit.*

R*Epellantur* Quia author iſte rectum ordinem ſequutus, præmittit de dilatorijs exceptionibus, dic, quòd a
dilatoriæ ſunt †quæ negotium principale differunt, 44
& retardant: per eas enim Reus litem prorſus non inficiatur, ſed perſonam iudicis, vel actoris euitat, l. 2. §. fina. ff. de exce. Eſt autem duplex dilatoria, ſcilicet ex perſona ſiue iudicij, & ex cauſa ſiue ſolutionis.

Dilatoria †autem ſolutionis circa propoſitionem & pro- 45
bationem regulatur, ſecundum naturam peremptoriarũ, l. exceptionem, C. de probatio. videlicet quod ante litem conteſtatam, & poſt opponi poſſunt: probari verò, poſtquàm actor fundauerit intentionem ſuam. l. ſiquidem. C. de except. & d. l. exceptionem. & dicetur infrà titul. de impedimen. ſeu excep. quæ delegat. iudi. oppo. verſi. attende tamen.

Sed †dilatoriæ iudicij opponuntur, & probantur ante li- 46
tem conteſtatam: cùm litis conteſtatio ſit terminus excluſiuus illarum, vt infrà præallega. titu. verſi. & eſt ſciendum. de quibus dilatorijs iudicij ex perſona actoris vel accuſatoris dicetur hoc toto titulo: ex perſona verò aliorum in iudicio interuenientium, putà Syndicorum, procuratorum, tutorum, curatorum, actorum, & iudicum tam ordinariorum, quàm delegatorum, dicetur titulo ſequenti ſuo ordine. Peremptoriæ autem quæ ſint, & quare ſic dicantur, dicet author inf. de peremp. epcep. in prin. Ant. de Tremolis.

a *Et accuſatorem.* Patet ergò differentiam †eſſe inter acto- 47
rem, & accuſatorem: & aliud eſſe agere, & aliud accuſare:

quod ſonat copulatiua, &, quę cadit inter diuerſa, gloſſ. in c. querelam. de ſimon. & in rubric. ff. de iur. & fac. igno. Actor enim dicitur in cauſa ciuili, accuſator in criminali, not. Inſtitut. de public. iudic. in princip. & per Bartol. in l. vna. in 3.
48 quæſt. ff. de condit. ex le. dicentem, quod † ſi delictum ex forma ſtatuti puniatur, condemnatus ex ſtatuto non dicetur condemnatus condictione ex lege, ſed accuſatione ex lege:
49 quia condictio ex lege eſt actio, ſed † crimina per actiones nō puniuntur, ſed per accuſationes. in prin. de pub. iudic. inſtit. Et licèt verbum, accuſare, quandoq; adaptetur cauſæ ciuili, l. viro atq; vxore. ff. ſolut. matrimo putà quando ex concluſione libelli appareret pœnam applicari debere libellanti, vt libelli verba ſaluentur, vt voluit Bald. & Imol. & Alex. in dict. l. viro. attamen in dubio verbum, accuſo, refertur ad iudicium criminale, ſecundum Alexandrum ibi. Vnde in ſpecie dicebat Specul. in titul. de accuſation. verſicul. quid
50 ſi primò, quod † ſi in libello dicatur, accuſo talem, & peto eum puniri, quod dicetur accuſatio criminalis, & intelligetur petere pœnam fiſco applicari, non autem agere pro ſuo intereſſe: & Specul. referunt & ſequuntur Bald. & Alexander contra Ludouicum Romanum in dict. l. viro.
Vbi Alexander limitat hoc vltimum procedere in delictis, ſecùs in contractibus, in quibus pœna in dubio applicatur parti, per textum, ſecundum eum ſingularem, in l. ſi quis maior. vbi etiam ſcribentes. C. de tranſaction. Ant. de Tremolis.

b *Seruus*. Siue ſeruus compareat per ſe, ſiue per procura-
51 torem, l. non idcircò. §. 1, ff. de iudi. vſque adeò, quòd † etiam ſi putabatur liber, non tenebit iudicium quandocunque detecta ſeruitute, per tex. in in d. §. 1. per Paul. & Iaſ. in l. ſeruus. hic alleg. ſecùs tamen ſi ſeruus communi æſtimatione habitus liber eſſet iudex, vel fuiſſet teſtis in teſtamento adhibitus propter publicam vtilitatem, l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præſi. & l. 1. C. de teſta.

52 Plus eſt, quòd etiamſi † ante litem conteſtatam non opponeretur ſeruo de inhabilitate, ſemper tamen poterit opponi: eò quia tale iudicium eſt retro nullum: cùm nec ſuo,
53 nec alieno nomine poſſit † ſeruus eſſe in iudicio, ſecundum doctrinam Bartol. in l. licèt. column. 2. verſicul. 1. quæ opponitur. C. de procuratoribus. de quo eſt textus ſingularis, in d.

l. ſeruus.

l.ſeruus. quem ad hoc ponderabat ibi Iacobus Butrig. & ſequuntur Angel. Paul. Alexand. & Iaſ. & ad hoc illam legem reddit ſingularem Angelus ibid. In † caſibus tamen ſeruus poteſt eſſe in iudicio, videlicet, vbi non agitur in forma iudicij, vt in agnoſcenda bonorum poſſeſſione coram iudice contradictore non apparente, per l.ſi ſeruus. ff. de bonorum poſſeſſion. & dicetur infrà paulo poſt. Item in caſibus notatis in dicta l. vix certis. ff. de iudic. Anton. de Tremolis. 54

c *Regulariter.* Ideò & ſignanter dicit regulariter: quia in in † pœnis habetur pro libero. l.ſtatuliber. ff. de quæſtion. & not. per gloſſ. in d. l. ſtatuliberi. & plenius per Barto. in l.1. in prin. ff. de pœn, concludentē, quòd ſi tempore delicti ſuberat ſpes mutationis ſtatus, tunc inſpicitur ſtatus mutatus, id eſt, tempus præſens, ſi hoc prodeſt Reo, vt d. l. ſtatuliber. Secùs ſi ei obeſt. argu. l. interpretatione. ff. de pœn. Si verò non ſuberat ſpes aliqua mutandi ſtatus, & tunc inſpicimus tempus delicti, vt d. l.1. in prin. Ant. de Tre. 55

d *Item pupillus.* Sed an datio † fideiuſſoris conualidet iudicium: ſicut arbitrium, per l.ſi pupillus, ff. de arbit. & dicam infrà titul. vltimo. verſicul. impediturque. in verſicul. fideiuſſores. Concludunt Guil. de Cug. & Paul. de Caſtro, in l.1. C. qui legi. perſon. ſtan. ha. in iudi. hic allega. quòd non. quia coram iudice nullo modo, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur pupillus: quia non habet perſonam legitimam, & à iure prohibetur, meritò non accedit fideiuſſor. l. cum lege. ff. ff. de fideiuſſorib. Sed † coram arbitro, ſi ſit proximus pubertati, obligatur naturaliter: quia compromiſſum ſiue litigium coram arbitro potiùs accedit contractui, in quo pupillus naturaliter obligatur, ſi ſit proximus pubertati, l.1. ff. de noua. quod Paulus, vbi ſuprà, dicit menti tenendum, per hoc inferens, vt ibi per eum, & dicam infrà iſto titul. verſicul. Item monachi. Anto. de Trem. 56 57

p *Bonorum poſſeſſionibus.* Quia dictum doctoris eſt intelligendum ſecundum tenorem iurium, quæ allegat per doctrinam Bartoli. in l. non ſolùm. in ſecundo §. Si liberationis verba. ff. de libe. lega. Idcircò intellige iſtam fallentiam, vbi † iudex competens ſcienter daret bonorum poſſeſſionem pupillo volens ſupplere defectum tutoris, 58

tutoris, vt expreſſe dicit tex. in d. l. bonorum. Et quidem hoc caſu requiro iudicem eſſe competentem nec procederet diſpoſitio. l. fin. eod. titul. volentibus apud quemlibet iudicem poſſe agnoſci bonorum poſſeſſionem: quia hoc caſu adhibetur etiam ad ſupplendum defectum intellectus, ſecundum, Fulgo. & Iaſo. in d. l. bonorum. & ideò niſi iudex competens ſcienter ſuppleret præſentiam tutoris non poſſet pupillus agnoſcere bonorũ poſſeſſ. vt ibi: licèt dicam⁹ ꝙ pupillus poſſit ſibi ſtipulari ſine tutoris auctoritate. §. Itẽ pupill⁹. Inſti. de
59 inutil. ſtipul. Sed †ratio diuerſitatis eſt in promptu: quia agnitio bonorum poſſeſſionis non continet merum lucrum: ſed mixturam, id eſt, commoda & incommoda: quia etiam ſi hæreditas ſoluendo ſit, nos obligat æri alieno, & pupillus obligari non poteſt ſine tutoris auctoritate. dicit text. in l. more. ff. de acquirenda hæred. Quinimò dato quòd hæreditas eſſet opulenta, id eſt, in qua nullæ eſſent obligationes, nulláue debita, vt dicit gloſſ. ſingularis reputata, in l. ſi quis mihi bona. §. ſi fiſci ſeruus. eod. tit. attamen quia agnoſcens bonorum poſſeſſionem debet eſſe certus, vtrùm ex teſtamento, an ab inteſtato, & ex quo capite ſibi competat. l. quamdiu. C. quæ admit. ad bo. poſſ. poſ. Sicut & qui adit hæreditatem, debet eſſe certus de cauſa ſuæ aditionis. l. hæres inſtitutus. cum duabus ſequentibus. ff. de acquirend. hæred. Et pupillus ſine tutore non poteſt intelligere cauſàm ſuę aditionis, vt dicit text. in l. pupillus ſi far. ff. de acquiren. hæred. Illa enim ætas ignorat, quod vide l. 1. C. de fal. mo. Nimirum ſic non poſſit agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſine tutore, niſi, vt diximus, iudex ſuppleret defectum tutoris. Quod ſanè intellige, quando non habet tutorem, vel habet, eſt tamẽ
60 in remotis partibus abſens: quia ſi † eum præſentem haberet, iudex ſupplere non poſſet, ſecundum Bart. in l. ſi curatorem habens. in fin. C. de in integr. reſtitu. mino. per tex. à cõtrario ſenſu, in l. ſi infanti. hic allega. in l. fi. & Bart. ſequuntur Paul. Alex. & Iaſ. in d. l. bonorum.

Immò ſi tutorem haberet pręſentem, & ille conſentire recuſaret, ac auctorari, non tamen ſuppleret iudex, ſed cogeret tutorem ſine cauſa conſentire recuſantem, ſecũdum Raphael. Fulgo. & Iaſ. in d. l. bonorum. in 3. col. per doctr. Bart. in l. ſi tutor. ff. de auctor. tutor. licèt Ado. & Ange. tenuerint contrarium in d. l. bonorum.

Sed

Sed an in adeunda hæreditate poſſit ſupplere iudex defectum tutoris, ſicut in agnoſcenda bonorum poſſeſſione, ne longior ſim, vide per Alex. in d. l. bonorum. Et an etiam procedat in infante, ſicut in pupillo, & de multis alijs ad materiam vide per Iaſ. ibi. Ant. de Tremolis.

t *Poſſeſsionis.* Intellige, agendo, quia conueniri non poteſt. per tex. ſingularem in d. l. momentaneæ. in fin. quem dixit ſingularem Paul. de Caſtr. ibid. Et eſt ratio ſecundum Bart. Bald. & Salic. ibi, ne introductum in eius fauorem, ſcilicet quod poſſit intentare poſſeſſorium, conuertatur in eius læſionem, ſi poſſet conueniri.

Aduerte tamen, quòd licèt, quando † pupillus agit poſſeſ- 61
ſorio, teneat mero iure proceſſus, & valeat ſentētia, etiā corā ipſo lata, ne aliàs Reus decipiatur legis auctoritate, contra l. 1. in fin. C. de his quæ ven. æta. impe. attamen poterit petere in integrum reſtitutionem, ac ſi cum auctoritate tutoris litigaſſet, ſecundum Bald. & Paul. ibi: quia lex ſolùm legitimat pupilli vel adulti perſonam, vt valeat proceſſus, & ſententia, ac ſi perſona tutoris vel curatoris interueniret: quo caſu reſtitutionem non prohiberetur impetrare, ſi læſus eſſet, tot. tit. C. ſi aduer. rem iudi. Ant. de Tre.

g *B. ſeruum* Bald. tamen in l. donatarum. hic alleg. in 1. lectura (ſi Bald. ſit) intelligit in hac l. ſeruum. eſſe caſum ſpecialem in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, quòd infans
† poteſt ſibi acquirere actionem ſine tutoris auctoritate ſti- 62
ſtulando ſuam rem ſaluam fore: & dicit illum caſum ſingularem, & non alibi, & ſubdit eſſe menti tenendum, & eo caſu ſufficeret etiamſi balbutiret, id eſt, ſi neſciret articulatè loqui, gloſſ. eſt ſingularis in l. mulier. gloſſ. final. ff. de verbor. obligation. quem ibi dicunt ſingularem Ange. Imol. & Iaſ. Et quòd in illo text. ſit ſpeciale in illa ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, volunt gloſſ. & ſcriben. in d. l. mulier. & gl. Bart. Ang. Paul. Aretin. & Iaſ. in l. 1. in princip. ff. de verbor. obligat. & patet ex titulo, qui eſt optimus interpres nigri, l. Imperator. ff. de in diem adiect. Intellige tamen, tunc illum textum, ſi ſit talis, qui poſſit fari, licèt intellectum non habeat: ſecùs ſi erat duorum vel trium annorum, ſecundum Paul. de Caſtr. Areti. & Petr. de Bezu. in d. l. 1. in princip. quos ibi etiam refert Iaſon. Sed gloſſ. in d. l. ſeruum. intellexit l. illam, prout Dominus Hubert. hic, quòd non ſit ſpeciale in

illa

illa ſtipulatione rem pupilli ſaluo. ſed quod procedit in maiori infante, próut etiam illam intellexerunt Petrus. de Bel. Pertic. Cyn. Rayn. Imol. & Moder. in d.l. 1. in princip. pro quibus facit, quia ille textus dicit, ſi fari poſſit modo minor ſeptennio legis diſpoſitione cenſetur non poſſe fari, licèt multi perfectè loquantur, per textum notab. in l. 1. §. ſufficit. hic alleg. quem ad hoc dicit nota. Iaſ. in d.l.1. in princip. colum. 6. ergò in infante non poterunt verificari verba. d.l. ſeruum: & per conſequens nec eius diſpoſitio: quia cui non cõueniunt legis verba, nec diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & in c. indemnitatib. §. ſupradicta. de elect. in 6.

Erit ergo concludendum cum domino Hubert. quòd
63 tunc demum pupillus † habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio momentaneæ poſſeſſionis, ſi ſit maior infante, licèt proximo infantiæ, & licèt non intelligat. Secùs ſi infans. ad quod d.l. mulier. & text. in §. pupillus. verſicu. ſed in proximis Inſt. de inuti. ſtipulat. vbi infans non poteſt ſtipulari; quanto minus poterit iudicium intentare. & hoc idem tenet Specula. in titul. de act. §. 1. poſt prin. vbi omnia hæc dicta dom. Huber. tranſcripſit. Ant. de Tre.

h *Poſſeſsionis.* Quaſi dicat, quòd in acquiſitione poſſeſſionis neceſſarium eſt, quòd pupillus ſit eius ætatis, vt intelligat, vt dicit text. in d. l. 1. §. adipiſcimur. quod etiam tenuit Specul. vbi ſuprà proximè. Plus voluit Bartolus in dict. l. 1.
64 §. adipiſcimur. in ſua diſtinctione, quod ſi pupillus † careat omninò intellectu, non poteſt etiam tutore auctore acquirere poſſeſſionem: ſed ipſe tutor benè poteſt eam acquirere: ſi verò ſit perfecti intellectus, tunc per ſe ſine tutore poteſt acquirere. ergò ſi ſit imperfecti intellectus, non poterit
65 ſine tutoris auctoritate. Dicitur autem † perfecti intellectus pupillus doli capax, id eſt, pubertati proximus, vt voluit gloſſ. in l. ſequitur. §. pupillus. in verſicul. animum. ff. de vſucap. Et proximius pubertati dicetur poſt decimum annum cum dimidio maſculus: fœmina poſt nonum cum dimidio. gloſſ. in l. pupillum. in princip. ff. de regul. iuris. & in d. §. pupillus. Vult ergò Bartol. quòd pupillus proximus infantiæ non poſſit ſine tutoris auctoritate acquirere poſſeſſionem. & idem voluit Imol. in dict. l. 1. §. adipiſcimur. Sed Ludouicus Romanus, & Modern. ibidem tenent contrarium poſt Raph. Cuman. quia ſi pupillus proximus

ximus infantiæ poſſit ſibi ſtipulari, & ſic per actum ciuilem ſibi acquirere, & in hoc æquiparetur proximo pubertati, dict. §. pupillus. quantò fortius debet poſſe apprehendere poſſeſſionem rei ſibi traditæ, & ſic per actum naturalem ſibi acquirere: quod eſt facilius, per l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquirend. rer. dom. Conclude ergò, quòd licèt pupillus non ſit proximus pubertati, & ſic nõ ſit pleni intellectus, attamen poterit ſibi acquirere poſſeſſionem ſine tutoris auctoritate, dummodo intellectum habeat, vt d. §. adipiſcimur. in fin. & dicetur ſeq. appoſtilla. Antonius de Trem.

i *L. Donatarium* Quæ duo † vltima iura exigunt in infante, 66
volente apprehendere poſſeſſionem alicuius rei, auctoritatem tutoris: aliàs non valeret: Illa tamen intellige in tali infante, qui haberet iudicium animi, licèt nõ plenum, ſed aliquem affectum ad rem, cuius poſſeſſionẽ apprehendere vellet: quia imperfectio iudicij infantis ſupplebitur ex auctoritate tutoris. Sed vbi infans nullum haberet animi iudicium, nullámue ad rem affectionem, non poſſet tutoris auctoritas aliquid operari. Sed actus eſſet fundandus in perſonam tutoris, & totaliter expediendus per ipſum tutorem, non per infantem, per iura præallegata. ibi, iudicium infantis ſuppletur auctoritate tutoris. & ibi, licèt animi plenius non fuiſſet affectus. Vbi enim non † eſſet aliquod iudicium 67
animi nullúſq; affectus, ſuppleri ꝑ tutorẽ nõ poſſet l. ſed ſi manente. ff. de preca. & iſta eſt communis ſententia. Bar. & Modern. in d. §. adipiſcimur. licèt gloſſ. ibi. & in §. cęterùm. ea. l. 1. & Cyn. in d. l. donatarium. contrarium tenuerint, & Cum. in d. §. adipiſcimur. & malè, vt per Iaſ. ibi. in 3. col. Ant. de Tremolis.

k *Curatorem non habens.* Licèt ergò contractus initi cum minore. 25. annis tutorem non habente mero iure teneant, l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſt. datur tamen reſtitutio, ſi fuerint læſi, vt ibi: attamen iudicium † per mino- 68
rem 25. annis ſine curatore agitatum, erit nullum, etiamſi curatorem non habeat: quia eſt illi neceſſariò dandus ad validandum iudicium, prout voluit gloſſ. in l. penultim. gloſſ. magn. C. ſi aduerſ. rem iudi. quam ibi ſequuntur Docto. & licèt gloſſ. illa dicat, hoc iure non probari, tamen Do. Huber. hic allegat textum, vbi eſt caſus ſecundum Paul. de Caſt. ibi. in d. §. cõtra minorẽ. qui eſt ſi. & ꝑ illa gl. eſt etiã

text. ſecundum Paul. ibi in l. 2. C. qui leg. perſo. & eſt bonus text. in l. antepenultim. hic alleg. incip. ſi vniuerſis. quæ iura volunt adultum debere litem excipere conſentiente curatore. & non prius habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio, niſi in litē datus fuerit curator. Et ſic diſtinctio circa contractus, de qua in d. l. curatorem. non procedet in iudicijs. & hoc etiam tenent Bar. Bal. & Pau. in d. l. pe. & eſt etiam tex. in §. inuiti. inſti. de cura. & in pluribus alijs iuribus ſecundum. Paul. in d. l. pe. Ant. de Tre.

l *Generaret.* Dic de hoc, an valeat ſententia contra minorē vel pro minore, vt latè dicā inf. de impe. execu. & cauſa nul. verſ. ratione perſonæ, vbi materia melius congruit.

m *In ſpiritualibus.* Tu adhuc hodie. tex. in c. fi. de iud. libr. 6. vbi etiam idem ſtatuitur in dependentibus & connexis, putà ſuper dote à matrimonio dependente, ſuper iure patronatꝰ annexo ſpiritualitati. c. quanto. de iud. & ſic de ſimilibus: in illis ènim habetur pro maiore, vt ibi. ſcilicet an in talibus cauſis ſpiritualibus, ſi fuerit læſus poſſit petere in integrum reſtitui, vide gloſſ. diſputantem, & ibi ſcribam maximè Pa. in c. ex parte. de reſt. ſpo. Ant. de Tre.

n *Veniam ætatis.* Hoc idem tenet gl. in l. 2. C. qui legi. perſo. & glo. cum qua tranſeunt Canoniſtæ in c. ex parte. de reſtit. ſpol. in verſ. quamuis minor. quæ allegauit tex. hic alleg. valet. l. 2. C. de his qui ve. æta. imp. & idem tenet Azo. in ſumma tit. de auto. præſt. in ver. eſt autem. Sed quia ille tex. hoc neceſſariò non probat, quòd, qui impetrauit veniam ætatis, habeat legitimam perſonā ſtandi in iudicio, ſecundū Salic. in d. l. 2. qui legi. perſon. ideò adde tu, tex. ſingularem ſecundum Salic. ibi. in l. ſi actor. in fin. de appell. quem etiam dicit ſingularem idem Sali. in d. l. 2.

o *Addeillos caſus.* Hoc idem ſentit gloſſ. in d. l. clarum. in ver. inferre. ſed Azo. in ſum. C. qui accuſ. non poſ. ver. dicebat, quòd immò omnia crimina poterat adultus, cum auctoritate tamen curatoris, intendere: ea ratione, quia l. 2. §. fina. ff. de accuſ. ſolum pupillum repellit, ergò videtur adulto permiſſum. l. qui accuſare. eodem titul. & opi. Azon. dedit Rofre. in ſum. illius titul. qui accuſ. non poſ. in verſic. Sed opin. domin. Hubert. hic videtur tenere gloſſ. vltimo loco referens opin. Hugo. in d. l. 2. §. final. & Specul. in titul. de accuſation. in verſicul. ſed qui de puberi. & hanc ſententiam,

tentiam, quòd † adultus non accuſet etiam cum auctoritate 70
curatoris ante 20. annum, ſicut ante illum non poteſt in criminali cauſa teſtificari. l. 2. teſtimonium. ff. de teſti. niſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur. tenent Iacob. de Rauen. Petr. & Cyn. in d. l. 2. & Bartol. dicens ita tenere Iacob. Butr. & omnes, in d. l. 2. §. fin. & in d. l. qui accuſare. & Bald. in rubric. C. qui accuſa. non poſſ. colum. 2. Et Salic in l. 2. eodem titul. colum. 4. verſicul. ad legem. clarum aſſerit iſtam eſſe communem opinionem modernorum. Diſputationis tamen gratia comprobat minorem 25. annis & cum curatoris auctoritate non poſſe accuſare, niſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur. Et idem firmat cum gloſſ. præallegata. in d. l. clarum.

Sed neceſſaria eſt dubitatio, vtrùm accuſatio † inſtitu- 71
ta per pupillum vel adultũ extra caſus permiſſos ſit ipſo iure nulla, etiamſi non opponatur, an verò ſolùm opera exceptionis, in qua quæſt. Bart. in l. 1. §. accuſationem. ff. ad Turpil. putat mero iure valere, ſi non opponatur, per illum text. & alia iura, de quibus ibi per eum. Secùs tamen, vbi accuſatio eſſet inepta: quia ineptitudo redderet iudicium retro nullum, ſecundum eundem Bar. in l. libellorum. §. quòd ſi libelli. ff. de accu. qui dicit ita obſeruari. & idem Barto. in l. edita. col. 1. in fi. C. de eden, Ant. de Tre.

p *Prodigus*. Quis dicatur prodigus, vide eundem inf. quib. mo. cura. furi. prædi. ven. bo. & orpha. age. impe.

q *Interdictum eſt*. Intellige à iudice: quia antequàm † in- 72
terdicatur habet legitimam perſonam pro ſe & pro alio litigandi, & poteſt contrahere, alienare, & actus quoſcunque expedire, quantũcunq; notoria ſit ſua prodigalitas, per duos egregios text. in c. veritatis. de dol. & contumac. & in l. tres tutores. in fin. ff. de adminiſt. tuto. & iſta eſt communis ſententia gloſſ. Barto. Bald. Angel. Paul. de Caſtro. Ludo. Rom. & Iaſo. in l. is cui bonis. ff. de verbor. obligat. gloſſ. in l. 1. in princip. ff. de curat. fur. & ibi Andr. de Pi. & Bald. & gloſſ. in l. furioſi. ff. de regul. iur. Bartol. Bald. & Ange. in l. is cui lege. ff. de teſtament. & tenuit Specul. titul. de acto. verſicul. item opponit contra actorem quòd eſt prodigus. ſubdens idem, in muliere luxurioſa, cui etiam debet curator dari. l. 1. & l. mulieri. ff. de cur. fur. quibus ipſo iure non eſt adminiſtratio bonorum interdicta. At iſtam teſtantur eſſe com-

munem Pau. Aretin. Alexand. Iaſ. in d. l. is cui bonis. dicens, ita tenere Canoniſtas in c. 2. de teſt. & dicit ibidem. Iaſ. in 6. colum. iſtam in conſulendo & iudicando eſſe tenendum. Licèt contrarium tenuerint gloſſ. in d. l. is cui lege. & Petr. de Bel. Perti. Imol. & Raph. Cu. in d. l. is cui bonis. vbi etiam dicit Alex. quòd iſta vltima eſt ſuſtentabilior, ſed altera communis & ſequenda. Fundamenta vtriuſq; partis, & duas limitationes ad communem, vide per Modern. ſignanter per Iaſ. in d. l. is cui bonis. in 3. col. in fi. & tribus ſeq. Et ibi etiam videre eſt, quid ſi non prodigus fuerit per iudicem prodigus declaratus, & ei interdictũ bonis, vtrùm teneat interdictio, Ant. de Tre.

73 r *Mentecaptus.* Quæ autem † ſit differentia inter furioſum & mentecaptum ſiue fatuum, vide Bald. in l. ſi furioſi. colum. 1. in medio. C. de nupt. & in l. humanitatis. colum. 3. verſicul. venio ad quartum. C. de impu. & alijs ſubſti. dicentem, quòd furioſus eſt, qui eſt cum rabie furoris euidẽtis: ſed mente captus eſt, cui mẽs & conſilium deficit, nullum tamẽ furorem oſtendit. Vnde tex. melior de iure in l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edict. dicit eum furioſum cenſendum, qui per vicos more inſanorum verenda loquitur, quem tex. meliorem de iure appellat Ang. in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. matrimon.

Alibi verò innuit text. in l. 2. C. de Iudæ. illum furioſum cenſeri qui proijcit lapides per vias: & idem vult gloſſ. de illo, tex. non recordata, in d. §. ſi maritus, dicens illum non videri furioſum, qui non proijcit lapides per vias, nec malum circunſtantibus facit, quam gloſſ. Ange. Pau. & moder. omnes ibi notant ad probandum furorem. Gloſſ. etiam in l. nec codicillos. gl. fi. in fi. C. de codi. dicebat ex ſermonibus præſumi furioſum, ad quod bonus tex. in l. quidã in ſuo. ff. de condi. inſt. vbi de † eo, qui iuſſit cadauer ſuum in mare proijci, & ibi Pau. de Caſtr. & idem Pau. in l. non oportet. C. de his qui, vt ind. narrat de Paduano doctore, qui iuſſit ſuum corpus ſepeliri cum organis, cibreis, & canticis, & vxorem ſuam veſtibus rubeis veſtiri in ſuo funere, & nuptias fieri, aliàs eam priuabat hęreditate ei relicta, cuius diſpoſitio ſecundũ eundem Pau. in d. l. non oportet. fuit beſtialis iudicata.

Stultus etiam præſumitur qui ſuum nomen ignorat: ita tẹxtus in l. fina. C. de hæred. inſtitu. & demens, qui neſcit exprimere

primere quod velit, aut nolit, c. vno. §. ſi verò. de cleric. ægro. in 6. item gloſſ. in c. prouidendum. 83. diſtinction. gloſſ. magn. præſumit illum furioſum, qui prohibuit ſibi medicinam dari. An autem ſententia contra vel pro furioſo lata teneat, dicam infrà de impe. executo. & cau. nul. verſi. ratione perſonæ.

ſ *Læſæ maieſtatis.* Vel repetundarum, l. ex iudiciorum. ff. de accu. & quia grauius eſt, æternam quàm temporalem lædere maieſtatem, Authen. gazaros. C. de hær. idem erit in crimine hæreſis. Ant. de Trem.

t *Actiones non poterunt exercere.* Ita tamen regula hic tradita patitur exceptionem in patre & tutore, vt per Baldum in dict. l. ait prætor: vnde potes dicere ſecundum eum, quod procedit in his, qui non † habent ius nec adminiſtrationem: illi autem, qui habent adminiſtrationem, & non ius, 75
benè agunt, ſed non alienant, vt pater & tutor, &cæt. vt per eum vel ſecundum Pau. de Caſtr. ibi procedit, vbi ageret nomine ſuo, ſecùs ſi alieno. De qua etiam regula videre potes Feli. in c. edoceri. col. 1. verſ. ſolus prælatus. de reſcriptis. Ant. de Tremo.

v *Intentare.* Intellige in filio hæretico: quia ſi eſſet Chriſtianus ſuccederet, & filijs Catholicis deficientibus, admittuntur agnati & cognati Catholici, & illis deficiẽtibus fiſcus, vt ibi habetur: & ſic filij hæreticorum hæretici repelluntur ab hæreditate paterna. Quinimò † etiam ex teſtamento militis 76
hæretici capere non poſſunt. l. fi. C. de hæreticis.

x *Vbi adhuc.* Videlicet quando maritus vergit ad inopiam: vel ſi eam non repetat, cùm poſſit agere: vel ſi eſt in poteſtate patris, & non denuntiat, ſibi imputare debet, vt habetur in dict. l. vbi. & in d. §. illud. Repelleretur † tamen 77
vxor à repetitione dotis propter adulterium per eam commiſſum, l. conſenſu. C. de repud. immò etiam à repetitione bonorum parafernalium, quæ etiam ob adulterium. An idem propter ſtuprum per viduam commiſſum, vide Alex. de Imo. in l. ſororem. C. de his qui. vt indig. & per Iaſ. in l. 2. in princ. colum. 2. ff. ſolu. matr. & per Fel. in c. paſtoralis. colum. 3. ver. mulier impudica. de iudi. perdit ſicut & dotem, ꝑ gloſſ. reputatam ſingularem, in c. plerunq;. in ver. dotalitiũ. de do. inter vir. & vx. & do. poſt di. reſti. quã dicit Pa. ibi mẽti tenendã ꝓpter eius auctoritatẽ, & Ludo. Rom. eius ſing. 313.

incip. propter adulterium. dicit illam mirabilem & notan. Poſſet tamen vxor replicare de lenocinio, & quòd eam poſt notitiam adulterij retinuerit. l. cùm mulier. ff. ſolut. mat. videtur enim eius mores approbaſſe. Item poſſet replicare de
78 adulterio ipſius mariti: quia † paria delicta mutua compenſatione tolluntur. l. viro atq; vxore. eod. tit. & vtrobique per ſcribentes & per pract. Papien. in for. li. quomodo vxor agit ad dot. in glo. 3.

y §. *Manente*. Dic, quòd ibi vxor non agit ſex ex cauſis, de quibus ibi maritus volens poteſt conſtante matrimonio reſtituere dotem vxori, & non aliàs, niſi in vtilitatem vxoris verteretur, vt eſt caſus expreſſus, ſecundũ Bar. ibi. in l. fi. ff. de iur. do. & ad idem eſt tex. in l. quamuis. ff. ſo. ma. vbi etiam enumerantur aliæ cauſæ. ſed nec ex illis cauſis cogitur marit⁹ reſtituere, ſed ſi vult, poteſt, vt per glo. in d. §. manet. per quã ita declarat Dy. & ibi ſequitur Alex. in d. l. quãuis. & hoc apertè tenet gl. in d. l. vbi adhuc. gl. mag. Vnũ tamẽ non omit-
79 to, quòd per illam † reſtitutionem non liberatur maritus ab actione de dote, niſi probet mulierem expẽdiſſe in aliquam ex iuſtis cauſis. gl. eſt ſingul. in l. fi. in ver. creditori. ff. de iure do. quam dicit ſingulare Lud. Ro. in d. l. quamuis. & ad hoc Alex. ibi in 1. col. dicit eſſe tex. in d. l. fi. in fin. & in l. ſi cũ dotem. §. 1. vbi hoc tenet Bar. ff. ſol. ma. Item aduerte, quia licèt
80 † ex illis cauſis maritus dotem reſtituere non poſſit, attamẽ poteſt dotẽ ſibi ꝓmiſſam remittere, & tũc erit minor dos, vel nulla, ſi in totũ remiſſa fuerit, glo. nota. ſecundũ Bal. & Sali. ibi in l. ſi conſtante. in verſ. firma. C. de do. ante nup. quã dicit ſingularẽ Lud. Ro. in ſing. 601. incip. tu habuiſti. vbi tamen falſo allegat Cy. dicere illã gloſſam ſingularem, cũ tantummodò eam reprobat. Ant. de Tre.

z *Famoſis actionibus*. Imò etiam pœnalibus. vt in d. l. diuortij. hinc eſt quòd etiam actionẽ rerum amotarũ nõ poſſunt durãte matrimonio intẽtare; quia eſt pœnalis eo ꝙ iuratur litẽ vt dicit glo. in d. l. diuortij. cũ qua tranſeunt ibi ſcriben.

a *Item non auditur*. Iure ciuili, ſecus iure canonũ. quo iure indiſtinctè filius poteſt agere aduerſus patrem, vt voluit gl. per illum tex. in c. quæritur. 2. q. 7. & gloſſ. in c. ſi eccleſia. 23. q. 4. in ver. melius. & gl. in c. fi. in fi. gl. fi. de iud. libr. 6. quas ſimpliciter ſequuntur Pau. de Ca. & Alex. in addi. ad Barto. in d. l. ſi nulla. pro hac parte videtur facere duo tex. ſ. in d. c.

quæri-

quæritur. ſed ibi non de querela fori iudicialis, ſecundũ Io. de Fau. ibi, vel ſecundum Dd de ſanc. Ge. in d. c. fi. debet intelligi in caſibus à iure permiſſis. Secundò tex. in c. nõ debet. de ſpon. & ma. ſed ille tex. non ponit illã ſed vnũ caſum. Vnde cum iusCano. in hoc clarè contra ius ciuile non ſtatuerit, ſtabo iuri ciuili, maximè quia text. in d. c. fi. in fi. vult, quòd regulariter filius ſine patris aſſenſu in iudicio eſſe non poteſt, vt ibi per Dom. Ant. de Trem.

b *Filiusfamilias*. Sed †emancipatus ſic, per tex. in l. fi. C. de in ius vocan. quia ſoluta prima poteſtate per emancipationem. §. præterea emancipatione. Inſtit. quib. mo. ius. pa. po. ſol. nihil eſt, quòd impediat natiuitatem ciuilis obligationis, &c. vt addi. ſeq. 81

c *Contra patrem*. Sed benè contra matrem, impetrata tamẽ venia, vt dicit tex. in l. fi. C. de in ius vocan. etiam ſi eſſet vulgò conceptus. l. 4. §. fi. & l. ſequ. ff. de in ius voca. Et eſt ratio: quia †cùm mater non habeat filium in poteſtate. §. fœminę. Inſtit. de adopt. non prohibetur naſci obligatio naturalis & ciuilis, & per conſequens actio, quæ ordinatur ad iudicium, ex mente Pau. de Caſt. in d. l. lis nulla. 82

d *Litigare*. Impetrata tamen venia: quia filiusfam. miles †etiam ſuper Caſtrenſi non poteſt patrem in ius vocare ſine venia, gloſſ. habes ſingularem in l. cogi. §. ſi pater. in verſicul, contra obſequium. ff. ad Trebell. quam dixit ſingularem Ioannes de Imol. ibid. & ibidem referunt & ſequuntur Alexand. de Imol. & reue. pater domin. Claud. de aqu. epiſcopus Maſſilienſ. & Alexan. in l. adoptiuum. ff. de in ius vo. & eam etiam dicit ſingularem ad hoc Ang. Aretin. in §. ius aũs autem. colum. 1. in princ Inſt. de pat. po. Et nedum quando miles ipſe eſſet filius legitimus & naturalis, verum etiam ſi ſolùm eſſet adoptatus: quia adhuc non poterit ſuper peculio caſtrenſi patrem adoptiuum in ius ſine venia vocare, vt eſt text. notab. cum gloſſ. in ver. cauſa cognita. in d. l. adoptiuum. 83

Plus eſt quòd nedum filius petere habeat veniam, quando poteſt actionem intentare aduerſus patrem, putà in caſtrenſibus vel quaſi. Sed etiamſi ſolum iudicis officium imploret, putà ſuper alimentis, vt dote filiæ conſtituenda. ita voluit gloſſ. præalleg. in d. §. ſi pater. quam ad hoc dicit ſingularem Nyc. de Neapol. ibi. & ibi refert & ſequitur Alexan.

in d. l. adoptiuum. vt inquit quòd hoc probatur ſatis ex men te edicti prætoris etiam ſine illa gloſſ. quia prætor non ſolũ prohibet agere, ſed in ius vocare, illam gloſ. etiam dicit not. Bal. in §. pœnales. Inſt. de accu. & ſequitur Iaſ. in l. 1. col. 5. ff. de iur, om. iu. Ant. de Tre.

c *In quaſi caſtrenſibus.* Tu dic idem eſſe in aduentitijs, vbi patri non quæritur vſusfructus, ſecundum Barto. & Pau. de Caſt. in d. c. lis nulla. tunc enim filius eſt legitimus admini-ſtrator, & non pater: qui caſus ponuntur, in Auth. excipitur. & duabus ſequen. & ibi gloſſ. in Authen. idem eſt. C. de bon. quæ libe. & pro Bar. & Pau. eſt tex. in l. fi. §. vbi autem vnum. C. de bo. quæ libe. per quem ita tenet Ang. Aretin. in §. ius autem. poſt medium, Inſti. de pa. po. Item addit gloſſ. in d. l. lis.
84 caſum, quando † filius ageret nomine alieno, putà tutorio, vel procuratorio, argu. eius quod de liberto dicitur, in l. quæſitum. ff. de in ius vocan. intellige tamen ſanè quando ad cõmodum alterius, putà pupilli vel domini. ſecus autem ſi ad commodum proprium, vt quia iure ſibi ceſſo nomine alterius agere vellet.

85 Non enim poteſt filius † contra patrem ceſſionem recipere, nec è conuerſo, gloſſ. eſt ordinaria & ſingularis in l. ſi pater. §. 1. gloſſ. magna. ff. de iure do. quam ſic appellat Paul. in d. lis. eſt tamen alia, qua etiam Paul. vbi ſuprà allegat in l. actiones. ff. de acti. & oblig. Sed illa notabiliter ſentit, quòd illud procedat, niſi in caſibus, in quibus filio poteſt quæri, Ita quòd patri non acquiratur vſusfructus: quia eo caſu poſſunt actiones cedi filio contra patrem, quem glo. notat Bar. ibi & putat veram.

Plus vult, quòd etiam vbi quæreretur patri vſusfructus, hodie valebit mero iure ceſſio facta filio contra patrem, ſed ab exercitio ipſius actionis ceſſę ſuperſedetur, l. non poterit agi in vita patris contra ipſum patrem. Quod etiam tenuit Bal. nullam mentionem faciens de Bar. in l. ſi pater. q. vlt. C.
86 mand. dicens † idem in ceſſione facta fratri cõtra fratrem in eiuſdem patris poteſtate cõſtitutum, quod teneat: ſed durante patria poteſtate ab exercitio ſit ſuperſedendum. & idem Alex. in addi. ad Bar. in d. l. actiones. Item & ſecundo gloſ. in d. l. lis addit alium caſum ſingularem, videlicet in l. imperator. ff. ad Trebellia. vbi pater † inſtitutus rogatus filio ſub
87 conditione hæreditatem reſtituere, ſi illã prodigaliter dilapidet,

pidet, inſtante filio poterit cogi per iudicem ad reſtituendum ipſam hæreditatem filio etiam non militi, & ante conditionis euentum, & illum tex. dicunt ſingularem, & non alibi. ita clarè Imol. & Alex. ibi adde ſtatim alium caſum in proxi. addi.

f *Alimentorum.* Nota perpetuò, quòd pater tenetur præſtare alimenta filio in domo propria, nec liberaretur præſtando extra domum filio inuito. ita Ang, Imol. & modernio. in l. quidam cum filium. ff. de verbor. obligat. niſi fortè videretur iudici contrarium ſtatuendum pro bono pacis, argum. l. æquiſſimum. in princip. ff. de vſufruct. vel ad vitandam ſiniſtram ſuſpitionem ſi fortè pater ſuperinduxiſſet vxorem puellam, & filius eſſet incontinens, ſecundum Rap. Cuma. Paul. Aret. & Iaſ. in 3. colum. in d. l. quidam. Et quod hic dicit Domin. Huber. de cauſa alimentorum, idem dicas in dote, quòd filia † poteſt officium iudicis implorare, vt pater eam dotet, & tenebit iudicium, l. qui liberos. ff. de ri. nup. & l. fi. verſi. vtranq;. C. de dot. pro. 83

Etiamſi eſſet iam nuptui ſine dote collocata, vt eſt gloſſ. ſingularis in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig. quam dixit ſingularem Bald. in c. iurauit. colum. 2. de proba. & refert Iaſo. in Auth. res quæ. col. 5. C. communia. de leg. & eam etiam dicit ſingularem Nico. de Neap. in rubr. ff. ſoluto matrimonio, quem refert Franc. Cur. conſil. 26. incip. magnificus vir. colum. 15. & eam dicit reputari ſingularem Alex. in l. 1. col. 9. ff. ſolut. matrimon. & eam ſequuntur Bal. Imol. Ludo. & idem Alexand. ibi, & Bald. in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. & Bal. Ang. & Paul. & Iaſ. in d. Authen. res quæ. & Pau. in l. ſi ſocer. in princ. ff. ſolut. matrim. & alij quos refert Curt. in conſi. præalleg.

Quicquid tenuerit Bart. in d. §. lege. & idem Bart. & Sali. & Fulg. in d. Authen. res quæ. & Panor. in c. accedens. de procur. & alibi ſæpè. benè fateor, quòd gloſſ. illa in hoc rectè à Bart. ibi reprehenditur, cùm dicit, quòd pater ſit obligatus: quia ſolo officio iudicis, non iure actionis poteſt ad hoc cogi, vt etiam tenet Bart. & Dd. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. prout etiam tenuit glo. in d. l. ſi ſocer. in prin. glo. fin. quam ibi ſequitur Imo. & Pau. de Caſt. dicens, communiter teneri & Alex. dicit eam reputari notandam, & effectus eſſet, vt per Bald. & Paul. ibi. plus voluerunt duę gloſſ.

not. iuris Cano. in c. fin. 32. q. 2. & in c. fi. 36. q. 1. quòd etiam ſi patre inuito filia nupſerit, dummodo non indigno, adhuc poterit iudicis officium implorare aduerſus patrem, vt eam dotet, quas Moder. allegant & ſequuntur in d. l. 1. & Iaſ in d. Auth. ros quæ fortius comprobat Alex. in d. l. 2. poſt Ioan. de
29 Imo. in d. c. accedens. quòd † etiamſi filia nupſerit indigno patre inuito adhuc tamē tenebitur eam dotare, licèt minorē dotem poſſit illi conſtituere cum eius conditio nubendo indigno ſit diminuta eo quia illa non eſſet hodie ſufficiēs cauſa exhæredationis, vt per eum quem vide & digito allega. Anto. de Tre.

g *Emancipare*. Quæ ſunt quatuor quos not. gloſſ. ordina. in §. final. gloſſ. final. Inſti. quibus modis ius pa. po. ſol. quā dicit magiſtram. Iaſ. in l. quidam cùm filium. colum. 5. ff. de verbor. oblig. quorum tres ponūntur in iuribus hic allegatis per dominum Hubertum. Quartus eſt in l. nonnunquam. & l. ſequen. ff. de adoptio. quos etiam ponit alia gloſſ. in l. non poteſt. eod. tit.

Adde alium, quando pater recepiſſet actualiter aliquid à filio, vt eum emanciparet, non ſic ſi reciperet promiſſionem ſub conditione emancipationis: quia tunc cogi non poteſt, ſecundum Paul. de Caſtr. & Modern. maximè Alexand. & Iaſ. in l. vtrùm. per illum tex. ff. de verb. oblig. ſi tamen pater dilapidaret bona filij non proptereà poſſet cogi ad eū emancipandum, per l. Imperator. ff. ad Trebell. ſecundum Bald. in d. l. non poteſt.

30 Sed an filius † inuitus poſſit à patre emancipari ex cauſis, ex quibus poteſt pater cogi ad eum emancipandum, vel ex alia iuſta cauſa, tu conclude, quòd ex iuſta cauſa poterit filius inuitus emancipari, per textum, in d. l. quidam cùm filium. per quem debent determinari omnes leges dicentes non poſſe filium inuitum emancipari, ſecundum Bartol. Angel. Imol. Paul. & Iaſ. ibi reprobantes glo. quæ contrarium voluerunt in §. generaliter. in verſicul. non eſt. in Authent. quib. modis nat. effic. ſui. colla. 7. & in l. nec auus. C. de emancip. & in §. final. quib. moo. ius pa. po. ſol. & in d. l. non poteſt.

Et quòd ex iuſta cauſa poſſit filius inuitus emancipari, tenent etiam Ang. Imol. Paul. Alexand. Areti. & Iaſo. in d. l. vtrum. vbi ponunt vnam notabilem cauſam, quādo filius

eſſet

eſſet rixoſus, & ex forma ſtatuti pater teneretur ſoluere condemnationem pro eo. & ſubdit ibi Paulus de Caſtro. quòd cùm à iure cauſæ non ſint ſpecificatæ, quod erunt in arbitrio iudicis.

Ang. tamen Aretin. in d. §. fina. voluit, quòd ex omnibus cauſis quatuordecim, ex quibus poteſt filius exhæredari, de quibus in §. aliud quoque capitulum. in Authen. vt cùm de appellatio. cog. coll. 8. poterit etiam inuitus emãcipari: cùm emancipatio & exhæredatio æquiparentur, per d. l. quidam cùm filium. Nec poterit ſuccedere talis emancipatus ab inteſtato, per l. fin. ff. ſi quis à paren. ſue. manu.

Et ex hoc eſſet pariter dicendum, quòd etiam ex cauſis, ex quibus poteſt pater à filio exhæredari, poſſit cogi ad eum emancipandum: cùm correlatiuorum ſit eadem diſciplina, l. fin. C. de indic. vidui. tollen. cum ſimilibus. maximè quia pater & filius neceſſariò ſe referunt, & ſunt propriè correlatiua, iuxta no. per Iaſ. in rub. ff. de acqui. poſſ.

h *Ortas inter ſe.* Sed † ſi ſeuerior caſtigatio iudicis eſſet neceſſaria, puniet eum iudex arbitrio patris, text. gloſ. Bald. & Salice. in d. l. ſi filius. 91

Aduerte tamen, quòd vbi pater vult caſtigare filium de offenſa ſibi facta, non poteſt hoc facere per viam iuriſdictionis, ſed iure patriæ poteſtatis, ſecundum Bald. in d. l. ſi filius. per illum text. iunct. l. 1. C. de emend. propin.

Et ſubdit vnum not. verbum Bald. ibi, quòd pater filium inobedientem & patrem ipſum offendentem, quem corrigere non valet, poteſt propria auctoritate capere, aut capi facere, & iudici præſentare, ad hoc põderans text. ibi in verb. oblaturus. Anto. de Tre.

i Per interdictum de liberis deducendis. quod habet locũ, † quãdo inter patrem & filium eſt quæſtio de ſtatu, & de hæreditate aliqua, vel bonis, & ſic de tertia, vt l. 1. C. de liber. exhiben. vel vbi inter patrem & tertium eſſet quæſtio paternitatis. l. fina. in fine. & l. 3. §. hoc autem. verſicu. ſed vtique hic alleg. Sed vbi ſolùm quæſtio exiſteret de filiatione inter patrem & filium, & non de bonis, competeret patri officium iudicis, non interdictum, per l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendicatio. hic allega. 92

Rei † vendicatio verò adiecta cauſa de iure quiritum habet locum, quando filius ab aliquo inuitus detinetur: ſi verò 93

volens eſſet penes aliquem, competeret patri officium iudicis, d. §. per hanc. cum gloſſ. mag. quam Bart. ibi dicit tenendam & clare loqui. idem gloſſ. Bartol. & Salice. in d. l. 1. C. de lib. exhi. gloſſ. in §. ius autem. Inſtit. de pa. po. gloſſ. & Bart. in d. l. 3. §. hoc autem interdictum.

k *L. 2.* licèt ita teneat glo. in l. fin. eo. titu. & Spec. tit. de actio. ver. ſed nunquid. attamē illa. l. 2. parùm facit: quia loquitur in domino vel patrono, vt concordetur cum l. patrem. C. de nupt. quæ innuit patriam poteſtatem non perdi per expoſitionem, vt etiam tenet gloſſ. in d. l. patrem. & Salic. & Dd. communiter in d. l. fi. tenent contrarium, ſecundū Salic. ibi, qui dicit eſſe caſum. in d. l. patrem. & ſic Dd. communiter tenent contra id, quod hic tenet do. Huber.

Sed tu dic, quòd pro do. Huber. gl. in d. l. fi. & Spe. in loco præalleg. eſt caſus in c. vno. de infan. expó. & lau. vbi pater
94 † exponens, patiens exponi, vel ratum habens, & etiam languenti alimenta denegans, perdit patriam poteſtatem.

Et talibus expoſititijs in hoſpitalibus ſuccedunt hoſpitalia, & præferuntur fiſco, ſecundum Bald. in Auth. ſi qua illuſtris. poſt medium. C. ad ſena. orphi. de quo per glo. in l. nutritoribus. C. commu. de ſucceſſ. Anto. de Tre. I. V. Doct.

l *Et generaliter* In hoc verbo ſentit clarè do. Huber. quòd §. ille neceſſitate. non ponat caſum ſpecialem, quando pater repudiabat vſumfructum, quòd in ſignū repudiationis debeat filio cōſentire, prout intelligebat Otto. cuius etiam intellectum tenuerunt ibidem Iaco. But. Iaco. de Aret. Ric. ma. Cyn. & Bar. dicens opi. Otto. eſſe veram & veriſſimam. ſcili-
95 cet quòd non in omni iudicio † ſit neceſſarius patris conſenſus, ſed ſolùm vbi pater repudiauit vſumfructum.

Sed vt vides do Huber. generaliter intelligit, quòd in omni iudicio, etiam ſi pater non habeat vſumfructum, regulater patris conſenſus eſt neceſſarius ad integrandum perſonā filij, quam opin. tenuit glo. in d. §. neceſſitate. glo. mag. cum qua etiam tenet Spec. tit. de act. ver. ſed & filiusfam. & Bald. in d. §. neceſſitate. col. 3. in prin. dicens tenentes contrariam, peſſimè locutos, & in hoc adhærendum eſſe rationi veritatis gloſſatori, & in perpetuum non errabitur, concludens illum §. procedere in aduentitijs ſolùm: quia in caſtrenſibus, vel quaſi, patris conſenſus non eſt neceſſarius: vt etiam dicit Specul. in d. ver. ſed & filiusfam. in fin. contra Accurſ. in d. §. ne-

Vide pulchre Dn. Ludolph. Schrader in tractat. feud. in 2. tomo. mihi fol. 458. nu. 38.

d.§.neceſſitate. & Ioan.And.in addi. ibi dicit Accurſiũ communiter reprobari per iura per eum ibi allegata, próut etiam reprobant Ia.Bu.Ia.de Aret.Bart.Ang.& Salic.in d.§.neceſſitate.& dicit ibi Bald.quòd in hoc ſtat cum Ottone.

In aduentitijs ergò diſtinguit, vtrùm pater ſit abſens extra territorium, & tunc agit & defendit filius, nec requiritur conſenſus in iam geſtis eo reuerſo, ſed in gerendis ſic. Si verò eſt præſens, & in iudicio, tunc eſt cogendus conſentire: ſi nõ eſt præſens in iudicio, poſſit tamen de facili haberi eius conſenſus, quia intra territorium eſt, tunc debet requiri, & expectari eius conſenſus. & iſtam dicit eſſe communem, & hodie approbatam, per text.in c.fin.§. de iudi.in 6.quem tex.Pau. in d.§.neceſſitate. colum.2. etiam retorquet contra Bart.qui illum pro ſe inducebat, & malè, vt per eũ dicit, quòd illi tex. malè poteſt reſponderi, licèt poſteà ſubiungat alium intellectum eſſe tenendum. Salic.verò ibi dicit filium poſſe agere ſine patris cõſenſu, dummodò concurrant duo, quòd pater repudiauerit vſumfructum, & ꝙ non velit adminiſtrationẽ. ſubdit tamen, Doctores fateri opi.gl. quam hic tenet Huber. de cõſuetudine obſeruari, & eſſe tutiorem, & in practica ita obſeruari dicit Pau. ibi in fi. vnde conſulebat Bart ibidem in vltimis, ver.quòd non obſtante opi. & vera, quòd ſemper adhibeatur patris conſenſus, ſi poſſit haberi: quia tutius eſt ſecundum eum. & iidẽ conſulebat in criminalibus Specu.in d. tit.verſi. conſilium tamen eſt. & dicam infrà addi.ſequen. Sed an iſte † conſenſus ſit ſufficiens, quãdocunq; interueniat 96 etiam poſt litem conteſtatam, putà ratum habendo, breuiter conclude, quòd non: ſed debet interuenire ſaltem in actu conteſtationis, ita gloſſ. Bald. & Salic. & Pau.in 4.col.in d. §.neceſſitate. per text. in l. ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolutò matrimonio.ſcriben.omnes poſt gloſſ.ibi in l.ſi quis in bona.§.iuſſum.ff. de acquiren. hæred. concludentes, quòd ſtatim tempore conteſtationis litis patris conſenſus eſt neceſſarius ad ſolennizandum iudicium: quia eo tempore inchoatur iudicium, l.cùm fundus. in princ.ff. ſi certum peta.aliàs iudicium non valeret.

Et iſtam dicit eſſe communem Pau.in d.§.iuſſum.colum. fina. cuius verba reaſſumit Iaſ. ibi. in 3. colum. Benè fateor, quòd ante poteſt præſtari etiam lite nondum mota, ſecundum Bal.in d.§.neceſſitate.col.5.ver.quæro nunquid conſen

ſus. &

ſus. & ſequitur Paul. in d. §. eo autem tempore. col. 2. Vnde Bald. in l. iubemus. C. de emanc. libe. inducit illum textum, quòd ſi pater conſentiat filio impetranti reſcriptum ſuper lite, non eſt alius conſenſus neceſſarius ipſi filio poſteà litiganti. & eum refert & ſequitur, Alexan. in addit. ad eundem Bald. in d. §. neceſſitate. & Iaſ. non facta mentione de Alex. in d. §. iuſſum. Facit quod vult idem Bald. in §. ſin autem in ſecundo ea. l. fin. C. de bo. quæ li. quòd ſi pater conſenſit filio in datione curatoris, videtur conſenſiſſe, & in officij exercitio, per gloſſ. ſecundum eum ſingulariter notādam in l. Lucius Titius Caium Seium. gloſſ. 2. ff. de admi. tu. quam etiam dicit multum ſingularem Alexan. in addi. ad Bart. in d. §. neceſſitate. Ante tamen litem conteſtatam nullo modo eſt neceſſarius patris conſenſus: quia quæ ante litem conteſtatam fiunt, dicuntur procemia & præparatoria, ſecundum gloſſ. in Authen. in med. lit. nō fie. §. fi. in verſi. ex procemijs. col. 8. per quam ita dicit Bald. in l. vna. §. ſimiliq; modo in ſecundo. C. de lati. liber. tol. et eā dicit nota. ad hoc Iaſ. in d. l. cū
97 fundus. ſed in † præparatorijs non eſt filio neceſſarius conſenſus ſecundum Bald. not. in l. 1. colum. 2. in 3. oppo. C. qui admit. ad bo. poſſeſſ. quem etiam ſequitur Alexan. in d. §. neceſſitatem. in addi. ad Bart. & Iaſ. in d. §. iuſſum.

Vnde dicit in ſpecie Bal. vbi ſuprà, quod filius in his, quæ ſpectant ad eum, quóad proprietatem & vſumfructum, poterit citari facere aduerſarium & offerre libellum ad fines interrumpēdi præſcriptionem ſine patris conſenſu: ſecùs ſi eſſet neceſſaria conteſtatio, ſecundum eum in d. §. neceſſitate. colum. fi. Et poteſt pater conſenſum generalem præſtare filio ad omnes lites, ſecundum gloſſ. Bartol. Bald. Ange. & Paul. in l. ſi longius. §. ſi filiusfamil. ff. de iudic. & Barto. & alios in d. §. neceſſitate. Facit quod de licentia non ſic iudex poteſt concedere generalem licentiam capiendi quoſcunq; debitores, ſecundum Angel. & Iaſ. in l. final. colum. 1. C. de edict. diui Adria. toll. quod not. generali conceſſa filio ad teſtandum ad cauſas pias voluit Bald. in repe. l. 1. in 6. colum. verſi. nunc incidēter quæro. C. de ſacroſ. eccl. Anto. de Trem.

m *Sine conſenſu patris* vltra caſus hic enumeratos, adde
98 tu, primò † caſum generalem, vbi filiusfam. imploraret officium iudicis extra ordinem nullo apparente contradictore, ſic ſine figura iudicij, vt in agnoſcenda bonorum poſſeſſione,

ſione, vbi non eſt propriè iudicium, per gloſſam ſingularem in verſi. ignorante. in vltima ſolutio. C. qui admittan. ad bonor. poſſeſſio. quam ibi ſequitur, & dicit menti tenendam, Bart. in vlt. col. Bald. in 2. 3. & 4. oppo. & Ange. Ludo. Roma. Salicet. Paul. Alexand. & Iaſ. ibidem. & eam dicunt ſingularem Ange. & Ludo. ibi próut etiam referunt ibidem Alexan. & Iaſ. addens alias ſimiles, videlicet in l. 3. §. ſi cauſa cognita. in verſi. pro tribunali. & in l. ſeruus. in princ. in verſic. amittere. & ibi bonus text. ff. de bono. poſſeſſ. & ibi vide per Alex. quid voluerit Specu. per illam gloſſ.

Secundò poterit eſſe in iudicio ſine patris conſenſu in peculio caſtrenſi, vel. quaſi, l. miles. §. 1. ff. de caſt. pecu. iuncta l. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iuris. & dixi in præceden. additio.

Tertiò idem in criminalibus, Iaco. Butri. Barto. Bald. Pau. & Salic. in d. §. neceſſitate. & dicunt Barto. & Bald. Doctores communiter tenere contra gloſſ. & Cyn. ibi. Et hoc ſiue accuſet tam de crimine publico, quàm priuato : quia cenſetur procurator reipublicæ, & filius procurator non eget conſenſu patris, vt infrà dicetur, ſiue conueniatur: quia defenſio eſt naturalis, & permittitur etiam ſeruo ſine domini conſenſu, l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ. Conſuluit tamen Specu. vbi ſupra, in proxima additione, quòd ſemper adhibeatur patris conſenſus, idem dicit Bald. in d. §. neceſſitate. quòd aſſeſſores faciant patris conſenſum adhiberi, ne ſententia in dubium poſſit reuocari: fatetur tamen ibi Bal. & Paul. quòd † ſi filius confiteretur crimen, pater poſſet falſam & 99
erroneam confeſſionem reuocare, & contrarium probare, niſi fuiſſet adhibitus eius conſenſus in confeſſione, per not. in l. clarum. C. de auto. præſt. Item ſi eſſet ſtatutum, quòd pater ſolueret condemnationem pro filio, tunc eſſet pater citandus, & eius conſenſus requirendus, aliàs non præiudicaret ei, per l. ſi deſerta. C. ſi propter pub. penſi. vt per eos ibi.

Quartò idem in cauſis ſpiritualibus connexis & dependentibus, in quibus non eſt neceſſarius conſenſus patris, c. fi. §. fi. de iudi. libr. 6. Sicut etiam minor ſine curatoris auctoritate in illis habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, vt in d. c. fin. in princip. Plus voluit Ludouicus Romanus in ſing. 320. incip. tu ſcay. poſt Specula. in titu. de acto. verſi. ſed nunquid in caſibus. quod † in omnibus, in quib⁹ minor po- 100
teſt eſſe in iudicio ſine auctoritate curatoris, poterit ſimiliter

filiusfa.

filiusfa. eſſe ſine licētia patris, de quo dicit eſſe gloſ. ſingularem in d.c.fin. glo. penult. in fin.

Quintò idem vbi filiusfa. ageret nomine alieno, c. qui generaliter. de procurato. in 6. & tenent Barto. & omnes cōtra gloſſ. ibi. in d. §. neceſſitate. benè facit gloſſ. in l. lis nulla. ff. de iudi.
101 Sextò, ſi in principali † cauſa pater præſtiterit conſenſum, non erit neceſſarius alius conſenſus in acceſſorijs, putà in executione ſententiæ, vel in articulo appellationis, per gloſſ. multùm nota. in l. 3. §. ſed vtrùm. in verſic. inuito. ff. de mino. quam ibi dicit not. Bald. & & Alexan. in addi. ad Bar. & eam ſequitur Bal. in d. §. neceſſitate. col. fina. & ibi etiam Alex. in addi. ad Bar. dicit eam ad hoc multum notan. Et eam dicit ſingularē Ang. Aret. in §. ius aũt. circa mediũ. Inſt. de pa. po. Sed certè ſimilis eſt & aperta in d. §. neceſſitate. glo. mag. poſt medium, quã expreſsè ad hoc notat Pau. ibi. Et de articulo appelli vult expreſsè Bal. quem vide in l. inuitu. circa fi. C. de procu. & ibi ſup. Et vide, quid cōſuluerit Ang. ꝑ illas gloſ. in conſil. 179. vt per Alex. in d. §. ſed vtrum. & benè facit gl. in l. Lucius Titius Caiũ. ff. de adminiſtratione tuto. allegata in præcedēti additio. Septimò, coram arbitratore, glo. Bald. & Pau. in d. §. neceſſitate. dicentes, illum textũ non procedere in arbitro, cùm coram eo non ſit iudicium: quia non habet iuriſdictionem, l. ait prętor. in princip. ff. de re iudi. licèt Barto. & Salic. aliter dicant in d. §. neceſſitate. diſtinguentes inter compromiſſum, & proceſſum arbitrij: ſed certè illius tex. verba nō poſſunt conuenire arbitro, ergò nec eius diſpoſitio, l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. c. indemnitatibus. §. ſupradicta. de elect. lib. 6.

Octauò nouiter dicebat Alex. de Imo. in addi. ad Barto. in d. §. neceſſitate. in addi. ad ſecundum, quòd ſi ſententia feratur pro filiofamilias minore 25. annis ſine conſenſu patris litiganti, quòd tamen talis ſententia valebit, licèt cōtra eum lata. Sed ſi longo tempore habitauerit ſeorſum à patre, ſe pro pa refam. gerendo an valebit iudicium, eſſet nulla. ſicut quando pro minore ferretur ſententia ſine auctoritate auctoritate curatoris, per l. non ideò minus. C. de procur. quod eſt magna ampliatio ad illum tex. & magna limitatio ad d. §. neceſſitate. & dicit ibi Alex. quòd ab alio ſcriptam nōn reperit hanc limitationem. Sed dicit eſſe de mente Spec. in tit. de acto. verſi. ſed nunquid in caſibus.

Sed

Sed hoc idem voluit Petr. de Anchar. conſ. 72. incip. & poteſt confirmari ex his, quæ conſuluit Ludo. Ro. conſ. 453. incip. vbi inquit, quod contractus initus cum minore in eius vtilitatem ſine præſentia conſanguineorũ valebit, nõ obſtante ſtatuto diſponente minorem ſine præſentia conſanguineorum contrahere non poſſe. Nonò valet confeſſio † debiti facta per 102
filiumfamilias in iudicio ante litem conteſtatã, & ſic antequam ſit iudiciũ cœptum ſine aliquo patris conſenſu, vt per glo. & ſcribentes. in d. §. neceſſitate. quam glo. ad hoc fecit ſingularem Bald. in c. vno. colum. 2. de litiſconteſt.

Vltimò poteſt filiusfam. agere ſuper peculio profectitio ſine patris conſenſu, vbi ſuper illo à patre ei eſſet cõceſſa adminiſtratio, tex. eſt ſingu. ſecundũ Angelum ibi in lectu. Flo. in l. ſi filiusfa. ff. de dam. infec. quẽ refert & ſequitur Fely. in c. cùm dilecta. colum. 24. verſ. fallit quartò. de reſcrip.

n *Viaticulo non recepto*. vel mutuo dato alicui, quod reſtituere recuſat, vt dicit tex. in d. l. cùm filiusfa. Vel furto ei commiſſo, vt dicit tex. in d. §. ſi filiusfa. Et intellige, non eſſe ſpeciale in viatico, immò eſt generale in omni † contractu, eti- 103
am ex quo patri daretur actio, vt filius abſens implorare poſſit officium iudicis ſine patris conſenſu etiam in figura iudicij: quia extra figuram iudicij poſſet etiam patre præſente, per gloſſ. l. 1. C. qui admit. quicquid dixerit Ludo. Roma. in d. l. cùm filiusfa. quem ibi reprehendunt Alex. & Iaſ. in 3. nota. Sed hoc operatur abſentia filij, vt apertè vult text. in d. §. ſi filiusfam. Antonius de Tremolis.

o *Abſens* Sed an eo caſu tenebitur filius, cauere patrẽ ratum habiturum, conclude, quod non: quia hoc nullo iure cauetur: & ita tenent Bald. Raph. Cu. & Alex. in l. ſi cùm dotẽ. §. ſi patri. ff. ſolu. matri. Reſpondentes ad illum textũ qui innuit contrarium: & ita tenet etiã Iaſ. dicens non eſſe ſine difficultate in d. l. cùm filiusfa. col. 2. licèt contrarium tenuerit idem Bald. in l. 1. in 2. col. C. de bo. mater.

p *Procurator*. Præfertur ergò procurator filiofa. Expreſſum † enim facit ceſſare tacitũ & diſpoſitio hominis diſpoſitio- 104
nem legis. l. cũ ex filio. §. filio. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. & l. fi. C. de pac. conuen. tã ſuper do. cũ ſimili. Et ideò dicebat ad propoſitum. & in ſpecie Spe. in ti. de coniunc. perſo. verſ. item quod agit. quòd coniuncta † perſona non admittitur pro con- 105
iũcta abſente, ſi abſens dimiſit procuratorẽ: quia per hoc videtur alijs inhibuiſſe. & Spe. refert & ſequitur Bal. Ang. et Pau. de Caſt.

in l. cùm prætor. ff. de iudi. & Pau. in d. §. ſi filiusfam. intelligens per illum textum quando procurator dimiſſus vellet agere, aliàs ſecùs. & hoc vult Alexan. in addit. ad Bartol. in l. ſed & hæ. in princip. ff. de procur. vbi idem dicit in tutore vel curatore minoris, quòd præferatur coniunctæ perſonæ, arg. d. l. fi. de quibus vide etiam Iaſ. l. in exigendi. col. 2. C. de procu. & dicetur titu ſeq. ver. de eo autem. Anto. de Tremo.

q *Actionibus* ſcilicet iniuriarum quod vi aut clam depoſiti & commodati. idem in actione in factum per l. in factũ. ff. de act. & obli. quæ autẽ ſit ratio ſpecialitatis in iſtis actionibus, Bart. in l. filiusfa. hic allegata ingenuè fatetur ſe nunquàm potuiſſe videre. Raph. tamen Ful. ibi niſus fuit aſſiggare rationem coloratam tantùm, de qua per Iaſ. quem vide in l. cùm filiusfam. col. penul. hic alleg.

r *Nolit conſentire*. hoc idem ſcripſit Specu. in titu. de act. verſi. Sed quid ſi pater. transferendo dicta per dominum Huber. hic. & hoc firmat ibi Ioan. Andr. in addit. in verſic. conſentiat. hac ratione, quia † præſens, & cõſentire nolens æquiparatur abſenti, l. non tantum. §. abeſſe. ver. fi. ibi. Siue præſens non vult manumittere pro abſente eum haberi, ff. de fideicom. lib. Sed patre abſente filius poteſt agere ſine eius con ſenſu, ergò & eo præſente conſentire recuſante. Et hoc idẽ voluerunt Iaco. de Aret. Ricar. malum. Cy. & Bald. in l. fina. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. contra gloſſ. ibi. vnde dicit ibi Bald. quòd propter ſuam contumaciam pater ab hoc conſenſu ſe facit alienum. Bart. verò, quem ſequitur Salic. ibi diſtinguebat, an filius agat, an conueniatur: ſi agat, & tunc interpellatio patris non ſit ſufficiens, ſed debeat filius ſuam perſonam legitimare per patris conſenſum, aliàs non audietur, niſi probet abſentiam patris, iuxta l. ſi longius. §. ſi filiusfam. ff. de iud. Vel quòd pater ſit vilis perſonæ, iuxta l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matri. Si verò conueniatur, & tunc ſufficiat interpellatio. Licèt Paul. ibi improbet iſtam diſtinctionem, tenendo glo. quod iudicium non teneat, ſiue conueniatur ſine patris conſenſu, etiam ſi pater recuſet conſentire, niſi iudex suppleret cõſenſum patris eum habilitando, argum. l. bonorum. C. qui admit. ad bono. poſſeſſ. quæ fuit opi. Guid. de ſuzz. ibi licèt Paul. non dicat, quem refert Ioan. And. in addi. ad Spec. in præalleg. verſic. ſed quid ſi pater. Et ita ſemper vidi practicari. Et licèt non placeat Bal.

106 (margin, beside "ſentiat. hac ratione")

ibi,

ibi, attamen idem Bald. in d. §. eo autem tempore. dicit, iudicem poſſe decernere ſe ratum habiturum, vt poſteà non poſſit in dubium reuocari. Ad vnum tamen attende, quòd eo caſu, quo filius † poſſet agere ſine patris conſenſu, ſi ſit minor, eſt illi dādus curator ad litem, glo. eſt ſingularis in præalleg. §. ſi filiusfam. in gloſ. ma. ad finem quam Ang. ibi dicit non eſſe alibi. & eam ſequuntur Bart. Bald. & Pau. & dicit Bald. quod hoc ſæpè contingit in ſcholaribus: quia omnes quaſi ſunt minores. & in ſpecie de ſcholari minore, quòd ſit ei dandus curator, tenet Specul. pòſt Huber. de Bo. in titul. de acto. verſ. q ſi ſit ſcholaris minor. An autē † iſta dilatoria, tu non habes conſenſum patris, poſſit pòſt litem conteſtatā opponi contra naturā dilatoriarum, l. exceptionem. C. de proba. & l. pe. & fi. C. de excep. dic q ſic: eò quia reddit iudicium retrò nulliū: ſecundum Spe. in ti. de excep. §. d. ver. quod de illa. volunt ſcriben. pòſt Bart. in l. ita demū. C. de pcu. & dices infrà de impe. & excep. quæ delega. iud. oppo. Anton. de Tremo. 107 108

ſ *L*. 1. §. fin. tu dic, quòd ibi in contractibus, in quibus tutor præſtare auctoritatem non compellitur ſecùs in iudicio, ſecundum Bal. in d. § neceſſitate. ſuprà ſæpè allegato col. 2. qa coactio † iuriſdictione legitimè acquiſita exercenda non vitiat iudiciuīn, licèt vitiet in iuriſdictione acquirenda, l. 2. in princ. ff. de iudic. iuris enim executio non habet iniuriam, l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. Anto. de Tremo. 109

t *Vſusfructus*. Idem dicebat Guid. de Suza. quem refert Specu. in tit. de acto. ver. alias verò. ſed certè illis caſibus agit pater, non filius. d. l. fin. §. vbi autem in vnum, ibi pater quidem ſuſcipiat actiones, C. de bo. quæ li. de conſenſu tamen filij, per text. ſingularem ibi. quem Bald. ibi dicit non eſſe alibi, quod nota.

v *Verum non puto*. Adde. quòd licèt Odo. in d. §. neceſſitate. idem teneat, attamen Iac. But. Bart. in vltima. q. Bal. circa fi. & Salic. in fin. ibidem tenent † contrarium ea ratione: quia aliud eſt conſenſus, aliud auctoritas: & licèt auctoritas non præſtetur per epiſtolam, iuribus hic allegat. ſecùs tamen in conſenſu, per d. §. iuſſum. & idem tenent Dy. Bart. Ang. Pau. Alex. & Iaſ. ibi & Bar. in l. 1. de decu. li. 10. & in l. filiusfa. in fi. ff. de dona. & vbique Bartol. alleg. l. honores. in fin. ff. de decu. quæ tamen loquitur in diſſenſu. ſed text. in d. §. iuſſum. hoc clarè probat. 110

Et hanc Bart. opi. dicit eſſe communem Iaſo. ibi allegans tex. in Cle. 1. §. 1. in fi. ibi vel ſuum ſignificare per literas conſilium & conſenſum, de hæret. & idem voluit Paul. in l. Si cùm dotem. §. eo autem tempore. colum. 2. ff. ſolu. matrimo. Plus dicit Bald. in l. 2. col. fin. C. de iure fiſci. lib. 10. quòd pater
111 † poterit præſtare dictum conſenſum per nutum, quod fortè alibi in ſpecie nõ reperies, ſecundum Iaſ. in d. §. iuſſum. in fi. ver. Et de differentia inter auctoritatem, decretũ, & iuſſum, vide Inno. in c. prudentiam. de off. dele. quem refert Bal. in d. §. neceſſitate. colum. 4. dicens eius verba elegantia. Et de multis differentijs inter auctoritatem, & iuſſum, vide per Alex. & Iaſ. in d. §. iuſſum.

x *Bannitus* Adde hoc idem vellet Spe. tit. de actio. verſic. item quod eſt bannitus. & Bart. in diſpu. incip. ſtatuto Lucanæ ciuitatis. quæ eſt prima in ordine, colum. 8. verſic. ſed ſi aliquis. & Bald. in Auth. habita. colum. 3. verſicu. tertio nota. C. ne filius pro pa. & not. Bald. in d. §. ſed ſi dum decreto. licet Bald. in addit. ad Specul. titu. præalleg. ver. bannitus. diſtin-
112 guat, vtrùm † velit agere ad vindictam publicam, quòd poſſit: an ſuper re familiari, & non poſſit, ſi bona ſint confiſcata: quia in fiſcum tranſeunt actiones, l. quoties. ff. de noua. ſi verò bona habeat, & tunc agere poſſit, per l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. & l. Papinianus exuli. in princ. ff. de mino. niſi ſtatutum interdiceret agere vel accuſare. Et iſtam diſtinctionem inter habentem vel nõ habentem bona, ſentit etiam Specu. & ibi apertius Ioan. And. in addi. maiore. in titu. de ceſſi. act. §. 1. verſ. illud etiam quæritur. vbi inquit Ioan. Andr. quòd ſi bannitus non perdat bona, ſed ſolùm ſit priuatus manſione loci, quòd nihil impedit eum per alium agere. & idem voluit. Et ideò Barto. in dicta diſputatione dicebat, poſſe probari pluribus rationibus, quòd bannito poſſit denegari iuriſdictio, ſi agat coram iudice, à quo bannitus eſt. Sed omiſit ex eo quia ſtatuta ſunt per Italiam ſuper hoc edita, quaſi ſit dubium de iure.

113 Tu autem breuiter potes ſic dicere, quòd † banniti etiam ſi eos deportatis æquiparemus, de quo per glo. ſingularem & ſcriben. in c. relegati. Inſtit. qui. mo. ius pa. po. ſol. quam dixit ſingularem. Imo. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. per Cy. et omnes in l. 1. C. de hæred. inſtit. per Bar. in d. diſputatio. & per Io. And. in d. addi. tit. de ceſſi. acti. per Iacobum de Aret. Bart.

Aug.

Ang. Imol. & Alex. in d. § ex facto. per Nellum de S. Gemin. in tractatu banni. in 1. parte. 2. temporis. quæſt. 4. attamen retinent ea, quæ ſunt iuris gentium, d. §. is cuius. & ideo poſſunt contrahere, & bona acquirere: quia † deportatio non ſe extēdit ad bona futura, l. eius q. §. 1. ff. de teſta. Ea verò q̄ ſunt iuris ciuilis perdūt, quando ſunt bāniti ab imperiali culmine, l. amiſſione. §. qui deficiunt. & ibi Bar. ff. de capi. dimi. & l. certa forma. & ibi etiam Bartol. C. de iu. fiſ. lib. 10. Quando verò ſunt banniti à ciuitate aliqua, perdunt ſolùm ea quæ ſunt iuris municipalis illius ciuitatis: & ideo non poterunt teſtari ſecundum formam iuris ſtatuarij, ſed ſolùm ſecundum ius commune, Bartol. & alij in d. l. eius qui. §. 1. Nec etiam ſuccederent vt agnati, ſtante ſtatuto, quòd agnati excludāt cognatos, nec lucrarentur dotem vxoris præmortuæ ex vi ſtatuti illius ciuitatis. 114

Ea autem quæ ſunt iuris communis non perdunt, per tex. in d. l. certa forma. & ibi Bart. in ſpecie. Niſi fortè intra territorium iudicis, à quo bannitus eſt, intra quod bannitio obumbrat & obſcurat ius commune. ita quod non poteſt ibi ſortiri effectum, ſecundū Ray. de for. li. Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. l. 1. per Alex. latè in d. §. ex facto. col. pe. & fi. licèt aliter dixerit idem Alex. in d. l. 1. Vnde ſi bona fuerint bannitione confiſcata, indubitatum eſt, quòd prætextu illorum bonorū non aget: quia in fiſcum translata ſunt, & omnes obligationes actiuæ & paſſiuæ, ac iura omnia, per l. quoties, ff. de noua. & l. ſi vt proponis. C. de bonis proſcript. Niſi ſint conditionalia legata, quorum adhuc dies non ceſſerit. per gloſſ. quæ non eſt alibi in l. non ad ea. in ver. præſens. quam Bart. ibi dicit menti tenendam. ff. de condit. & demonſtr. & eam dicit non eſſe alibi. Bald. in l. etiam. ad fin. C. ad l. Falcid.

Vnde bannitus † ex præcedentibus obligationibus ſeu debitis conueniri non poteſt, vt eſt text. & ibi Bar. not. in l. 2. in princ. ff. de capi. dimi. idem Bart. in l. tutelas. §. fin. eodem tit. & tex. & ibi Bal. in l. tutoris. C. ad l. Iul. de vi pub. & Bald. in l. ſi debitor. C. de ſent. paſ. Quòad bona verò poſteà quæſita, licèt ſit capax bannitus eorum, quæ ſunt iuris gentium & iuris ciuilis communis, & ſic obligationum per ſupradicta, attamen ſi ex obligationibus illis vellet agere coram iudice, vnde bannitus eſt, denegabitur ei iuriſdictio, vt dicit Bart. in d. diſputa. cùm per bannum ius commune ſit obum- 115

116 bratum: bannire enim † nil aliud eſt quàm extra bona & beneficia Reipublicæ licere, id eſt, eijcere: vnde auxilio Reipublicæ gaudere aut iuriſdictione iudicis iuuari nõ debet, ſecundum Nic. de Mat. & Bald. in d. l. 1. col. 2. Sed obligationes & actiones quæſitas intentabit, ſi fuerit rebannitus, vel alteri cedet, & ceſſionario nõ obſtabit bãni exceptio, per tex. in l. doli exceptio. & ibi Dy. & Bar. dicens nõ eſſe alibi ita expreſſum. ff. de noua. Vnde gl. alibi ſingularis reputata in l. vſuras. gl.
117 mag. C. de ſolu. volebat, quod † bannitus ex ciuitate, in qua debebat ei ſolutio fieri, poſſet ſuum debitorem alibi conuenire: ex eo quia ibi comparere per ſe aut per procuratorem non poſſet, nec ei ſibi redderetur ius. quam gl. dicebat ſingularem. Ro. in ſingulari. 71. incip. ſenenſis. ſubdens eſſe menti tenendum, & quod poſſet facere honorem. & ad idem illam glo. dicit menti tenendam Bal. ibi. & eandem dicit multum notabilem, & menti tenendam Alex. in addi. ad Bart. in l. 1. ff. de eo quod cert. lo. & eam ſequitur Feli. in c. cùm ſit generale, colum. 1. in prin. de foro compe. quæ tamen per præmiſſa non procederet, vbi bona eſſent cõfiſcata poſt promiſſionem, quia tũc ageret fiſcus. Patet ergò ex prædeductis, quòd exceptio, tu es bannitus, repellit bannitum ab agẽdo coram
118 iudice banniente, non autem extra eius territorium: cùm † bannum extra territorium bannientis non poſſit extendere ſuum effectum. vt dicit Bald. in d. l. 1. col. 2. & idem Bald. in l. executorem. colum. 7. C. de execu. rei iud. & quod voluit idẽ Bal. in l. 2. col. 2. in prin. C. de ſer. fugi. quod bannitus, captus per familiam bannientis extra ſuum territorium, debet relaxari. Ant. de Tremo.

y *Spoliator*. Decret. ſæpè contingit. hic alleg. adde text. in c. 1. & per totam 2. q. 2. in c. fin. de ordi. cog. quæ iura propriè loquuntur de exceptione ſpoliationis: quia decre. ſæpè. pro-
119 priè loquitur de ſpoliato agente: nedum † enim poteſt excipere, verùm etiam agere interdicto, vnde vi, contra ſpoliantem mandantem vel ratum habentem, c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpo. & l. 3. §. cùm procurator. & l. cùm à te. ff. de vi & vi arm. vel conditione, d. c. ſæpè. contra ſcienter ſuccedentem in vitium. vel conditione cano. reintegranda. 4. q. 1. contra quemlibet poſſeſſorem, & alia etiam remedia ei competunt, de quibus per Specula. titu. de reſtit. ſpol. §. 1. ver. ſed vt in hac materia.

Tene-

Tenetur autem violentus ad reſtitutionem rei ablatæ cum fructibus perceptis, & qui percipi potuiſſent, damnis datis, & iniuria, c. grauis. de reſtit. ſpol. & l. domum. C. de rei vend. & no. in c. 1. de reſti. ſpolia. imò etiam impenſas in re factas perdit, vt habetur in d. l. domum. & per Bar. in l. in fundo. ff. de rei vendi. & habetur in l. planè. cum ſequen. ff. de petit. hære. quam l. planè. Pa. in d. c. 1. dicit ſingularem & notan. Competit autem huiuſmodi exceptio ſpoliationis etiã prædoni, c. in literis de reſti. ſpol. & in d. c. fin. & in l. 1. §. qui à me vi poſſideat. ff. de vi & vi arma. per quem text. Bal. in l. maniſeſtiſſimi. col. 1. C. de furt. dicebat ſpoliatum debere reſtitui, etiam ſi ex damnabili cauſa poſſideret.

Plus eſt, ſi † ſpoliatus beneficio poſt ſpoliationem renunciauerit beneficio, quo fuit ſpoliatus, non obſtante abiuratione, quæ præſumitur non ſpontanea, debebit reſtitui, text. eſt in c. 2. de reſti. ſpol. ſecùs ſi ante ſpoliationem renunciaſſet. c. 3. eod. tit. vel ſi illa præſumptio non ſpontaneæ renunciatus fuiſſet euacuata, putà quia facta fuiſſet renunciatio coram ſuperiore, in cuius manibus fieri debebat. glo. & pa. in 5. colum. in d. c. 2. 120

Plus dico, quia etiam † ſi ſpoliator vellet incontinenti de dominio ſuo docere, reſtituèretur tamen prius ſpoliatus, gl. & ibi Pa. no. in c. literas. ad fin. gloſſ. in verſic. offerunt. de reſtit. ſpolia. & glo. in c. ſuper cauſa. & ibi domi. 2. quæſt. 5. Innocen. in c. 2. ad fin. de cauſa poſſ. & propri. Specul. in titu. de poſſ. & peti. §. fi. verſic. decimuſtertius. Dy. in c. qui ad agendum ante medium. de reg. iur. libr. 6. dicens enormiter erraſſe. glo. in l. ſi de vi. ff. de iudi. quæ in fi. voluit contrarium, & eam in interdicto iſto recuperãdæ poſſeſſionis, vbi vera violentia interuenit, & in interdicto retinendæ deprauant communiter ſcribentes ibi. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. hæredita. Bar. Bald. & Alex. in l. ſi alienan. ff. ſolut. matrimo. Dd. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam. de vi pub. & alibi ſæpè. 121

Etiamſi eſſet ſpoliatus † per iudicem propter ſuam contumaciam: quia purgando contumaciam intra tempora legitima recuperabit poſſeſſionem, etiam ſi miſſus vellet incontinẽti docere de dominio, tex. qui nõ eſt alibi ita clarè ſecundũ Bal. in l. [illegible] §. penul. C. de præſcri. 30. vel 40. an. quẽ [illegible] addi. ad Bart. dicit eſſe ſingularem imò 122

etiam ſi tutor fecit aliquem per iudicem ſpoliari re debita ipſi pupillo & ex ſpoliatione perueniat ad pupillũ ante omnia pupillus debet rem reſtituere nec vllam exceptionem iuſtam poteſt opponere. l. nec interdicto. ff. de regul. iur. ita Bart. in diſpu. incip. Lappus in ſolu. col. fin.

Etiam ſi opponeretur compenſatio, attamen ſpoliatus erit reſtituendus l. final. & ibi ſcriben. C. de compen. ſiue ſit ſpoliatus vi, ſiue furto, Bal. in l. inciuilem. verſi. concluſiuè ergo. C. de furt. Et etiam ſi poſſeſſio eſſet confirmata ſpolianti per ſuperiorem, text. & ibi Bartol. Bald. Angel. & Alexand. in addit. ad Bartol. in l. auctoritatem. C. vnde vi. Et ad iſtam reſtitutionem petendam admittuntur etiam non habentes mandatum, & aliàs inhabiles. l. 1. C. ſi per vim vel alio mod. abſen. fue. poſſe. Multi tamen caſus ſpeciales exiſtunt in iure, in quibus ſpoliatus non reſtituitur, quos breuiter accipe ad Specul. in titul. de petit. & poſſeſſ. §. quoniam. in princip. Et vlterius adde, quòd ad hoc, quod
123 quis obtineat † reſtitutionem, oportet eum probare ſpolium, & poſſeſſionem tempore ſpolij. c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpol. & l. 1. §. interdictum. ff. de vi & vi arma. In beneficialibus tamen non ſufficeret probare præmiſſa, ſed opus eſſet iuſtificare poſſeſſionem ex titulo ſaltem in prima figura, antequàm fiat reſtitutio. ita Ioan. de Imol. in Clem. vna. de cauſa poſſeſſ. & proprie. prout videmus ſeruari in parlamentis & alijs curijs temporalibus regni cognoſcentibus de poſſeſſorio in beneficialibus.

124 Veruntamen † ſi pendente lite poſſeſſor ſpoliaretur, ad obtinendam reſtitutionem ex capite attentatorum lite pendente non eſſet neceſſe iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, ſed ſufficeret probare poſſeſſionem & ſpolium lite pendente, prout voluit Rota, deciſi. 14. quam refert, & ſequitur ita ſæpè obtentum in ſuprema parlamenti Tholoſæ curia, teſtatur Dom. Steph. Aufre. in quæſt. 15. deciſ. 100. tho. incip. item fuit quæſitum an intentanti. & ibi etiam vide, quòd ſi opponatur contra petentem reſtitutionem exceptio notoria. Et quòd ſi exceptio defectus proprietatis concludat defectum poſſeſſionis, vtputà vbi de reſeruatione Papali opponetur, vbi videre facilè potes.

125 Adde etiam, quòd vbi † præſumptio iuris eſt contra ſpoliatum, vt quia laicus poſſidens decimas eſſet ſpoliatus, cùm

talis poſſeſſio non cadat in eum, non debebit reſtitui ſecundum dictum ſingulare Innocen. in c. conſtitutus. de fil. præſbyte. tunc enim petitio eſt contra ius. & qui expreſsè iniuſtum petit, ineptè agit, dicit Bald. in titul. de pace Conſtan. in verſicul. omnes. allegans Innocen. vbi ſuprà. & in c. 1. de offic. vicar. Item ſi pateretur ſpoliatus teſtes ſuper dominio produci per ſpoliantem & iudici conſtaret de dominio ſpoliantis. non reſtitueret iudex. ipſum ſpoliatum, tex. eſt ſingularis in c. 1. de reſtitutio. ſpol. quæ omnia tene menti, quia quotidiana ſunt. Antonius de Tremolis.

z *Excommunicatus*. Et poteſt opponi exceptio excommunicatiõis etiam in foro ſeculari, vt dixi plenè infrà, quibus modis exa. iud. or. decli. & poteſt † opponi in omni parte iudicij etiam poſt litem conteſt. contra naturam dilatoriarum, c. exceptionem. de except. etiam poſt tempus præfixum ad opponendum omnes dilatorias, per text. in Clemen. vna, de except. 126

Imò ſi fuiſſet aſſignatus terminus peremptorius ad opponendam exceptionem excommunicationis, adhuc tamen poſt terminum peremptorium poterit opponi propter periculum communionis, gloſſ. eſt ſingularis in d. Clement. vna. gloſſ. pen. ad fin. quam dixit ſingularem Cardi. ibi in quæſtio. refert & ſequitur Felin. in d. c. exceptionem. col. 4. & in c. paſtoralis. col. 4. eod. titul. Plus eſt, quòd etiam ſi malitioſè reus omiſiſſet, attamen adhuc poterit illam opponere, text. eſt in d. c. exceptionem. Imò etiam ſi iuraſſet non opponere aliquam exceptionem, vel etiam ſi iuraſſet in ſpecie non opponere exceptionem excommunicationis, adhuc tamen poterit non obſtante iuramento: quia † ſicut neceſſitas excuſat à periurio, c. querelam. & c. breui. de iureiur. & l, fin. ff. qui ſatiſd. cogan. ita periculum peccati, ſecundum Ioan. And. Domi. de ſancto Geminia. in penult. quæſtio. & Phi. in c. pia. §. 1. de except. in 6. exceptioni enim peccatum fuganti renunciari non poteſt, ſecundum Anton. de Butr. in c. ex parte. in 2. de offic. delega. quem refert Domi. in d. §. 1. & ſequitur Felin. vbi ſuprà dicens benè facere. text. in c 1. de iureiurand. libr. 6. 127

Fortius † etiam poſt ſententiam in executione poterit exceptio excommunicationis opponi, d. c. pia. in fi. & multo fortius poſt renunciationem & concluſionem in cauſa ante 128

ſententiam, ſecundum Felin. quem vide in d.c.exceptionē. col.5.poſt domi. de Rota.Spec.& Pa.in locis per eum allegatis, putà in caſibus, quibus poſt renunciationem & concluſionem partes audiuntur, de quibus latè per eundem Felin. in c.cùm dilectus.de fid.inſtru. Imò etiam in cauſa appellationis actor originarius nunc appellatus repelletur prætextu excommunicationis, Archid. Ioan. Andr. Domi. & in d.c. pia.in princip.

Adde vlterius, quòd licèt ſpoliationis quæſtio ſit multùm priuilegiata, vt ſuprà dictum fuit proxima additione, atta-
129 men † excommunicatus non auditur petens reſtitutionem, glo.reputata ſingularis in c. ex inſinuatione. in ver. canonicum.de procur. quam dicit ibi ſingulariter notan. Pa.in 2. col.& illam dicit ſingularem Inno.in l.is qui reus.35.colum. ff.de publi. iud. prout eum refert Felin. in c. dilectus. in colum.pe.de reſcri. Sed idem vult gloſſ.2. ibi. & gloſſ.in c.in nomine Domini.in ver.in audientia.23.diſt.quas etiam Pa. alle.in d.c.ex inſinuation

Sed & fortius ſi excommunicatus vellet propriam iniuriam proſequi, non audietur: ita conſuluit Frede.de ſe.conſ. 116.incipit.mirandum eſt. Et non omitto, quòd etiam tertius, cuius non intereſt, poteſt exceptionem excommunicationis opponere aduerſus actorem contra me agentem. voluit Cardi. ſub dubio fortè in ſæpè alleg.c.exceptionem. & licèt multi tenuerint contrarium, quos ibi refert Feli. in vltimis ver.attamen ipſe Felin. ita firmat per dictum Ioan. Andr.& Do. ſuprà adductum, quòd non obſtante iuramēto de eam non opponendo poteſt opponi. ex quo datur intelligi, quòd eſt introducta fauore publico, putà animarum, & ſic eſt ius populare, ſecundum eum. & idem vult idem Feli. in c.nonnulli.§.1.colum. penult. & fina. de reſcrip. vbi egregiè & ſubtiliter loquitur, & eundem vide in d. c.intelleximus.colum.4.verſi.iſte text.

Nunc reſtringe hoc principale dictum de excommunica-
130 to repellendo ab agendo. † Primò, in excommunicatione maiori: quia minor non repellit à communione fidelium, ſed ſolùm à participatione ſacramentorum, & reddit intelligibilem, c.à nobis.de exceptio.c. ſi celebrat. de cleri.excom. miniſt.Pa.& Felin in d c.intelleximus.hic alleg.Lap.& Domi.in 3.col.verſi. qu[illegible]rit Lap.in c.1.de reſcrip.in 6.

Secun-

Secundò reſtringe non procedere in interdicto, vel ſuſpenſo: quia interdictio vel ſuſpenſio non repellunt ab agendo, cùm non priuent à communione fidelium, d. c. à nobis. Anton. de Butrio, & Felin. in d. c. intelleximus. Tertiò, reſtringe in voluntario actore, ſecùs ſi neceſſitaretur agere, vt quia intentaret remedium, l. diffamari. C. de inge. ma. cùm tunc quodammodò ſit Reus. gloſſ. & Ant. de Butr. in c. ſignificauit. de offic. ordin. Felin. in d. c. intelleximus. colum. 5.
Quartò, Reo volente excommunicatus poteſt agere, aliàs reportaret commodum ex ſua malitia, contra dictam decr. intelleximus. de quo ibi vide Felin. ita tenentem poſt alios.
Quintò, reſtringe in excommunicato proſequente ius ſuum priuatum, ſecùs ſi publicum: ratione enim officij publici excommunicatus occultus admittitur, putà pro eccleſia Item ſextò in iudicijs duplicibus, in quibus vterque actor, vterque Reus. Item ſeptimò admittitur vt actor, ſi prohibetur agere ea, quę ſunt ſibi à iure pmiſſa, putà mittere procuratorē, ire Romā ad impetrandū ſuper excōmunicatione, vel appellatione de quib⁹ omnibus p Fel. poſt Dd. per eū allegatos, in d. c. intelleximus. & per eundem Felin. in c. fin. de excep. Octauò non procedit, ſi ob id ſolùm fuiſſet excommunicatus, vt ab agendo repelleretur, ſecundum Specul. titul. de reſcript. præſen. §. ratione autem impetrantis. verſicul. penultim. quem ſequitur Ludo. Roman. in ſing. 719. incip. illud quod dicitur & ſequitur Felin. in d. c. fina. & in d. c. intelleximus.
Nonò, licèt † excommunicatus repellatur ab agendo, non tamen eius ceſſionarius: idem habes de banniti ceſſionario, ſuprà verſicul. iſto in apoſtil. in ver. bannitus. colum. fin gl. in c. vno. gloſſ. penultim. de iure pa. Dy. in c. is qui in ius. colum. fin. de reg. iur. in 6. bonus tex. vbi Dy. & Bart. in l. doli. ff. de noua. Bart. in diſpu. 1. incipien. Lucanæ ciuitatis ſtatuto. colum. 8. Felin. in d. c. intelleximus. in fin. Decimò in deteſtationem excommunicationis, dic quòd excommunicatio alligat excommunicati animam ſathanæ, c. audi deniq;. & c. omnis Chriſtianus. 11. q. 3. Et excommunicatus eſt membrum putridum eccleſiæ, & ſeparatur per excommunicationem à corpore Chriſti vnde eius ſpiritu vegetari non poteſt, in c. nihil ſic debet formidare Chriſtianus. ea cauſa & quæſt. & excommunicatio bona opera mortificat, in c. ſi quis à Catholica Eccleſia. 24. quæſtion. 4. & excommunicatus di- 131

Effectus excommunicationis.

citer hæreticus, in c. quod autem. 4. q. 1. ſaltē interpretatiuè, vt Dom. de ſanct, Ge. in c. 1. de reſcrip. in 6. in column. final. Et † excommunicatio à iuramento fidelitatis abſoluit eum,
132 qui excommunicato iuramentum præſtitit, non ipſum excommunicatum, in cap. nos ſanctorum. 15. quæſtio. 6. Et excommunicati debitor ei ſoluere non tenetur, ſecundum Bart. Brixi. ibi. & hoc ea ratione, quia ei communicare non debet, c. excommunnicato. 11. quæſtio. 3. niſi in caſibus not. in c. quoniam multos. ea. cauſa & quæſtion. aliàs debitor excommunicationem minorem incurrit, quæ à participatione ſacramentorum alienum facit, d. c. à nobis. de except. Et æquiparatur bannito, per text. in c. vno. in titul. hic ſunt lex, deinde incip. conſuet. feud. in vſib. feud. Nico. de Mat. Bald. & Docto. in l. 1. C. de hæred. inſtitu. hoc vnum teſtor à probatiſſimis viris audiuiſſe, & oculis vſu vidiſſe, plerosque omnes excommunicationem contemnentes à diuitijs ad ſummam egeſtatem DEO vltore perueniſſe: vnde non mirum ſi excommunicatus repellitur ab agendo, vt diximus. Item à iudicando, vt infrà titul. qui. mo. exa. iud. decli. Item à teſtificando & poſtulando, vt in c. decernimus. de ſentent. excommun. in 6. Item repellitur vt notarijs cum excommunicato non credatur, in c. nullus. 3. q. 4. & vt accuſator. d. c. à nobis. Et generaliter ab omnibus actibus ciuilibus præterquàm à ſe defendendo, d. c. intelleximus. & ibi Pa. colum. 1. Ideò caue ne illam incurras: aut ſi fortè illam incurreris, abſolui feſtina.

a *Non audiuntur* Idem Spec. tit. de acto. verſi. item excipitur contra actorem quòd eſt monachus: & in tantum procedit, quòd etiam ſi darent fideiuſſores, tamen fideiuſſores nō teneentur: quia nullo † modo nec ciuiliter nec naturali-
133 ter monachus in iudicio obligatur, & ideò non poterit accedere fideiuſſor. ita in facili contingentia reſpondit Paul. de Caſt. vt ipſe refert in l. 1. C. qui legi. perſo. poſt Guil. de Cu. ib. Vnde notabiliter conſuluit Fred. de Sen. conſil. 287. incip. caſus talis eſt quidam verè & efficaciter: quòd ſi religioſus vel oblatus profeſſus ſuo nomine ſine abbatis licentia exigat debitorem, & eius bona vendi faciat, quòd talis venditio nō valet, imò debitor poterit ipſum proceſſum, & inde ſequuta caſſa, facere declarari: tum quia non poterat dici debitor monachi, ſed monaſterij: tum quia monachus in iudicio eſſe

non poteſt, in c. non dicatis. 12. q. 2. & in c. de præſentium. 16. q. 1. & in Auth. cauſa quæ fit cum monacho. C. de epiſ. & cle. Plus ſubdit, quòd licèt coniũcta perſona admittatur pro con iuncta, l. ſed & hæ. cum ſim. ff. de procu. attamen ſecùs in dedicatis: quia eorum conuerſatio & cognatio eſt in cœlis: ſecundũ Hoſt. in c. 2. de poſtu. vbi etiam Pa. & ſic eſt deterioris conditionis mònachus, quàm minor indefenſus: quia pro minore lata ſententia valet, l. non ideò minus. C. de procur. Et tamẽ non pro monacho ſuo nomine agente. Ant. de Tre.
b *Pro mortuis reputantur.* Sicut ergò quo ad ius ciuile ſeruus pro mortuo habetur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ita & monachi pro mortuis mundo habentur iuribus hic per auctorem alleg. & in c. placuit. in 2. & c. ſunt nonnulli. 16. q. 1. Vndè ſicut lex appellat vocem ſerui funeſtam, in l. pe. C. qui accuſ. non poſſ. canonizata, in §. ſi quis. 3. q. vlti. ita canon appellat vocem monachi funeſtam, 2. q. 7. c. placuit. Et generaliter dicebat Innocent. in c. cùm olim. in 2. de priuile. quòd omnia iura loquentia in ſeruo procedunt etiam in monacho: quem refert & ſequitur Bald. in l. ſeruus. C. commun. de ſucceſ. & monachum ſeruo æquiparant gloſſ. & Bar. in l. Pedius. §. 1. ff. de arbi. & glo. & Alex. in l. cùm hæredes. §. fi. ff. de acq. poſ. & Bar. in l. 1. in prin. & §. fructuarius, & l. ſi liber homo. & l. ſi ſeruus teſtamento. & l. quod ſeruus. & l. ſi communis ſeruus ita, ff. de ſtipulat. ſeru. Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſact. dicens per illum tex. quòd † ſicut dominus non obligatur ad obſeruationem promiſſorum ſeruo, ita nec abbas monacho: quia inter eos non cadit obligatio. & ſequitur Alex. in addi. ad Bar. in d. l. 1. in prin. Vnde videmus quòd licèt filiusfam. acquirat ſibi pleno iure caſtrenſia, & quaſi, ac aduentitia, quòad proprietatem, l. 2. & 3. ff. ad Macedon. & l. 1. C. de bon. maternis. & l. cùm oportet. in princip. C. de bonis quæ liberis. Monachus tamen omnia indifferenter acquirit monaſterio, c. 2. & c. cùm ad monaſterium. de ſtat. monach. & c. 2. de teſta. inſtar ſerui, l. placet. ff. de acq. hęr. & l. ſeruus vetante, ff. de verb. oblig. 134

Caue tamen, quia licèt ſupradictum fuerit monachum ſeruo æquiparari, attamen monachus † retinet ius ſuitatis, l. Deo nobis. hic alleg. vndè potiùs filiofamilias videretur cõparandus, quàm ſeruo, vt etiam æquiparat glo. in l. ex pœnalibus. ff. de regul. iur. gloſſ. in l. ſi longius. §. 1. gloſſ. fina. 135

ff. de

ff.de iudi. vnde videmus, quòd ſicut filioſam. inſtituto repudiante adit pater, & præfertur ſubſtituto, gloſſ. in l.fin. in prin. in verſi. recuſante. & ibi Iacob. Butrig. Ray. Cy. Bart. & Bald. C. de bonis quæ liberis. ex quodam iure accreſcendi, vt ibi per eos. & Bartol. Imol. Franciſ. Aretin. & Iaſon .in l.1. in princip. in 3. quæſtion. 4. quæſt. princip. ff de vulg. & pupil. Bartol. Bald. Raph. Fulg. & Iaſon in l. cùm proponas. C. de hæredi. inſtituend. & iſtam fatetur eſſe communem Paul. ibi ſubdens ab iſta in conſulendo & iudicando, non eſſe recedendum. & idem Paulus in d. l. final. in princ. & Alexand. in d. l.1. in prin. in puncto iuris tenentes contrarium, próut
136 & multi moderni, ibi relati, tenuerunt: ita † & monacho inſtituto adire recuſante, poterit Abbas adire inſtar patris, próut voluit Arch. c.1. decimaſexta quæſtione. 1. quē refert & ſequitur Bar. in d. l.1. in prin. in quæſt. præalleg. & idem ibi tenent Imol. Alexan. & Iaſ. Cyn. & Bald. in d. l. Deo nobis. Io. Andr. & communiter Canoniſtæ in c. in præſentia. de probationib. & iſta eſt veriſſima, ſecundum Iaſ. in d. l.1. licèt multi contrarium tenuerint, vt ibi per eum. Et tamen ſecùs in domino & ſeruo, vt in d. l. cùm proponas. Item ſecundò
137 † videmus, quòd ſicut filiusfamilias acquirit poſſeſſionem patri, etiamſi fuerit ab alio poſſeſſus operante patria poteſtate, l. quicquid. ff. de acquirend. poſſeſſ. ita monachus fugitiuus etiam ab alio apprehenſus acquirit poſſeſſionem monaſterio, ſecundum Barto. Ang. Imol. Pau. de Caſtro. Roma. Alexan. & Iaſ. in l.1. §. per ſeruum qui. ff. de acquirend. poſſ. bonus tex. in c. abbates. 16. quæſt. 2. Quod non eſt in ſeruo, in quo diſtinguitur, an fuerit ab alio poſſeſſus, vel non. vt in d. §. per ſeruum. Item tertiò, ſicut filius non poteſt vendi, ita nec monachus. Sed in ſeruo ſecus: & ſicut pater tenetur alere filium, ita monaſterium monachum ipſum.

Non tamē dominus ſeruum: quia pro derelicto eum habere poteſt, ita Bar. in d. l.1. in princi. ff. de vulga. pro quo faciunt not. in c. vno. gloſſ. penultim. de infan. & lang. expo. & in c. ſicut nobis. de reg. & tran ad reli. Item monachus poteſt eſſe teſtis, & plus ei creditur quàm alteri. §. cogitandum. & ibi gloſſ. in ver. teſtes. in Authen. de monach. collation. 1. Etiam in teſtamento, Bal. in Auth. ingreſſi. col. 1. C. de ſac. ſanc. ecle. quod non eſt in ſeruo. l. ſerui. ff. de teſt. Vnde Bal. notabiliter in l. r. col. 12. ver. quóad decimam. C. qui admit. ad bon. poſſeſſ.

ſeſſ.poſ.inquit, ꝙ monachꝰ ęquiparatur filio, vel ſeruo, prόut fauorabilius eſt monaſterio. quod ſimpliciter ſequitur Rom. in l. ſi is qui hæres. §. neque filius. ff. de acqu. hæred. & Alex. in d. §. per ſeruum. & in addi. ad Bald. in d. l. 1. Et alibi idem Bald. in l. filius. C. de pact. dicebat, quòd iura loquentia de ſeruo procedunt in monacho, quatenus poſſunt ei adaptari. & idem de filiofamil. ſecundum eum. Bar. verò in ſępè alleg. l. 1. in prin. ff. de vulg. dicebat, quòd ſubiectio monachalis eſt magis ſubiectio filialis, quã ſeruilis. ad pręmiſſa vide etiam conſil. Frede. de Senis. 35. incip. quidam monachus monaſterij.

a *Si non eſt abbas.* Etenim propter prælati abſentiam aliquid permittitur, quòd aliàs non permitteretur, text. in c. cùm nullus. verſicu. epiſcopo autem in remotis agente. de tempo. ord. lib. 6. Et quòd † data abſentia ſuperioris monachus poſſit agere, vbi periculum eſſet in mora, tenent gloſſ. & ſcriben. ſignanter Ant. de Bu. Pa. & Feli. in c. cùm dilecta. glo. fi. de reſcriptis. & idem dicunt ibi Car. & Imo. ſi vacaret monaſterium, pro quibus adducit Felin. ibi text. in c. vno. ne ſede vacante in 6. vide quod in propoſito de epiſcopi abſentia refert ſe conſuluiſſe Ia. in l. cùm filiusfa. col. 2. ff. ſi cer. pet. poſt Arch. & alios. Ant. de Trem. 138

d *Sint ſpoliati.* Quo caſu agent nomine monaſterij, & non ſuo, ſecundùm Spec. & Ioan. And. poſt Dama. in tit. de actore. verſicu. ſed quid ſi ſpoliatus. quia etiam veſtis, quam portat, non eſt ſua: nec cucullã nec veſtem ipſam poſſidet, quod etiam voluit gl. in c. non dicatis. 12. q. 1 & ita intelligit deciſ. Rotę. 6. in tit. de reſt. ſpol. in antiquis Fel. in d. c. cum dilecta. col. 23. verſ. monachus.

e *Hoſpitalium rectores.* Et generaliter aliquam adminiſtrationem alicuius obedientiæ habentes, qui in iudicio ſine licentia ſuperioris eſſe poſſunt. c. cùm de deputati. de iudi. Pa. & omnes in c. cum dilecta. de reſcrip. obedientiæ dixi, quia ſecùs ſi alicuius villæ vel poſſeſſionis. Innoc. in c. edoceri. de reſcrip. Fel. in d. c. cum dilecta. col. 24. quę vide. Ant. de Tre.

f *Et propria* Ideò dicit Spec. in titul. de act. ver. ſed quid ſi ſpoliatus. vſus verbo, proprium habent. ſed cautius dixiſſet, peculium, ſecundum Io. And. ib. in addi. prόut etiã dicit text. in c. monachi. de ſta. mo. Non enim poſſunt habere proprium verè, ſed ſolùm adminiſtrationẽ de ꝑmiſſu abbatis. c. 2.

de ſta.

de ſta. mon. ſicut ſeruus conniuentibus oculis domini, l. 4. in prin. ff. mand. Bartol. in Authen. ingreſſi. colum. 2. verſicul. quæro vlterius. C. de ſacroſanct. eccl. & idem Bald. in l. vna. C. de his qui pœ. no. colum. 7. verſicul. ſeptimò quæritur. dicens monachum habere proprium ad vſum non proprium propriè. Et ſic ex præmiſſis habes regulam de monachis, quòd non poſſunt eſſe in iudicio ſine licentia abbatis, & duas fallentias, videlicet quando eſſet prælatus, & quando eſſet ſpoliatus, & non adeſſet ſuperior vel ſyndicus. Tu ter-
139 tiò adde, quòd ſi † monachus eſſet in ſtudio de licentia abbatis, poſſet contrahere, & pro contractu gratia ſtudij inito agere, & conueniri, & pro iniuria illata accuſare, ita gloſ. in c. non dicatis. 12. quæſt. 1. glo. in l. ſi longius. §. 1. glo. fi. & ibi Bar. & Bal. ff. de iudi. & glo. in c. cùm paſtoralis. gl. 1. 2. q. 7. & gloſſ. in c. ex parte. de accuſ. Archi. Io. And. & Dom. de ſanct. Gemi. in c. 2. ne cle. vel mona. lib. 6. & Spe. in d. titul. de acto. verſi. cæterùm. & ibi Io. And. ſecùs ſi ſine licentia eſſet in ſtudio: quia tunc eſſet excommunicatus, per d. c. 2. idem volunt Dd. in d. c. cum dilecta: & ibi vide Fel. quid de expēſis exceſſiuis, & de expenſis doctoratus, & de fideiuſſione, poſt do. vbi ſuprà.

Quartò fallit, ſi peteret ſe reſtitui ad clauſtrum, vnde ſe diceret iniuſtè eiectum, & petere alimenta, Ant. de But. Imo. Pa. & Fely. in d. c. cum dilecta. vbi Felyn. limitat, quando peteret alimenta pro tempore præſenti, & quando ab abbate, aliàs, vbi per eum.

Quintò, ſi ageret contra abbatem, qui dediſſet eum in obſidem, vt eum liberaret ab obſidione, vt voluit Baldus, in c. ex reſcripto: ad fin. de iureiur. ſicut ſecundum eum poteſt filius contra patrem agere, vt eum redimat, quādo ob famem eum vendidit, & redijt ad pinguiorē fortunam: quod eſt no. ad materiam, l. 2. C. de pa. qui pro fili. diſt. ſecundum Fel. in d. c. cum dilecta.

Sextò fallit, vbi ageret pro abbate incarcerato, Fel. vbi ſup. poſt Rot. deciſ. 10. de iudi. in no.

Septimò poteſt eſſe in iudicio ſine licentia ſuperioris in cauſa ſuæ electionis, Inno. & alij in ſępè alleg. c. cùm dilecta, p illum text. Archi. in d. c. cùm paſtoris. intellige, quando eſſet electus prælatus ſui monaſterij, ſecùs ſi alterius, c. ſi religioſus: de elect. in 6. Imol. & Fely. in d. c. cū dilecta: & habebit

bit expenſas à monaſterio, ad quod fuit electus, vt ibi per eundem Felyn.

Octauò & vltimò fallit in criminalibus, quando accuſaret abbatem, c. ex parte. de accuſ. non enim habet neceſſe ab eo petere licentiam, ſecundum Imol. in c. cum. P. Manconella. eod. tit. Anto. de But. & Pa. in d. c. ex parte. licèt contrariũ teneat Archid. in d. c. paſtoralis. & Io. An. in addit. ad Specu. in tit. de inquiſi. §. fi. in prin. additio 2. poſt Rofred. in titul. de noua. verſicul. ſed illud aliàs, ſed quoniam. & Fely. in d. c. ex parte. dicens rationabile, quòd petat veniam & licentiam, & eo caſu vtriq; & abbati & monacho prouidebit monaſterium de expenſis, d. c. ex parte. iuncta gl. quam ibi not. Pa. & Fel. Ant. de Tre.

g *Antequam ſoluat* Rationes vide per Bal. & Saly. poſt antiquos. in l. ſi pro ea. C. manda. Si ergò ſoluit, aget actione mandati, dato, quòd per iudicem non ſoluerit, ſed ſponte, l. idemq;. §. fideiuſſores. ff. manda. poteſt enim bonam fidem agnoſcere exemplo tutoris, l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſt. tut. & ratio eſt, quia eo ipſo, quod mandatur alicui quòd fideiubeat, videtur mandatum in conſequentiam, quòd ſoluat, per tex. no. in l. indebitam. hic allegat.

Aduerte tamen, quòd licèt poſſit ſoluere fideiuſſor ex vi taciti, non tamen intelligitur habere mandatum, vt cogatur ſoluere inuitus, ita quod incurrat pœnam non ſoluendo, per l. 1. C. de dolo. Pet. Cy. Bal. & Salic. in d. l. ſi pro ea. Bart. in l. ſi quis mandato. ff. de nego. geſtis. Fulgo. & Iaſ. in d. l. indebitam.

Aduerte etiam, quòd † eſt reperire caſus in quibus fideiuſſor non agit. Primus, ſi iniuſtè condemnatus non appellauit, d. l. ſi pro ea. in fi. Secundus in caſu mirabili & ſingulari. l. tribus. ff. de vſufru. ea. re. quæ vſu. conſu. vbi Bal. dicit illum textum non eſſe alibi. & in d. l. indebitam. dicit illum caſum eſſe mirabilem, videlicet. vbi teſtator iubet hæredem fideiubere, per ſequelam ei videtur mãdatum, quòd ſoluat: & ſi ſoluit, non repetit: quia ex neceſſitate fideiuſſit. & in d. l. tribus. Idem Bal. refert quendam in priuato examine interrogatum contra caſum l. reſpondiſſe. 140

Quod tamen limitat Bal. in l. vna. §. ne autẽ. col. 3. verſ. 2. quæro. C. de caduc. tollend. vbi fideiuſſio afferret modicum

præiu-

præiudicium, &c. de quo etiam per Iaſ. in d. l. indebitam. & in l. quod dictum. ff. de pactis.

h *Indebitam*. Adde tex. ſolennem ſecundum Bal. ibi, in l. ſi pro ea. C. manda. ſup. allegata. vbi etiam ponuntur caſus ſequentes, in verſ. niſi in certis. & tex. in c. fi. de fide. vbi glo. & ſcriben. Ant. de Trem.

i *Delegauit debitorem*. Dato, quòd ille debitor nõ ſoluerit, nec ſoluendo actio ſibi abeſt ex ſola delegatione, vnde pecunia ſibi abeſſe videtur, l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. manda.

Sed quotidianum eſt dubium, & in iudicijs verſatile, vtrùm
141 ſola † confeſſio creditoris, confitentis in inſtrumento ſe habuiſſe & recepiſſe debitum à fideiuſſore, ſufficiat fideiuſſori ad repetendum à principali debitore, dato, quòd non appareat de vera ſolutione, Bart. ſub dubio fortè per gloſſ. ibi in l. duobus. §. 1. ff. de iureiuran. tenet, quòd non, niſi doceat de numeratione: quaſi ficta ſolutio non ſufficiat, dicens menti tenendum: & idem tenet ibi Raph. Fulgo. in vna lectura. Sed contrarium conſuluit idem Bart. in conſil. incipien. Titius promiſit Sempronio, quod eſt 160. & contrarium pariter tenent Sali. Paul. de Caſtro, Lud. Roma. Alex. & Iaſ. contra Bartol. ibi in d. l. duobus. & dicit ibi Paulus ſe Florentiæ conſuluiſſe: & idem dicit in l. qui debitorem. hic allegata. vbi etiam per illum textum: tenet contra Bartol. & ſimiliter Alexand. in d. l. duobus. dicit ſe bis conſuluiſſe. & Iaſon ibi dicit hanc eſſe communem contra Bartol. quod ſufficiat confeſſio. ad quod facit l. pecuniæ. & quod ibi Bald. C. de ſolutionib. vbi inquit Bald. quod per confeſſionem probatur
142 vera numeratio, ſubiungens, quod mulier † habens inſtrumentum confeſſionis dotis habebit omnia priuilegia dotis, ac ſi verè fuiſſet dos numerata, & Bar. in l. aſſiduis. in penult. quæſt. C. qui po. in pigno. habe. volebat contra glo. ibi, quòd dos confeſſata habet priuilegium illius. l. ſicut verè numerata, ſi opponi non poſſit exceptio dotis nõ numeratæ: vt quia renunciatum cum iuramento vel lapſa tempora. pro quo gloſ. not. in l. 1. gl. final. C. de do. cauſ. non nume. quam dicit not. Alexan. in addit. ad Bart. in d. l. aſſiduis. & ibi eundem vide de veritate illius, dicti, & per Ang. Imo. Moder. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Ant. de Tre.

k *Creditori* Quia l. ſi ei. quę hic alleg. loquitur de fideiuſſore condemnato. adde tex. in l. ſi ei cui. §. fin. ff. de euiction.

& tex.

& text. in l. ſi debitori. in 2. ff. de fideiuſſ. vult ergò dom. Huber. quod ſucceſſio † habet vim ſolutionis: ſed quia contrarium cantat expreſſe tex. in l. hęres à debitore. §. fina. cod. tit. videlicet de fideiuſſ. ff. Ideò pro concordia dic, quòd ſucceſſio habet vim ſolutionis ad hoc, vt fideiuſſor damnum euitet, non vt lucrum ſiue commodum captet in præiudicium debitoris, conſequendo actionem bonæ fidei, putà mandati pro actione ſtricti iuris, ſecundum Bartol. Imo. & Raph. Cu. in d. §. fin. & ibi etiam Pau. & Bart. in d. l. ſi debitori. vbi etiam Pau. de Caſtr. & in l. Vranius. eod. tit. ſcilicet de fideiuſſo. & Bart. in l. ſi ſocer ſocer. in prin. ff. ſolut. matrim. & in l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolutio. & in l. ſi is qui pro emptore. col. 23. verſicul. ſexto principaliter quæritur. ff. de vſucap. & ibidem vide Iaſ. col. 89. verſic. circa hoc. vbi impugnat intellectum Bart. ad d. §. final. per text. ſingularem. in l. Aurelius. §. final. ff. de libe. leg. vbi non eſt conſiderabile tale lucrum, quod pro actione ſtricti iuris detur bonæ fidei actio. quem ad hoc facit ſingularē Imo. in l. ſi creditori. de leg. 1. vbi Iaſ. dicit eſſe ſimilem ibi. de quo vide latius eundem Iaſ. in d. l. ſi is, qui pro emptore. 143

l *Niſi in certis caſibus* His tamen caſibus quando non ſoluit, non agit ad pecuniam, ſed vt liberetur, gl. Bart. & Bal. in l. ſi quis mādato. ff. de neg. geſt. dicentes notandum pro conceptione libelli. & idem Bal. in l. Lucius. in prima. ff. manda. hic alleg. glo. & Cano. in c. fi. de fideiuſſ.

m *Diu ſtetit.* Diu eſt intelligendum arbitrio iudicis, ſecundum gloſſ. & Bal. in vtraq; lectura. in l. Lucius. hic allegat & glo. & Dd. in c. fi. de fideiuſſ. & iſtam dicit communem Ang. Are. Inſt. de fideiuſ. §. pe.

Aduerte tamen, quòd antequàm dicatur in obligatione ſtetiſſe, oportet obligationem commiſſam fuiſſe: quia antè non poteſt dici in ſolutione ceſſatum, putà ſi fideiuſſor † datus fuerit de euictone, qui ante rem euictam, etiamſi per longum tempus ſteterit, agere nō poterit, vt liberetur: quia adhuc obligatus non eſt, ita Iaco. de Are. Bart. Bald. Pau. Caſtr. Ludo. Rom. & Alexand. in l. facere. per illum tex. ff. ſol. mat. Cyn. & Bald. in d. l. Lucius. Iaſ. de Aret. Cyn. Bald. & Paul. in d. l. ſi pro ea. 144

n *Si negetur cohæres.* Iſta exceptio dicitur exceptio ordinis vel præpoſterationis: quia ordo eſt, quòd non poſſeſſor

prius agat petitione hæreditatis, & poſteà diuiſorio, id eſt, famil. herciſcund. l. non poſſumus. ff. ſi pars hæredita. peta. ſi ergò non poſſideat, & legetur, hæres agere fa. her. non poterit, per d. l. 1. vbi eſt tex. ſingul. ſecundum Bal. ibi. Et idem ſi negaretur condominus: quia prius debebit agere rei vendicatione, d. l. fundi. & volunt gloſ. & ſcriben. in d. l. 1. & in l. ſi mancipiũ. §. ſi cõmuni. ff. de euict. Intellige, dummodò talis
145 † exceptio opponatur ante litem conteſtatam: quia illius omiſſio non vitiaret proceſſum, gloſſ. mirabilis & menti tenenda, & ibi Bar. & Bal. in d. l. mancipium. §. ſi communi. & gl. no. & ſignanda ſecundũ Bar. Bal. & Pau. ibi, in l. 2. C. com.
146 diui. & eam ibi ſequũtur poſt Guil. de Cug. Peruerſio † enim ordinis de vno iudicio ad aliud non vitiat proceſſum, tex. cũ gl. in 3. lec. in l. 1. C. de ap. licèt ordinis ꝑuerſio de vno iudicio ad idẽ reddat ipſum nullũ, l. prolatã. C. de ſen. & inter. omniũ iudicum. not. in ſumma. 2. q. 1. & ibi Archid. & Domi.

Non tamen intelligas, quòd ſufficiat agenti fam. her. vel communi diui. ſola poſſeſſio: quia immò habet neceſſe probare dominium, ſi velit obtinere, per tex. in d. l. 1. & ibi Bar. & Bal. notant, improbus enim poſſeſſor non poteſt agere diuiſorio, l. communi diuidun. §. inter prædones. ff. communi. diui. Sed ſi nõ poſſideret, exceptione præpoſterationis repelleretur, ſi cohæres, vel condominus negaretur, vt dicit hic author. Ant. de Trem.

147 o *Ante finitam tutelam.* Idem dicas † in adulto volente agere contra curatorem, per l. aduerſus, & l. rationes. C. de adminiſt. tutor. Secùs tamen in curatore furioſi vel prodigi, contra quem ſtatim nondum finita cura agi poteſt, per text. in d. l. niſi finita. & eſt ratio ſecundum gloſſ. ibi, quia neſcimus quando finietur cura prodigi vel furioſi: & ſic nec quã diu neceſſe erit expectare. Sed in pupillo eſt certũ & in adulto. quam rationem gl. Bar. ibi valdè commendant. Et Bald. ibi inducit ad quæſtionem ſyndicatus contra officiales perpetuos. & eam ſequuntur Cyn. & Sali. in d. l. aduerſus. Intellige tamẽ, quod ſuprà dictum eſt, vbi peteretur ratio vniuerſalis adminiſtrationis contra tutorem, vel curatorem. Sed an alia actio intentari poſſit contra eos, vide plenam diſtinct. per Cyn. & Sali. poſt gloſſ. ibi in d. l. aduerſus. Ant. de Tremolis.

p *L. ſi rem alienam.* Adde tex. in l. ſoluitur. §. fi. & l. ſequ. ff.

quib.

quib. mod. pig. vel hypot. ſol. & in l. quæ fundum. ff. de iure do. & aduerte ad id, ex quo de oblatione dicit: quia etiam † 148
ſi pendente lite ſuper pignoratitia actione, debitor offerat in iudicio pecuniam creditori, obtinebit debitor ex iure ſuperuenienti ex cauſa de præterito, per text. in d. l. ſi rem. §. fi. facit tex. ſingularis ſecundũ Ange & Imol. & mirabilis ſecundum Pau. ibi in l. ſi Titius. ff. de verb. obl. Secùs ſi ex cauſa de futuro ius ſuperueniret, l. non poteſt. ff. de iud. & vtrobique Bar. & Bal. & alij in d. l. ſi Titius. & no. in c. Abbate. de re iud. lib. 6. Nec requiro hoc caſu conſignationem & depoſitionẽ, ſed ad conſequendam actionem pignoratitiam, prius mihi nõ competentem, ſufficiet etiã poſt litem conteſt. ſola oblatio in iudicio, per tex. no. in d. §. fi. Sed † ad liberationem cõ- 149
ſequendam non ſufficeret poſt litem conteſt. etiam in iudicio ſola oblatio ſine conſignatione & depoſitionẽ, l. acceptã. C. de vſu. per quem tex. ita voluit Bar. in d. l. ſi debitor offert. ff. de ſolu. & Bal. in d. l. acceptã. col. 3. & Raph. Cu. Alexan. & Iaſ. in l. interdum §. fi. ff. de verb. obl. vbi Bartol. voluit contrarium, & malè.

Extra iudicium verò requireretur cõſignatio & depoſitio etiam ad actionẽ conſequendã, vt ſentit Bar. in l. 3. ff. de cõdi. inſti. & Pau. in l. Iulianus. §. offerri. in fi. ff. de act. emp.

q *Tacitam conditionem.* Iſta enim tacita conditio ita impedit natiuitatem obligationis & actionis, ſicut expreſſa, glo. eſt ſingul. in l. item quia. §. 1. in verſicul. malè. ad fi. ff. de pac. quam Albe. de Roſa ibi dicit non reperiri alibi: & eam fecit ſingularem Nico. de Neapol. in l. planè. in princip. de lega. 1. & Bald. in c. ſignificaſti. de elect. & eam dicunt reputari ſingularem Imo. & Alexand. ibidem. ſed illi eſt ſimilis, in l. 2. §. final. in verſic. poſt nuptias. ff. ſi cer. pet. quam ibi in ſpecie notant Ang. Ludo Ro. & Iaſ. dicens doctores præal. errare faciendo illam gloſ. ſingul. cùm habeat conſociam: ſed tu adde aliam incognitam clarè hoc volentem, in l. in omnibꝰ obligationibus: in ſua diſtinctione. ff. de regul. iur. Et adde, quòd licèt gloſſ. in d. l. item quia. ſequantur ibi Alber. Barto. Bald. Ange. Paul. Alexand. & Iaſ. attamen contrarium tenet gloſſ. in l. 3. C. de arbi. & gloſſ. in l. ita demum. per illum text. ff. eod. Sed ille tex. nihil facit: quia ibi inerat tacita conditio executioni, id eſt, concernebat accidẽtalia & extrinſeca, quo caſu non impedit natiuitatem obligationis. Sed quãdo ineſt

 ipſi

ipſi obligationi, & concernit ſubſtantialia, ſine quibus obligatio eſſe non poteſt, tunc impedit natiuitatem, ſecundum præalleg. Dd. & etiam glo. illas vltimo loco alleg. reprehendunt vtrobiq; ſcribentes. Ant. de Tre.

r *Nominis ferendi.* Aduerte quia tex. in §. ſi verò. in fin. hic
150 alleg. vult totum contrarium. quòd etiam † ſi nomen ſit honeſtũ, ꝙ tamen talis conditio nominis honeſti ferẽdi eſt difficilis, cùm non ſit tranſitoria, & ideò remittitur, próut illum text. intelligunt Dy. Iaco. de Aret. Bartol. Ang. & Paul. ibi. Et ideò ne erres, aduerte, quòd ille tex. loquitur in conditione appoſita hæredi grauato onere fideicommiſſi: quã conditionem ad vtilitatem fideicommiſſarij implere non tenetur, ſi nolit, quod eſt notan. ſecundũ Bar. ibi. Non autem loquitur de cõditione appoſita fideicommiſſario, próut dicit hic do. Hub. illo enim caſu benè eſt verũ, quòd ſi eſſet honeſtum nomen, non remitteretur ſibi conditio ad ſui vtilitatem: quia licèt ſit difficilis & non tranſitoria, tamen difficultas non excuſaret, l. continuus. §. illud. ff. de verb. obli. ſecundum ſcriben. præfatos. Ant. de Trem.

ſ *L. final. in fin.* Illa lex. ſecundum verum intellectum Ludouici Roma. Salic. & Iaſ. quem etiam Alexand. non impu-
151 gnat, vult totum contrarium, quòd immò † ſecundus in gradu poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem infra tempora primi: & primo poſtmodum excluſo temporis lapſu, vel repudiante, illa agnitio habebit ſuam efficaciam, ac ſi debito tempore eſſet facta: benè fateor, quòd primo volente agnoſcere, & ſe opponente ſecundo, ſecundus repelleretur, per alia iura hic allegata. Ant. de Trem.

t *Hæredes venditorum.* Adde tu. quòd etiam cõtra fideiuſſ. venditoris poterit eadẽ exceptio opponi per text. not. ſecundum Bart. ibi, in l. exceptione. C. de euict. videtur enim conſentire alienationi fideiubendo. ſecundũ glo. not. & Bal. ibi, hæres tamen fideiuſſoris non poteſt repelli hac exceptione, per tex. ſing. ſecundum Bart. ibi, & qui non eſt alibi, ſecundũ
152 Bal. ibi in l. fi. C. eo. tit. licèt enim, quem † de euictione etiam iure hæreditario tenet actio, eundem agentem repellat exceptio, per iura hic alleg. & per l. ſine poſſeſſ. C. de euict. hoc verum eſt nomine hæreditario principali, ſecùs acceſſorio, per d. l. fi. & Bal. ibi. Item fauore libertatis, quem euictione tenet actio eundẽ agentem non repellit exceptio. l. ſi tibi. C. eo. tit.

Et ne-

Et nedum competit emptori exceptio, verùm etiam de euictione actio. l. venditrici. hic alleg. & ibi gloſſ. & ſcriben. & in d. l. vendicantem. & nedum venditore hæredibus vel fideiuſſore euincentibus, ſed etiam quocunque euincente in totum vel in parte, l. ſuper empti. & per totum. C. de euict. Etiamſi non fuiſſet promiſſa per venditorem †euictio: quia 155 venit ex natura contractus, text. eſt in l. non dubitatur. vbi Bartol. dicit eſſe multum bonum caſum. C. eo. Niſi ſcienter emerit rem alienam. text. eſt nota. ſecundum Bald. ibi in l. ſi fundum. C. eo. vel niſi fuerit actum in contrarium, quòd vẽditor non teneatur de euictione: quo caſu adhuc tenetur ad pretium, text. eſt ſingularis, in l. emptorem. §. qui autem. ff. de action. empt. quem bis dicit ſingularem Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta habere lice. in prin. col. 5. ff. de verb. oblig. quod reſtringe niſi expreſſè eſſet actum in contrarium, videlicèt quòd etiam ad pretium non teneretur, gl. eſt ſingul. ſecundũ Fulg. ibi in d. §. qui autem. in verſ. ſi quis. quam etiã dicit no. & menti tenendã, Bal. in l. 1. col. fi. C. de peri. & com rei ven. ſubdens, & erit ſecunda reſtrictio, niſi venditor dixiſſet ſe nolle teneri de euictione, niſi ex certa cauſa expreſſa: quia eo caſu non peteret pretium, per tex. & gloſſ. in l. qui libertatis. in prin. ff. de euict. quod dicit tenendum menti. Et ad hoc illum tex. not. Barto. ibi. & ſimpliciter ſequitur Iaſ. vbi ſup. Tu verò adde, quòd illum textum dicit ſingularem Ludo. Roma. in ſingula. 384. incip. Si vendo rem ad hoc quòd venditor ſpecificè dicens ſe nolle teneri de euictione, ſi res euincatur à Sempronio, non tenetur ad pretij reſtitutionem, & ſic text. in d. §. qui autem procedit, vbi in genere dicit nolle teneri. Tertiò reſtringe, niſi inter diuidentes conueniret, ꝙ alter alteri de euictione non teneatur: quia etiam tunc non deberetur pretium, gloſſ. eſt ſingularis ſecundum Bart. ibi in l. ſi familiæ. C. famil. hercif. & Alexand. in d. §. qui autem. in addit. ad Bartol. vt idem dicit eadem ratione, de qua per d. gl. in duobus mutuo ſiue ad inuicẽ aliquas res ſibi vendentibus, & ſe non teneri de euictione paciſcentibus: & illã gloſſ. dicit etiam ſingularem Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta. Iſta tamen actio non competit emptori, niſi re euicta per ſententiam, l. vtiq;. ff. de rei ven. de quo dices inf. eo. tit. ver. eodem modo. Ant. de Tre.

v *Contra proprium factum*. De iſto brocardo habes plenam

diſtinctionem per Bar. & Bal. in l. poſt mortem. hic alleg. & per Ioan. Cal. hic in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccl. non alie. & pleniorem per Pa. in c. noſti. ſuper gl. fi. de elect. dicēs iſtam materiam diſcurrere per multos & infinitos caſus, & ob id non poſſe diſtingui ſub certa regula, ſed ſecundum varietatem factorum aliquando licet venire contra factū proprium, aliquādo non. Vnde attingendo vtiliora, dic primò,
154 quòd vbicunq; † actus geſtus pendet à mera vnius volūtate, quis poteſt venire contra factum proprium, Bar. in l. cū precario. ff. de preca. etiamſi factum eſſet iuratum, licèt deieret, vt patet in eo, qui fecit teſtamentum, & iurauit non reuocare: quia non obſtante iuramento licebit reuocare. gl. in c. vltima voluntas. 13. quæſt. 2. quam ſequitur Bart. in l. ſi quis. iñ prin, teſtamenti. col. fin. verſ. quod ſi teſtari. de lega. 3. & illā ſequitur & dicit ordi. Bal. in rep. l. 1. colum. fi. C. de ſacroſan. eccleſi. & Panorm. dicens eam notabilem in conſi. 41. incip. & Oldra conſil. 227. incip. in conſil. 140. ĩncip. Et idem quod illā gloſſ. tenent Ioan. And. in addi. ad Specul. in titul. de inſti. edi. §. compendioſe. verſi. quid ſi quis ignorauit. & Bald. ibi colum. 6. verſi. an teſtamentum poſſit fieri reuocabile: licèt Specul. in d. verſ. quid ſi quis. tenuerit contrarium. & idē quod illa gloſſ. concluſit Io. And in diſputatione quam ponit in c. quod ſemel. de regul. iur. lib. 6. in Mercu. Et idem tenet Bald. in Authen. ſacramenta puberum. colum. final. C. ſi aduer. vend. & in Authen. Hoc inter liberos. C. de teſtam. & Bartol. in l. cum duobus. §. idem reſpondit ſocietatem. ff. pro ſoc. & in c. vno. §. Sacramenta. colum penultim. in prin. verſicul. quæritur quid ſi faciens. de pa. iura. fir. in vſi. feud. quia nulla cadit obligatio inter teſtatorem & hæredem, quę poſſit iuramento firmari, ſecundum eum tenent Imo. & Cano. in c. cùm contingat. de iureiu. Plus voluit Bart. in d. §. idē reſpondit. & in d. l. ſi quis. in prin. quod talis nō eſt periurus: quia iuramentum non tenuit tanquā contra bonos mores. Sed contrarium communiter tenetur per prædictos. & tenet Imo. in d. c. cùm contingat. col.

Secundò, hoc patet in conſtituente procuratorem, quem iurauit non reuocare: quia non obſtante iuramento poteſt, licèt ſit periurus, glo. eſt ſingul. cum qua tenent ibi Domini. & Philip. Fran. in c. fi. de procu. in 6.

155 Tertiò patet, quia Abbas † poteſt contrauenire ſtatuta, & illud

illud reuocare, licèt illud fecerit cum conuentu, nec poterũt monachi reſiſtere: quia voluntas eorum pendet à voluntate Abbatis, c. ſi religioſus. de elect. libr. 6. Ita Panorm. in c. cùm ad monaſterium. columm. 2. de ſtatu monach. ſubdens poſt Ioan. Andr. in regu. non eſt obligatorium. in 6. Idem eſſet ſi iuraſſet illud ſtatutum ſeruare: quia tenebit reuocatio. Et ex eo infert, quòd poterit Abbas quandocunque reuocare prioratum, vel adminiſtrationem conceſſam monacho ad vitam ſuam, non obſtante iuramento: quia non potuit indicere ſibi legem, &c.

Quartò patet ex eo quod voluit Archid. in §. ſed illud. ſub c. placuit. 13. q. 2. poſt Specula. in titul. de ſepult. verſicul. & nota, quòd ille, qui elegit ſepulturam, & iurauit aliam non eligere, fortè de iuris rigore poteſt aliam non obſtante iuramento eligere: intellige, niſi interueniſſet pactio vel promiſſio in prima electione, per nota. in cap. 1. de ſepulturis. in 6. & de hoc ibi vide per Ioannem Andr. & Domin.

Quintò patet ex eo, quod voluit Ant. de Butr. in c. tua nobis. de off. vic. quod non obſtante iuramento per epiſcopum præſtito de non reuocando vicarium, epiſcopus illum reuocare poterit, & ſimilia multa allegari poſſent, quæ eſſent magis laboris quàm ſubtilitatis.

Secundò dic, quòd in actibus † non dependentibus à mera vnius voluntate, putà in contractibus initis. l. ſicut. C. de acti. & obl. cum ſimilibus, licitum eſt venire contra factum propriũ. Primò, quãdò ſunt initi contra legis prohibitionẽ, & ſic mero iure nulli, l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. lib. 11. l. 1. & ibi Bal. & Saly. C. de lib. cau. & c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alien. & ibi gloſſ. in ver. alienator: quòd non obſtante iuramento, poterit ipſam alienationem reuocare. & eſt gloſſ. not. in c. 1. in verſicul. contractum. de in integr. reſtitu. libr. 6. volens iuramentum prælati adiectum in venditione rei eccleſiaſticæ, in qua eccleſia eſt læſa, non impedire, quo minus ipſe prælatus contraueniat, & petat in integrum reſtitutionem. quam gloſſ. notab. dicit Panorm. in c. cùm veniſſent. col. 3. de iuſti. & illam ſequitur ibi Domin. aſſignans differentiã inter minorem & eccleſiam, vt per eum. 156

Aduerte tamen, quòd ille, qui contraxit cum eccleſia contra

tra iuris prohibitionem, putà ſede vacante, ſi contractus tendat in fauorem eccleſiæ, non poterit allegare nullitatem ad retractationem contractus: immò ipſa eccleſia, de cuius fauore agitur, poterit approbare vel improbare ipſum contractum. Ita voluit ſingulariter gloſſ. in c. in verſicul. ſede vacante. extra. ne ſede vacan. & ibi Panorm. mandat illam gloſſ. ad hoc notari. & idem Panorm. in c. diuerſis fallacijs. de cleri. coniu. dicens illam gloſſ. ſingulariter hoc velle. & illam gloſſ. dicit ſingularem Alexand. in addi. ad Bart. in d. l. poſt mortem. Et pro ea eſt tex. in c. ſi qua de rebus. 12. quæſtione 2. Secundò, licitum eſt venire contra factum proprium in contractibus innominatis etiam ex parte illius, qui impleuit vbi ex parte illius tantũ interuenit implementum, in l. 1. ff. de re permu. in l. ſi pecuniam. in prin. ff. de condi. cauſa da. cau. non ſeq.

Hoc tamen reſtringe, primò, niſi actum, eſſet in contrari-
157 um, quòd non liceret pœnitere: quia † contra naturalia contractuum poſſunt partes paciſci per doctri. gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. emp. & vend. tenent Alex. & Iaſ. in d. l. ſi pecuniam. poſt Rap. Cum. in l. ſi alienam. §. 1. de don. cauſ. mor. ff.

Secundò reſtringe de iure Canonico, ſecundum quod non admittitur pœnitentia in contractibus innominatis: quia eo iure ita naſcitur actio ex nudo & ſimplici pacto, ſicut ex ſtipulatione, c. 1. de pac. ita Bald. in rubr. C. de re. permut. & Alexand. de Imol. in d. l. ſi pecuniam, licèt Ludouicus Roman. & Iaſ. ibi teneant contrarium ex eo, quia non habemus de iure Canonico expreſſam deciſionem contra ius ciuile, c. 1. & 2. de no. op. nunci. & contrarium tenuit idẽ Bald.
158 in l. ſiue apud acta. col. 1. C. de tranſac. allegans glo. in c. cùm inter. R. ſeniorem. de renun. Tertiò reſtringe † in contractib. innominatis reſpectiuis quatuor, de quib⁹ in l. naturalis. de præſcrip. ver. ff. Secùs in non reſpectiuis, puta in ſimplici pacto nudo, quod eſt contractus innominatus, vt voluit gloſſ. ſing. in l. 1. in prin. gl. 1. in fi. ff. de act. oblig. quam dicit ſingularem Bal. in c. quintauallis. de iureiur. & eam ſequitur in l. lecta. col. 5. verſ. quæro an pactum. ff. ſi cer. pet. In his enim non habebit locum pœnitentia, per gloſſ. ſingularem, in l. ſi cùm fundum. in prin. ff. de pact. quam ad hoc dicit ſingulalarem in d. l. ſi pecuniam. column. 2. vide ibi per eum.

Quartò reſtringe, niſi contractus innominatus redigeretur in publicum inſtrumentum, tunc ex vi ſtipulationis, quam apponunt notarij de conſuetudine, præcluderetur via pœnitentiæ, ſecundum Pau. & Iaſ. in d. l. ſi pecuniam. Paul. Alex. & Iaſ. in rub. ff. de verb. obligat.

Quintò non procedit in contractu innominato facto ad litem finiendam, putà renuncio liti ſi pro me vadas Romã: quia non erit locus pœnitentiæ, etiam re integra ab altera parte. ita Pau. de Caſtro in l. poſtquàm lit. paulò poſt princ. C. de pact. per l. fratris. C. de tranſact. quem ſequitur Iaſ. in d. l. ſi pecuniam. colum. 3. Sextò non procedit † in contractu 159 permutationis inito ſuper re venali: quia non eſt locus pœnitentiæ, etiam re integra ex altera parte, per text. ſingularẽ, & non alibi ſecundum Bar. & alios ibi in l. 1. C. de re. permu.

Septimò non procedit, vbi contractus innominatus eſſet celebratus ex interuallo poſt tempus dationis, putà dedi decem ſimpliciter: poſteà conuenit inter nos, quòd pro illis ires pro me Romam: quia tunc non licebit penitere. quia propriè non eſt contractus innominatus, gloſſ. in d. l. ſi cùm fundum. & ibi Bar. Ange. & Paul. & illam ad hoc dixit ſingularem Paul. in d. l. ſi pecuniam. & ibi ſimpliciter tranſit Iaſ. Sed idem Iaſ. in d. l. ſi cùm fundum. dicit illam gloſ. hoc non dicere. Tu dic, quòd hoc vult glo. in l. rogaſti. §. 1. in ver. placuerit. de præſcrip. ver. Octauò reſtringe, vbi in contractu innominato eſſet interpoſitum iuramentum, gloſſ. ſingularis in d. l. ſi pecuniam. in princ. in ver. neceſſe habeas. quam dixerunt ad hoc ſingularem Bald. in c. quę in eccleſiarum. colum. 10. de conſti. Imol. in l. 2. §. ſed & ſi quis. col. fin. de dona. ff. intellige quando ab vtraque parte eſſet iuratum, vel ex parte dantis, quia etiam nullo iuramento præſtito per recipientem ex parte eius non eſſet licita pœnitentia, vt not. in d. l. ſi pecuniam. in gloſſ. mag. vt per Iaſ. ibi.

Nonò non habet locum pœnitentia in cõtractibus innominatis fauore dotis tex. eſt ſingularis in l. ſi ego. c. 1. ff. de iure dot. quem dixit ſingularem. Bald. in c. vno ad fi. in tit. qui ſucceſ. te. feu. confir. in vſi. feu. & Ludo. Rom. in Auth. ſimiliter in 11. ſpeciali piæ cauſæ. C. ad l. Falc. & per illum text. tenet & ſimpliciter ſequitur Iaſ. in d. l. ſi cùm fundũ. ſed de intellectu. d. tex. & vtrùm habeat locum pœnitentia in contractibus innominatis fauore piæ cauſæ vide Iaſ. in l. 3. §. 1. ff. de

condi. cau. da. cauſa non ſequ. Tertiò principaliter dic, quòd † in contractibus nominatis licet venire cõtra factum
160 proprium, quando quis habet cauſam contraueniendi ab aduerſario, l. qui fidem. ff. de tranſact. Bald. in d. l. poſt mortem. Et idem in contractibus mandati, depoſiti, precarij, & ſocietatis: in quibus licitum eſt venire contra factum proprium, reuocando mandatum re integra, repetendo depoſitum, & precarium quandocunque, & recedendo à ſocietate, ſecundum Pa. in d. c. noſti. col. final. per iura per eum alleg. de quibus tamen dic vt per Barto. in d. l. ſicut. & in hac materia, quando liceat venire contra factum proprium, habes etiam vnam gloſſ. magiſtram in d. c. diuerſis fallacijs. quã ita appellat Alex. in addi. ad Bar. in d. l. ſicut. Ant. de Tre.

x *Turpitudinem.* Adde text. in c. inter dilectos. de dona. & in c. cùm ſuper quæſtione. de conceſſ. præbend. & vtrobique glo. & ſcriben. ſignanter Pa. in d. c. cùm ſuper. vbi ponit diſtinctionem Barto. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fina. ff. de iureiur. & ibi per Bald. & alios & per Salice. in l. tranſactione. hic alleg. & traditur per gloſ. & ſcribentes, maximè Felin. in c. lator. de re iudi. & per gloſſ. & Felin. ponentem 6. fallen. in c. tertio loco. in 4. colum. de præſumpt. & per Dd. in locis hic allegatis. per Do. Huber. & in l. ſi ſeruus plurium. §. 1. & ibi aliquid per Iaſ. licèt corruptè. de leg. 1.

Vnde pro quadam leui doctrina poſita regula, quòd quis
161 non audiatur allegans turpitudinem ſuam limita † primò, niſi allegaret contra ſe ad ſui præiudicium, putà delictum confitendo, l. inde Neratius. §. fin. & l. ſequen. ff. ad l. Aquil. l. is cum quo. ff. de confeſſ. & l. ſi confeſſus. ff. de cuſt. & exhi. re. & in l. qui ſeruum. ff. de inter. act. Et per d. l. inde Neratius. §. fin. dicebat Bartol. in l. vna. col. 2. C. de confeſſ. quòd ſi ego confeſſus fui me occidiſſe Titium, quem tamẽ Seius occidit, quòd ego teneor ex cõfeſſione, dato, quòd conſtet Seiũ eum occidiſſe. & benè probatur. d. ll.

Intelligebat tamen Iac. de Are. in d. l. ſi is cum quo. quem refert & ſequitur Io. And. in addi. ad Spec. tit. de confeſ. §. poſtremo ver. porrò. quòd pręiudicat mihi, vt poſſim puniri ciuiliter, prout iura ſuperius allegata loquuntur, non autem corporaliter, per l. 1. §. fi. ff. de queſt. & ita etiam volunt Ang. in d. l. ſi is cum quo. & Imol. in l. is qui reus. in 34. col. ff. de priua. delic. & Iaſ. in d. l. iuſiurandum. §. fi. col. 7. Sed ſi anteq̃

conſta-

conſtaret Titiũ occiſum à Seio, ego ex confeſſione mea fuiſſem decapitatus, & poſtmodum conſtet Seium occidiſſe, debebit etiã Seius decapitari, per tex. no. in d. l. q ſeruum. ꝑ quẽ tex. ita decidit Bal. in fi. verſ. 3. l. 2. C. qui res iud. non no. dicẽs eſſe caſum formalẽ in d. l. qui ſeruum. & tenẽt. Imo. & Iaſ. in locis præal. Intellige etiam, ꝙ cõfeſſio, quòd occidi hominẽ, mihi pręiudicat, dũmodò conſtet de homine occiſo, ita ꝙ reperiatur occiſus, aliàs non pręiudicaret, Ang. Peru. in l. 1. & l. certũ. in prin. ff. de confeſſ. cũ limitatione tamẽ, de qua ibi ꝑ eum, & ꝑ Iaſ. vbi ſuprà. et idem tenet Bal. in l. quoties. §. ſi qs nomen. ff. de hære. inſt. & in c. at ſi clerici. in col. de iud. & in addi. ad Spe. præal. ti. de cõfeſ. col. fi. ver. ſed nunqd procedit. & vbique declarat, ꝙ ſufficit cõſtare de corpore occiſo, licèt de nomine nõ conſtet, allegat gl. in c. libellorũ qui eſt. §. ſub. c. ꝑ ſcripta. in verbo, Caio Seio. 2. q. 8. quã dicit ordina. in d. §. ſi quis nomẽ. & ſingularem in d. c. at ſi cleri. in prin. in 7. col. Intellige tamen, ꝙ auditur allegans turpitudinem ſuam ad ſuũ ꝑiudicium tantũ, non autem in pręiudiciũ tertij, per tex. in l. ſi quis in graui. §. ſi qs moriens. ff. ad Silan. per quẽ text. dicit ibi Bar. in ſpecie, ꝙ confeſſio † aſſeſſoris in vltimo mortis articulo, ꝙ tulit ſententiam iniquã pecunia corruptus, nõ nocet ei pro quo eſt lata ſententia: Nec cõfeſſio teſtis dicentis ſe falſum depoſuiſſe. Et idem ꝑ illum tex. & per l. Seia mancipia. in prin. ff. ad Velle. voluit Bal. in l. generaliter. vlt. no. C. de nõ nu. nu. pę. & ſequitur Alex. in addi. ad Barto. in d. §. ſi quis moriens. & Iaſ. vbi ſup. & Pa. in c. ſicut. in 3. no. per illum tex. de teſti. & Bal. in Auth. ſi dicatur. col. 2. ver. ſed quòd ſi teſtis. C. de teſti. & Salic. in l. qui falſa. ff. eod. titu. 162

Benè facit, quod egregiè ait Bal. in tit. de pace Conſt. in ver. vaſalli. quod non omnis moriens eſt Ioannes Euangeliſta, cuius verba dicit aurea Fran. de Cur. conſ. 69. incipien. Chriſti nomine &c. circa primum. poſt princ. addens idem eſſe ſi recepiſſet ſacroſanctiſſimum corpus Chriſti. & iſta ſit prima limitatio. Limita ſecundò principaliter, niſi fauore animæ cuius fauore poſſum allegare turpitudinem meam, vt me à peccato exonerem, c. lator. de re iudic. & ibi gloſſ. & Pa. dicens iſtum caſum multos ſub ſe complecti. & gloſſ. Pa. in 3. not. & Felin. in 4. col. in d. c. tertio loco. vbi Felin. allegat multas concordantes gloſſ.

Tertiò, niſi fauore eccleſiæ: & quartò, fauore libertatis, vt

vt per gloſſ. in d. c, tertio loco. & per gloſſ. & Panorm. in d. c. inter dilectos. cum ſimilibus. Quintò in caſu l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. Sextò, in caſu Auth. nouo iure. C. de pe. iud. qui ma. iud. ſecũdum Bart. in d. §. fi dicens in vtroque apparere rationem ſpecialitatis. & idem reaſſumpſit Felin. in d. c. tertio loco. col. fin, vbi addit alium caſum in c. ſi quis Papa. iuncta gloſſa magna ante medium, 79. diſtinct. qui erit ſeptus. Octauò limita, niſi actus turpis, quem quis vult allegare, eſſet nullus, quia geſtus contra legem: quia poterit dicere actum geſtum lege reſiſtente, non obſtante ſua turpitudine, per gloſſ. ſingularem. in l. à diuo Pio. in verſ. actionem. ff. de ritu nuptiar. quam dicit ſingularem Bald. in l. 1. poſt medium in ver. ſed hic quæro. C. plus val. quod agi. & eam ſequitur, & dicit benè & ſignanter notandam in l. non dubium. col. 7. verſ. nono oppo. C. de legi. & ſequitur Iaſ. in d. §. fin. col. penult. & in d. l. tranſactione. Nonò fallit, quando turpitudo eſſet ab alio detecta: quia tunc poterit eam allegare, per tex. & ibi Petrus de Bel. perti. Bar. & omnes in d. l. iuſiurandum. §. fin. Pa. in d. c. cùm ſuper. Ludo. Roma. in l. ſi Stichus. col. 3. de verb. oblig. Felin. in d. c. tertio loco.

Decimò fallit, vbi allegaret turpitudinem ſuam, nõ principaliter fundando intentionem ſuam ex illa, ſed excipiendo vel replicando, & ſuam intentionem coadiuuando, contra participem fraudis, certantem de lucro, vbi allegans certaret de damno, ſecundum Bar. in d. §. fi. colum. penul. quem ſequitur Felin. latè in d. c. 3. loco. per iura per Bart. alleg. licèt Bartol. aliter loquatur in l. de tutela. C. de in integr. reſtit. mino. quem ibi melius locutum fuiſſe teſtatur Iaſ. in d. §. fina. col. penul. Vndecimò fallit in caſu, de quo per gloſſ. ſingularem in l. 1. in princ. glo. 1. ff. de excep. rei vendi. qui vult iudicem

163 † ſuccedẽtem ei, cõtra quem tulit ſententiam iniquam, poſſe appellare ab ea, & appellationem proſequi, licèt videatur turpitudinem ſuam allegare, quam glo. ſequitur Bald. in l. eos. in princip. col. 1. verſi. extra quæro. C. de appell. & Bald. in l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig. da. manu. licèt vtrobique eã corruptè alleget, & eam dixit ſingularem Iaſ. in d. §. fin. col. pe. & idem Iaſ. dicit eam reputari ſingularem in d. l. tranſactione. ſed habes aliam in §. item ſi contra patrem. 3. q. 7. Sed hoc ideo, quia non neceſſariò, nec directè allegat ſuam turpitudinem, cùm non deductum deducam &c. Et ideo Bald.

in d.

in d.l.eos. putat ſecùs eſſe in interlocutoria, in qua ex eiſdem actis, Cle. appellanti. de appellatio. adde prędictis aliam glo. ſingularem ſecundum Rap. Cuma. ibi in l. Modeſtinus. ff. de except. vbi agenti ex nouo dominio non obſtat excepti. rei iudicatæ, licèt ſuccubuerit primò ex eo, quia non erat dominus. Vltimò limitabat Ioannes Andr. & Car. Flo. in d.c. inter dilectos. prout per Alexandrum latè in d.l. iuſiurandum. §. fin. col. 4. ſed quia illa limitatio reprehenditur per Petrum de Anch. Imol. & Pa. in d.c. inter dilectos. & per Alexand. vbi ſupra, ideo non refero. Anto. de Tremo.

y *Innodatæ.* Id eſt de proximo liquidatæ, quod proximũ relinquitur arbitrio iudicis inſpecta negotij qualitatè, ita gl. in ver. indaginem. in d.l. fina. C. de compen. & ibi ſequuntur Iac. de Arę. Pet. de Bel. per Cyn. in 10. quæſt. & Io. Fa. & Bald. in 2. oppo. & Salic. in 7. Et idem Bald. in l. ea quæ. eod. titul. & in Authen. & conſequenter. col: 2. C. de ſent. & inter. omn. iudi. & in l. ſi ex falſis. col. 2. ver. 3. quæritur. C. de tranſ. Pet. de Bel. Ioan. Fa. & Ang. in §. in bonæ fidei. Inſtit. de actio. & ibi Io. Fa. dicit in 4. col. verſ. ſed quid vocas tũ citò, quod ita tenent Citramontani. in d.l. fina. & Ange. ibi in 3. colum. dicit iſtud verius & tenendum. & ibi etiam Iaſ. in 18. col. & ſeq. fatetur iſtam eſſe communem. licèt contrariam teneat. Et dices ſpeciale in fiſco, in quo eſt tempus duorum menſium limitatum, per tex. in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iur. fiſ. quem tex. & Iaſ. vbi ſuprà. reputat vnicum & ſingularem in iure. Antò. de Tremo.

z *Pecuniarijs quæſtionibus.* Circa cauſas ciuiles primò aduerte, quòd tunc admittitur † compenſatio, quando fit de quantitate ad quantitatem, etiam ſi quantitas deberetur vt ſpecies, putà centum, quæ ſunt in tali archa: adhuc enim habebit locum compenſatio, ſecũdum opinionem noſtrorum Citramontanorum, in l. cùm fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi certum peta. quam ibi dicunt veram & ſequuntur Bar. Paul. Salic. Alex. & Iaſ. dicens. in 6. colum. quòd iſta eſt communis: licèt contrarium tenuerint gloſſ. & Bald. ibidem & gloſſ. in d. § in bonæfidei. & gloſſ. in d.l. fin. & in l. ſi creditor. §. primò. ff. de pecu. 164

Sed intellige primò, quandò hincinde debetur quantitas purè, ſecùs ſi ille, contra † quem opponitur, eſſet debitor alternatiuus quantitatis, vel ſpeciei, & haberet electionem, per 165

text.not.in l.ſi debeas.ff.de cōpen. vel niſi eſſet debitor quantitatis, haberet tamen facultatem ſe liberandi ſoluendo ſpeciem, vt in condemnato pro noxa ſerui his enim caſibus non haberet locum compenſatio. ita Bart. in l. ſi ſeruus communis.§. idem dicendum.in fin.ff.de fur. Bartol. Bald. Ioan.de Pla. & Moder.in d.§.in bonæ fidei.

Secundò intellige, quando quantitates reciperent functionem in genere ſuo, id eſt, quādo eſſet inter eas omnimoda ſimilitudo: ſecùs ſi non eſſent eiuſdem bonitatis, putà diuerſitas in moneta ex contaminatione æris: quia non ſunt eiuſdem ligæ, iuxta not.in c.quanto. de iureiur. & per Barto. nota.in l.Paulus.ff.de ſolut. vel quia debet mihi decem ceſtis tritici de tali territorio, & vis compenſare cum decem, quæ tibi debeo de alio non æquè bono: vel decem dolia vini de tali loco &c. tunc enim non erit locus compenſationi: quia

166 † compenſatio non poteſt habere locum, niſi vbi vera ſolutio. vt dicit Bald. in dicta l.fina.colum.fin. ſed his caſibus aliud pro alio ſolui non poſſet.l.2.§.1.ff. ſi cert.peta.ergo nec compenſari.ita Ioan.Fa.Angel.Aret. & Iaſ.in d.§.in bonæ fidei. Secundò principaliter admittitur compenſatio de ſpecie ad ſpeciem, quando hinc inde debetur ſpecies in genere eodem, putà debes mihi bouem in genere, & ego tibi pariter bouem: quia cùm hinc inde debeatur mediocris, l.legato generaliter.de leg.1.recipiēt functionem in genere ſuo, id eſt, erunt paris æſtimationis, & habebit locum compenſatio. iſta fuit ſententia gloſſ.Dyn.Bald.Ray.de For.Ioan.de Plat. Ange.Aret.& Iaſ.in d.§.in bonæ fidei.gloſſ.in d.l.fina.gloſ. 1.ad fi.& gloſſ.in ver.compenſentur. in l.qui non militabat. in princ.& ibi Bald.ff.de hæred.inſtit.aliàs non: quia in ſpeciebus cadit affectio, vt dictis iuribus notatur. Tertiò admittitur compenſatio de ſpecie ad quātitatem, quando ſpecies eſt deducta ad quantitatem, & ſic quātitas ſucceſſit in locum ſpeciei, putà à te erat mihi legata res aliena, dominus non vult illam vēdere, vel cariori pretio, debes mihi æſtimationem, per l.ſi domus §.qui confitetur.ff.de leg.1. & §. non ſolum.Inſtit.de leg.ſi enim ipſi in æſtimationem petam, poteris opponere compenſationem de alia quantitate, argum. l.ſi conuenerit.in 2.in princi.ff.de pign.acti.tenet Ioan.Fab. Angel.Areti.& Iaſ.habens pro indubitato, in d.§.in bonæ fidei. aliàs de quantitate ad ſpeciem vel econtrà non fit compenſa-

penſatio, vt præallega. iuribus notatur. Item multos caſus in quibus non habet locum compenſatio, ponit gloſſ. in l. ob negotium. quam Bart. & Bald. ibi dicunt not. ff. de compen. Et caſus, in quibus quis compenſat quod alteri debetur vide. per gloſſ. magiſtram. in l. ſi quid. & ibi eam not. Bald. ff. de de compen. & aliam in l. eius. C. eodem. Et adde, quòd in caſibus, quibus permiſſa eſt compenſatio, † iuramentum de 167
ſoluendo tollit facultatem opponendi compenſationem: quia in forma ſpecifica & non per æquipollens eſt ſeruandum iuramentum, per text. not. & ſingularem ſecundũ Imo. & Felin. ibi in c. ad noſtram. in primo. de iureiur. facit etiam text. in c. debitores. eod. titu. & alij multi text. ibi adducti per Felin. in col. fi. Facit etiam gl. ſingularis reputata in l. ſi pecuniam. in prin. in ver. neceſſe habeas. ff. de condi. cauſa dat. cau. non ſequ. volens iuramentum præcisè compellere ad factum. cui eſt ſimilis in l. in eadem cauſa. ff. ex quibus cau. ma. in integ. reſti. & quod iuramentum impediat compenſationem tenet Cano. in d. c. ad noſtram. & ibi Feli. dicit iſtam ſuſtentabiliorem & magis communem: licèt contrarium tenuerit per multa Bart. in l. amplius hoc petitum. col. fin. verſicu. iuxta primum. ff. rem ra. ha. quem ibi ſequuntur Angel. Raph. Cuma. & Paul. & Ioan. Fab. in d. §. in bonæ fidei. pro quibus faceret text. ille vnicus in l. Iulianus ait. ff. de condit. & demonſtra. ſecundum Bald. in d. c. ad noſtram. cui eſt ſimilis in l. 3. ff. de ſta. libe. Sed contra Bart. tenet etiam bono fundamento Matth. Matt. not. 54. incip. not. quod iuramentum. licèt in contrarium eum alleget Iaſ. in d. §. in bonæ fidei. col. fin. & male. Contra Bar. etiam tenet Fran. Are. conſil. 99. incip. longitudo & verborum prolixitas. colum. 2. ver. tertio etiam dici poteſt. vbi teſtatur communiorem opi. eſſe contra Bart. & Iaſ. in d. §. in bonæ fidei. colum fi. & in l. eum qui. §. ſi iurauero. in 1. colum. 2. ff. de iureiu. vbi dicit Bar. opi. communiter reprobari per d. c. ad noſtram.

Vnum non omitto, quòd † in ciuilibus non fit compen- 168
ſatio ipſo iure, niſi à parte opponatur, text. glo. Bar. & Bald. in d. l. ſi quid. gloſſ. Bart. Bald. & Salice. in l. ſi conſtat. C. eod. & gloſſ. Dyn. Ioan. Fa. Nic. de Nea. & Moder. in d. §. in bonæ fidei. ad quod text. in l. 2. in ver. ſi paratus eſt compenſare. ff. de compen. & in l. ſiue autem. §. fi. ff. de neg. geſt. Oppoſita tamen ab homine compenſatione ipſo iure ſine miniſterio

niſterio iudicis tollitur actio: vnde etiam extra iudicium fieri poterit, ſecundum Bartol. ita magiſtraliter loquentem. in d. l. ſi quid. quam legit cum l. verum. & ibi ſequitur Baldus. In multis tamen caſibus fit ipſo iure compenſatio etiā parte non opponente, qui notantur per gloſſ. magiſtram in d. l. ſi conſtat. & in d. l. ſi quid. & Bald. & Salic. addunt alios in d. l. ſi conſtat. inter quos eſt ille notabilior, quòd ad euitandam moram vel pœnam ex mora fit ipſo iure compenſatio abſq; eo, quod opponatur ab ipſo debitore, per d. l. ſi conſtat.

Vnde per illum textum dicebat Specu. in titu. de loca. &
169 cōduct. §. nunc aliqua. verſ. 79. quod emphyteuta † creditor domini, in tanta ſumma, quanta eſt penſio trium annorum, non cadit à iure ſuo per ceſſationem ſolutionis: quia lex ipſo iure compenſat ad euitandam pœnam caducitatis. & idē vult ipſe Specul. in tit. de ob. & ſolutio. §. nunc aliqua. verſic. quid ſi ſub pœna. Alberic. in l. cùm aliter. ff. de compen. Abbas anti. Imol. Anton. de Butr. & Panor. in col. fina. in c. bona fides. depo. vbi Imol. dicit multum menti tenendum, & Angelus in l. ſimul mora. ff. ſolut matrimo. & Fulgo. in d. l. ſi conſtat. Ioan. Fab. Ioan. de Platea, & Iaſ. in d. §. in bonæ fidei. & idem Iaſ. in l. 2. col. 20. verſ. 19. C. de iure emph. poſt Al-
170 beric. ibi colum. 10. Circa cauſas † verò criminales, quia longior fui, breuiter dic, quòd compenſatio habet locum circa idem, quóad ipſos inuicem delinquentes, id eſt, quóad pœnam eis applicandam, ſed non quóad rem publicam, ſiue fiſci vtilitatem, Barto. in l. viro atque vxore. ff. ſolut. matrimo. per l. 2. §. ſi publico. ff. ad legem Iuliam de adul. Innoc. & Panorm. in c. pen. & fin. eod. tit. Bald. in d. l. fin. in 5. oppo. C. de compen. Panorm. in d. c. bona fides. in fin. benè facit tex. in l. iuriſgētium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. & in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de pub. & vec. Et quod voluit Bald. de duobus producentibus duo falſa inſtrumenta, quòd vterque criminaliter puniatur, in rubrica. C. de fide inſtrumentorum. col. 8. verſ. incidenter etiam quæro. & idem Bal. in l. vt vim. col.
171 fina. verſ. item not. ff. de iuſti. & iur. quod † mutuo ſe inſultantes & inuicem ſe vulnerantes non tenentur quóad ſeipſos ad intereſſe partis, ſed criminaliter vterque punietur: quia reſpectu Reipublicæ dolus cum dolo non compenſatur.

Et adde in criminibus, vbi habet locum compenſationem fieri ipſo iure odio delictorum, l. ſi ambo. in princ. in verſic.

ipſo

ipſo iure. & ibi gloſſ. ff. de compenſatio. & in l. ſi duo. ff. de dolo. hic alleg. per dominum Huber. gloſſ. in d. l. ſi quid. & in d. l. ſi conſtat. & ibi Bald. & Dd. Antho. de Tremolis. I.V. Doctor.

a *Venditor.* Redde ſingula ſingulis, & intellige, quòd impediuntur ab emptore, viro, & creditore, quibus præiudicaret ſententia lata contra venditorem, mulierem, & debitorem, ſi ſcirent, & paterentur eos litigare ſuper re vendita, in dotem data, vel pignorata, vt d. l. ſæpè. & ſic ſentit hic Dom. Huber. quòd ſententia lata contra venditorem, vxorẽ, & debitorem nedum præiudicat emptori, marito, & creditori, quando venditor, mulier, & debitor conueniuntur, ſed etiã quãdo agunt quod etiam voluit gloſ. vnic. in fin. in c. quamuis. & ibi etiam Innoc. extr. de re iudic. & Petr. de Bel. Per. & Cyn. in d. l. doce. pro quibus text. in d. l. ſæpè. in verſic. actio vel defenſio. & in ver. agere vel conueniri. & in verſic. propria actione vel defenſione. & ibi idem tenet Imol. ſub dubio forte. vt etiam refert ibidem Alexand. in 28. col. licèt contrarium voluerit ibi gloſſ. in ver. de proprietate. & Guil. de Cug. in l. de die-§. quidam. ff. qui ſatiſda. cogan. in quo articulo Bartol. in d. l. ſæpè. in 2. quæſtio. pro concordia diſtinguebat de cuius diſtinctionis veritate, & econuerſo, an ſententia lata contra emptorem, maritum, & creditorem noceat venditori, vxori, vel debitori: quia articulus perquàm latè patet, vide ibidem aureum Docto. Alexan. de Imol. per multas colum. examinantem. Antho. de Tremo.

b. *Procuratore conſtituto.* Licèt ergo procuratoris conſtitutio ſit regulariter voluntaria, l. 1. §. vſus. de procur. ff. attamen hic eſt caſus, in quo quis etiam non impeditus habet neceſſe conſtituere procuratorem, de quo latius dices infrà, titul. proximo in rubric. Sed quomodo poteſt ſtare, quod hic dicitur, cùm illuſtres & cæteri magiſtratus non conueniantur, l. 2. ff. de in ius vocan. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. & l. pars literarum. ff. de iudic. Cyn. Raynut. de For. & Fulgo. in d. l. penul. dicebant illam intelligi de illis, qui olim habuerunt magiſtratum. Sed rectius ſentit ibi Alexander, quòd ille text. & quod hic dicitur, procedit in caſibus, in quibus † magiſtratus poſſunt conueniri, putà ſecundum 172
eum, quando actio eſſet tempore peritura, per l. ſenatuſconſulto. ff. de offi. præſid. & not. glo. & Dd. in d. l. nec magiſtra-

tibus. Tu potes in multis alijs caſibus ponere, putà ſi ſit magiſtratus perpetuus: quia talis benè poteſt conueniri, ſecundum Bar. & Moder. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori. colū. 3. verſ. ſecundo quæro. ff. de no. op. nun. & eſt tex. in argu. benè notandus ſecundum Bal. ibi in l. niſi finita. §. fi. ff. de tu. & ra. diſt. per quem text. dicit quod officiales perpetui poſſunt ſindicari per eorum ſuperiorem etiam durante officio. & idem Bald. in d. l. pars literarum. Angel. Alexan. & Iaſ. in d. l. 2. & idem Alexan. in d. l. pars. in addit. ad Bart. Pa. & Felin. poſt alios in c. legebatur. de maio. & obe. & Do. de S. Gemin. in c prohibentur. 2. q. 1. aliàs enim ius aduerſarij periret vt dicit Bart. in d. §. ſi quis ipſi. & ibi ſequitur Iaſ. Sicut in ſimili
173 licet officialis † regulariter non poſſit contrahere cum ſubditis, l. non licet. ff. de contrahen. empt. & vendi. & in l. principalibus. ff. ſi cert. petā. attamen perpetuus poteſt, l. præſidis. eo. tit. ſecundum Bart. & omnes ibi.

Secundò poteſt exemplificare in officiali ad beneplacitum Principis, qui æquiparatur perpetuò propter incertitudinem, quando reuocabitur, vt voluerunt Pet. de Bel. Petri. Cyn. Bald. & Salic. in l. eos. C. ſi certum petatur & Bartol. & omnes in d. §. ſi quis ipſi. in 3. q. argum. text. in l. iuriſperitos. in princip. ff. de excu. tu. & in l. ſufficit. ff. de condi. indeb. & benè facit gloſſ. quam ibi Barto. & Bald. notant in d. l. niſi finita. §. fin. Et quod idem ſit in officiali ad beneplacitum, quod in perpetuo tenent etiam Bald. in l. ſolent. §. fin. in 1. col. ver. quartò quæro. ff. de offic. procon. & leg. Bald. Angel. & Iaſ. in 2. colum. in d. l. principalibus. & Felin. in d. c. legebatur. Tertiò potes ponere quando conueniretur alibi, quàm in loco, in quo eſt magiſtratus, ſiue extra territorium, quod fieri poteſt ſecundum gloſſ. in l. ſi præſens. gloſſ. 1. C. de epi. aud. quam dicit valde nota. Alexan. in d. l. 2. col. 1. & Iaſ. eum ſequitur ibi.

Quartò, ſi conueniretur ex contractu per eum celebrato durante ſuo officio in caſibus, quibus poteſt contrahere, qui ponuntur latè per Alexan. & Iaſ. in d. l. principalibus. quibus caſibus poteſt conueniri, per l. interdum. §. 1. ff. de iudi. ſecundum Feli. in d. c. legebatur. his enim caſibus non poterunt illuſtres per ſe comparere, ſed per procuratorē, vt hic. Secùs tamen putarē vbi conueniretur ad cauſam ſui officij putà ſup abuſu vel barratoria, per gl. ſingularē in l. iubemus. gloſ. 3. C.

ad

ad legem Iul. repe. quam dixit ſingularem Lud. Ro. in conſi. 415. inci. omnipotentis. &c. quóad primum. ſed eſt ſimilis in d. l. 2. in ver. imperium. & alia in d. l. nec magiſtratibus. vbi etiam Bar. Vel vbi conueniretur ex delicto per eum perpetrato durante officio etiam extra officium. quod fieri poteſt, etiamſi ſit temporalis, per text. ſingularẽ, in Auth. vt iud. ſine quo. ſuf. §. ſi quis. Auth. col. 2. quę ibi facit ſingularẽ Ang. vt refert Feli. in d. c. legebatur. & Iaſ. in d. l. 2. ſed vterq; fallitur: quia Ang. ſolum dicit eſſe not. & hoc idem voluit gloſſ. in Authen. vt differen. iudi. §. pe. gloſſ. fi. colla. 9. quam dixit not. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. patris. adde quòd voluit de delegato Principis delinquente, quod poſſit per ordinarium puniri, gl. ſingularis in c. fi. gl. fi. de reſcrip. quam Pa. ibi dicit ſingulariter notandam, & eam dicunt ſingularem Salice. & Iaſ. in locis præallega. Iſtò enim caſu reatus omnem honorem excluderet, dicit text. Et ideò tunc non comparerent illuſtres per procuratorem, præterquàm in actione iniuriarũ, etiam criminaliter intentata, in qua ſpeciale, per text. in l. fi. C. de iniur. Anto. de Tremo.

c *Præferuntur* Sed in contrarium facit tex. ſingularis in l. 3. C. de noua. vbi habens † directam præfertur habenti vtilem, niſi habens vtilem litem conteſtatus fuerit, vel partem debiti exegerit, vel debitori nunciauerit. quem text. Bart. ibi dicit ſingularem, & multum nota. & ibidem Bald. dicit non eſſe alibi. Sed reſponde ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l. ſi procurator. quod vbi habens directam eam ſibi acquiſiuit ad vtilitatem ſuam, tũc licèt poſteà cedat vtilem, adhuc præfertur in directa habenti vtilem, niſi interueniat aliquod illorum trium. Sed vbi habens directam quæſiuit eam ad vtilitatem alterius habentis vtilem, & tunc vtilis præfertur directæ, vt hic, quod etiam voluerunt Cyn. Barto. Bald. & Salicet. in d. l. 3. 174

Item intellige, quòd † dominus habens vtilem præfertur procuratori habenti directam in his, quæ concernunt finem litis, & executionem ſententiæ, vt in d. l. ſi procurator. ſecùs quóad ipſam inſtantiam: quia ſi procurator poſt litem conteſtatã velit facere id, quod dominus, præfertur ipſi domino, & eum impedit per l. procuratorib. C. de procur. ſecundũ eundem Pau. in d. l. ſi procurator. & in l. ante litem. ff. eod. titu. 175

Quid autem vbi directa & vtilis tendũt ad diuerſos & con-

trarios effectus, vide Cyn. Bar. & alios in d.l.3.C. de noua. maxie Sal. latè diſtinguentem. & caſus, in quibus alteri per alterum quæritur actio vtilis ſine ceſſione, vide per Bart. & Modern. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſi ſtipuler. ff. de verb. obligat. & per Alexan. in l. poſſeſſio. §.1. ff. de acquir. poſſeſſ. Antho. de Tremo.

d *Non ſit ſoluendo.* Et ille eſt vnus caſus ſingularis ſecun-
176 dum Bald. & Paul. de Caſtr. ibi in quo procurator † actoris agere poteſt iudicati, vel petere executionem ſententiæ latæ pro domino, licèt non habeat nouum mandatum, nec ſit in rem ſuam procurator, contra regulam l. ſi procurator. ff. de procura. ſupra alleg. videlicet quando fecit expenſas in cauſa pro domino, & dominus non eſt ſoluendo, quia poterit exigere condemnatum vſque ad quantitatem expenſarum, vt hìc per Dom. Huber. Et idem putat Pau. de Caſt. vbi eſſet ſoluendo, ſed eſſet abſens, vel ſoluere recuſaret: quia vtrobique eſt eadem æquitas, ſecundum eum Anthon. de Tremolis.

e *Conditionem.* Rectè prima facie ſentire videtur Do. Huber. eum qui eſt creditor ſub conditione agentem ante euentum conditionis puniri pœna duplicationis iudiciorũ, prout voluerunt gl. Bar. & communiter Dd. in l. pecuniam. ff. ſi cert. peta. ſed Guil. de Cug. & Alberi. ibi tenent contrarium,
177 quòd imò † non duplicentur induciæ, vbi ſub conditione eſt debitor. quod etiam ſentit hic in ſequentibus Domi. Huber. dum ſe reſtringit ad agentem ante diem, & Bald. in l. exceptionem. C. de proba. Sed pro prima parte eſt text. in c. vno, in vltimis verbis, iuncto princ. de plus peti. & per illum text. tenent primam partem vltra Dd. in d. l. pecuniam. Angel. Are. in §. ſi quis agens, col.7. Inſti. de act. & Iaſ. in ver. ſed hæc quidem. col.1. eo. tit. & Bart. in l. non ſolum. in 2. §. tale. ff. de libe. leg. vbi dicit idem in die incerta, poſt Dyn. ibi. & ſequitur Angel. Aret. in d. §. ſi quis agens. & ibi per Iaſ. & hanc eſſe communem teſtantur Alex. & Iaſ. in d. l. pecuniam.

178 Et hoc caſu quando ante euentum conditionis fuit † actum, duplicabitur tempus, quod effluxit à die celebrati contractus conditionalis vſq; ad diem petitionis, ſecundum Iac. de Ra. & Nic. de Nea. in verſ. plus autem. & Io. Fa. in ver. tempore. & Iaſ. in d. ver. ſed hæc quidem. Inſtit. de act. licèt aliter voluerit Bar. in d. l. pecuniã. & Ang. Are. in d. §. ſi quis agens.

Vbi

Vbi verò petitur ante diem, duplicatur non ſolùm tempus, quod ſupereſt, imò totum tempus dilationis, per text. in d. §. temporales. verſic. hodie. ibi inducias, quas actor ſponte induſſerit, Inſtitu. de except. & ita tenent Nicol. de Neapo. & Iaſ. dicentes eſſe magis communem in d. verſicu. ſed hæc quidem. & Ange. Aretin. in d. §. ſi quis agens. col. 8. verſic. & aduertas. vbi refert Ioan. Andr. & Anto. de Butr. ita tenere in d. c. vno. & Ioan. Fa. in d. §. temporales. verſicu. item quæritur quod tempus: licèt contrarium tenuerit per illum text. Bartol. in l. aut damnum. §. quiſquis. ff. de pœ. & in l. iuſtas. C. de iur. fiſc. lib. 5. quem ſequitur Ioan. de Plat. in d. verſicu. plus autem. col 1. Bald. Paul. & Ca. Lud. Ro. Alexand. & Iaſ. ſibi contrarius in d. l. pecuniam. Bald. & Pa. in d. c. vno. Sed prima pars eſt verior per d. verſicu. hodie. & hoc in pœnam ante tempus petentis. Ad principale tamen dictum Dom. Huber. quod actore ante tempus petente, reo duplicentur induciæ, reſtringe primò in priuato: fiſcus † enim benè poteſt exigere debitorem ſuum ante tempus, nec duplicabũtur induciæ propter publicam neceſſitatem, quę videtur ſemper fiſcum vrgere. iſte eſt tex. ſingularis ſecundum Bar. ibi. in l. 1. C. de condi. ex lege, quē etiam multũ notat Bal. ibi. inducens contra conductores gabellarũ, vt imminente neceſſitate Reipublicæ poſſint ante diem exigi, & ita etiam tenet Alex. & Iaſ. in d. l. pecuniã. Intellige tamen deducto interuſurio medij temporis, vt vult glo. no. in d. l. 1. glo. fi. quam dicit nota. & ſequitur Bald. ibi & Alexan. in d. l. pecuniam. 178

Secundò reſtringe, quando dies † eſſet adiecta obligationi, ſecùs ſi ſolutioni miſerationis cauſa eſſet à lege inducta, ſecundum Bart. in l. ſtipulatus. in mag. col. 15. circa medium primæ quæſt. ff. de verbor. obligat. quem ſequuti ſunt Paul. Ludo. Alexan. & Iaſ. in d. l. pecuniam. & dicit ibi Alexand. quod opi. Bart. eſt probabilior & ęquior & Iaſ. ponderat tex. in d. §. temporales. verſicu. hodie. ibi, ante tempus pactionis vel obligationis. ſed contrariam ſententiam tenent Innoc. Bald. & communiter Dd. in d. c. vno. & Bald. in l. ab executione. colum. 1. ver. quod ſi iudex excedit modum. C. qui. appel. non reci. poſt Spec. tit. de plus pe. poſt prin. ver. 2. & idem tamen Salic. in d. l. ab executione. & Io. Fa. in d. §. temporales. & puto, quod ita obſeruaret practica maximè propter generalitatem text. in d. c. vno. 179

Tertiò reſtringe quando debitor non eſſet ſuſpectus, quia ſi eſſet ſuſpectus de fuga, tũc poſſet agi ante tẽpus per tex. iuncta gl. 2. in l. quæſitũ. & ibi Bar. Albe. Bal. & Ang. ff. de pig. nõ tamen ante aduentum conditionis, ſecundum Alb. ibi, quem ſequitur Iaſ. in d. l. pecuniam. licèt Bart. & Ang. in d. l. quæſitum. aliter ſentiant, & melius fortè. Et per illum textum Bal.
180 in d. l. 1. C. de cõdi. ex lege in vltimis verbis, vult, quòd † debitor fugitiuus poſſit capi ante diẽ. Sed intellige, quòd agetur, & capietur, vt caueat, non vt ante diẽ ſoluat, vt infrà ſequenti apoſtill. dicetur. & hoc vult expreſsè ibi Bal. dicens quòd ſufficit debitori in diem purgare ſuſpicionem idoneè cauendo. Vltimò intellige, quòd dixi, de agente ante euentum conditionis, quòd debeant duplicari induciæ, niſi pendente lite eueniret, & purificaretur conditio: quia tũc pœnam euitaret, per l. ſi in rem. §. fin. ff. de pigno. act. & l. ſi mandauero. in primo. ff. man. quod eſt benè notandum, ſecundum Alex. in d. l. pecuniam. & eum ſequitur de eo non facta mentione Iaſ. ibi. Habes tamen caſum in quo agens ante tempus adhuc hodie punitur in amiſſione cauſæ. in l. vna. C. de plus pe. quam ibi dicit ſingularem. Barto. Et quia diximus de pœna petentis ante diem vel conditionem, adde de pœna illius, qui ſecundo exigit iam ſolutum, textum ſingularem, & ibi Bartol. in 1. notabili. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. mand. quem reputat ſingularem Iaſ. in d. verſ. ſed hæc quidem. Anto. de Tremo.

f *Ex iuſta tamen cauſa.* Putà, quando debitor vergeret ad inopiam, vel aliàs efficeretur ſuſpectus, vt eſt text. in l. ſi creditores. ff. de priui. cred. Et licèt l. in omnibus. hic alleg. iuuat à contrario ſenſu cautionem nõ habere locũ in contractibus ſtricti iuris, ſiue in debitore ex cõtractu ſtricti iuris, & ita etiã firmat ibi gl. 1. & glo. in l. 2. §. 1. in ver. nõ cogetur. quę eſt. 1. ff. ſolu. matri. Attamen dic idem eſſe in debitore ex contractu ſtricti iuris, per tex. in d. l. ſi creditores. & Io. Bar. Bal. Ang. & Pau. in d. l. in omnibus. reprehendunt glo. ibi. & pariter glo. in d. l. 2. §. 1. damnatur ab Alex. Do. Clau. de Say. & Iac. ibi & à Bart. in l. dedi. in princip. ff. de condi. cau. da. cau. non ſe. Item ſecundò, licet text. in d. l. in omnibus. & Domi. Huber. hic loquantur de cautione, cuius appellatione venit nuda repromiſſio, l. ſancimus. C. de verb. ſign. & in cautione illum text. intelligat gloſ. 1. ibi. Attamen dic debere eſſe fideiuſſoriam,

riam, vel cum pignoribus, per d. l. ſi creditores. ſecũdum Bar. Bald. Ang. Paul. Alex. in addit. ad Bar. & Lance. in d. l. in omnibus. & Bar. in d. l. ſi creditores. & in l. ſi conſtante. in princ. in fi. 1. col. ff. ſolu. mat. & ſi ſatiſdare non poſſit, fiet miſſio in poſſeſſionem bonorum eius, vt d. l. ſi creditores. & ibi ꝑ Bar. Item aduerte, quia ſatiſdatio iſta non habet locũ, vbi poſſet aliàs eſſe conſultum creditori, putà per retentionem, per d. l. dedi. in prin. ſecundum Bar. ibi & Pau. in d. l. in omnibus. Itẽ intellige dummodo cauſa iuſta ſuperueniat de nouo, ſecùs ſi ſuberat tẽpore contractus, & creditor illã ſubeſſe ſcire poterat, l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. & d. l. ſi creditores. et l. ſi is à quo. in fin. vt in gloſſ. lega. ſecundum Barto. in d. l. ſi creditores. & in d. §. de illo. & in l. quæſitum. ff. de pigno. & in l. fin. C. de ſponſa. & in l. fin. vbi etiam Bald. C. de ferijs. & Pau. de Caſt. in d. l. in omnibus. & idem Pau. Alexan. & Iaſ. in d. l. dedi. ſed ſi creditori non poſſet imputari, quia communiter habebatur diues, tunc etiã ex cauſa ſubſiſtente tẽpore contractus poſſet petere ſatiſdationẽ, arg. l. in confirmãdo. ff. de confir. tu. vel quia dolo induxiſſet creditorem ad ſecum contrahendũ, aſſerens ſe diuitẽ, arg. tex. ſingularis. in l. pe. in fin. ff. de iure dot. quẽ reputauit ſingularem Bart. ibi. & Paul. in l. etiam. §. 1. ff. ſol. mat. & Iaſ. dicit non eſſe alibi in l. ſicut. ff. de re iud. & ſequitur Alex. in l. alia. §. eleganter. col. 6. in prin. ff. ſol. matr. Item & vltimò intellige, dummodò cauſa iuſta ſuperueniat culpa debitoris: ſecùs ſi caſu fortuito per d. l. ſi creditores, ſecundum Pau. in d. l. in omnibus. Anto. de Trem.

g *Creditor eſt.* Quóad dictam † cautionem, item quæ ad ius tranſmittendi ſpem, §. ex conditionali. Inſti. de verb. obl. hic allegato. Conditio ei in cõtractibus retrotrahitur, vt ſi diem cõtractus inſpicimus, l. ſi filiusfa. ff. de ver. ob. et ff. de reg. iu. et l. potior. in prin, & l. ꝗ balneũ. in prin. ff. qui pot. in pig. hab. ſaltẽ quóad acquiſitionem & tranſmiſſionẽ, ſecùs quóad validitatem cõtractus. quo reſpectu attendimus diẽ conditionis aduenientis. l. ſi rem meã. ff. de ver. obli. & ib. ſcriben. & in d. l. ſi filiusfa. Sed legatarius cõditionalis nõ in creditorum numero, vt ſubijcit: quia in legatis conditio non trahitur retrò, per text. ſingularem. in l. 1. §. ſerui appellatione. & ibi Barto. not. ff ad ſena. Silan. quem tex. dicunt reputari ſingularem Alexand. & Iaſo. in d. l. ſi filiusfam. & ideo in eis inſpicimus diem cõditionis exiſtentis, vt in l. quæ legata nobis. ff. 181

de regu.iur.dic. vt latius per ſcriben. in d.l.ſi filiusfamil.ff.de verb.oblig.

h *In numero creditorum.* Vt ſcilicet illud petere poſſit, imò
182 nec ſpem tranſmittit legatarius † ante conditionis euentum decedens, per text. in l. vna.§. ſin autem aliquid ſub conditione.C.de cadu.tol.licèt in contractibus ſecùs, vt in præcedenti apoſtilla. Quemadmodum etiam conditionalis inſtitutio non tranſmittitur, l. liber homo. §. Titius. & §. ſequenti.ff.de hære.inſtit. niſi eſſet iuncta cum iure accreſcendi, per text.ſingularem, in l. qui ex duobus.ff. de acquir.hæredi. quem ibi dicunt ſingularem Bald.Angel.& Imò. & Iaſ. de eiſdem non faciens mentionem in l. qui plures heredes.ff. de vulg. ſed ſimilis videtur in d. l. liber homo. §.ſi ita. & ibi
183 Bald.notat. Sicuti etiam ſubſtitutio † conditionalis tranſmittitur iuncta cum iure accreſcendi, per textum qui non eſt alibi, & eſt nouus & ſingularis, & non habens parem, aut concordantem ſecundum Bartol. ibi in l. qui patri.ff. de acquirend.hæredi. & omnes ibidem teſtantur illum text.non eſſe alibi, vt per Alexand. ibi. & illum text. dixit mirabilem & ſingulariſſimum Bartol.in d.l. vna. §. ſin autem aliquid ſub conditione. ius enim accreſcendi etiam non agnitum tranſmittitur, ſed ſubſtitutio ſola non agnita non tranſmittitur, vt eſt text. magiſtralior qui ſit in toto mundo, in l. ſi ex pluribus.ff de ſuis & legi. hæred. quem ita appellat Iaſ. in l. emancipata. not.1.C. qui admitt. ad bo. po. poſ. & in hoc ius accreſcendi eſt potentius ſubſtitutione, & eam ad ſe trahit. licèt ſubſtitutionis ius præferatur iuri accreſcendi, l.2.§.ſi duo.ff. de bonor. poſſeſ. ſecundum tabul. de qua materia quia eſt ſubtilis, difficilis, & de apicibus iuris, teſte clariſſimo Iuriſconſulto Paulo de Caſtro, in d. l. qui ex duobus. eam in aliud tempus reſeruo, & quia extra propoſitam exceptionum materiam. Anto.de Trem.

i *Illis caſibus.* Aduerte tamen circa primum caſum d.l.3.
184 videlicet ſi mercedem non ſoluerit, quòd † ceſſante pacto & conſuetudine contraria nō tenetur cōductor ſoluere mercedem, niſi in fine temporis præfixi ipſi conductioni : quia prius non dicitur locator impleſſe contractum ex parte ſua, ſecundum gloſſ. Petr. Cynum Bartol. Bald. & Salic. in d.l.3. Bartol.in l. ſi ſeruus communis Meuij.§.final. verſicul. vlterius procedo. vbi etiam Alexand. in additio.ff. de ſtipula. ſeruo.

ſeruo. Bald. Imol. Alex. in 8. colum. & Iaſ. in 9. in l. diuortio. in princip. ff. ſolut. matrim. & Iaſ. in l. diem functo. colum. 5. verſi. quarto & ſtrictius. ff. de offi. aſſe. ad quod text. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. & inſ. §. offerri. l. Iulianus. ff. de act. emp, & vend. locator enim tenetur ad patientiam, l. ex conducto. in prin: & l. ſi fundus. ff. loca. & patientia cùm ſit facti, eſt quid indiuiduum, l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de verbor. oblig. ideò oportet toto tempore præſtare patientiam, & ex parte ſua implere, antequam agi poſſit effectualiter. d. §. offerri. Benè eſt verum, quòd à principio, & in ipſo inſtanti locationis orta fuit obligatio & actio ad integram petitionem: ſed agens ante finem repellitur exceptione, ſecundum Bald. & prę alleg. Dd. in d. l. diuortio. quos latiùs videre potes. Circa ſecundum, quando †domus locata eſt neceſſaria vſibus locatoris: dic, quòd ſi neceſſitas ſuberat tempore locationis, non poterit expelli conductor, gloſſ. Bald. & Salic. in d. l. 3. & ita tenere doct. per iura per eos allegata, refert idem Salic. ibid. & idem ſecundum Bald. ſi culpa ſua incidiſſet locator in ipſam neceſſitatem, l. ſine hæreditaria. ff. de negot. geſt. & l. ſi merces. §. culpæ. ff. loca. 185

Item oportet quod ſit neceſſaria vſibus proprijs, id eſt, ipſius locatoris, filiorum, vel parentum, ſecùs ſi fratris, ſecundum Bald. ibi.

Circa tertium adde, quòd poſt factam refectionem debet conductor intra domum reponi, vt eſt gloſſ. not. ſecundum Bart. ibi in l. ſi duo. §. cum inquilinus. ff. vti poſſi. & Alex. de Imo. in d. l. ædem. in addi. ad Bar.

Item ſi neceſſitas refectionis ſuberat tēpore locationis pōteſt expelli, ſecundum Bal. & Salic. ibi.

Circa vltimum, quando conductor malè verſatur in re cōducta eam deteriorando. Adde idem eſſe, ſi inhoneſtè in ea verſaretur, putà inducendo meretrices, niſi ex qualitate loci aliud ſuaderetur: vt quia iuxta lupanar, argumen. l. cùm ſupra virentes. de re milit. libr. 12. vel ex qualitate perſonæ conductoris: & quia ſcholaris, & iuuenis: quia debuit hoc præſumere per locum à communiter accidentibus, ſecundum Bald. & alios in d. l. ædem. niſi honeſtas locatoris in eadem domo habitantis aliud ſuaderet, ſecundum Pet. Cyn. & alios ibi.

k *Niſi quam diu velim* Etiamſi conuentum eſſet in contrarium: quia eſſet contra ſubſtantiam contractus, tex. eſt not. valdè & menti tenendus ſecundum Bar. ibi in d. l. cum precario. & per Bar. Pau. & Alex. in addi. ad Bar. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſ. mort. Secùs tamen vbi pactum eſſet ſolùm contra naturalia ſiue accidentalia, per not. in l. pacta conuenta. ff. de contrahend. empt. & vendit. Antonius de Tremolis.

l *Tradat* Et adde, quòd neceſſe habet illam tradere, ſi illius habeat facultatem, aliàs liberaretur ſoluẽdo intereſſe, vt eſt gl. in §. precium. in verſ. tradatur. Inſti. de empt. & vend. quã ſequitur, & benè declarat Barto. in l. 1. in 3. column. ff. de act. empt. & idem Bar. poſt antiquos Doctores, in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 15. colũ. verſic. venio ad tertium. ff. de verb. oblig. & illam gl. dicit meliorem de iure Ang. Are. ibi, & illam facit ſingularem in §. actionum. col. 10. verſ. quæro an venditor. Inſti. de actio.

m *Precium ſoluat* Vel conſignet, & deponat, ſi eum ſuſpectum habeat, l. ſi ſoluturus. in fin. ff. de ſolut. ſecundum glo. & Paul. in d. §. offerri. & Bartol. in d. l. ſi ſolutur9. in ver. quæro quando emptor.

186 Si † verò venditor nollet recipere, ſufficeret offerre in iudicio, l. ſi rẽ. §. fi. ff. de pig. act. extra iudiciũ verò deberet deponere, & conſignare, ſecundum Pau. in d. §. offerri. in fi. & dixi ſup. eod. verſi. præterea impediuntur qui præmaturè agunt, addi. 2.

Sed an id, quod hic dicitur de venditore agẽte ad precium, quòd debeat offerre rem, procedat etiam in creditore ſub pignore petente debitũ, quòd debeat offerre pignus, dic, quòd ſic, per text. ſingularem, in l. apud Celſum. §. item quæritur ſi vniones. ff. de doli except. quem facit ſingularem Paul. de Caſtr. poſt Bald. in d. §. offerri. Et adde, quòd do. Hubert. hic clarè ſentit d. §. offerri. procedere, ſi excipiatur per partem, aliàs merò iure poteſt agi per emptorẽ ad rem, etiamſi pretium non offerat, ſed venditore opponente de pretio non ſoluto repelletur emptor, próut etiã voluerunt Bar. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. dicens venire iure exceptionis, quòd pretium ſoluatur, antequã res tradatur. & Bal. in l. 1. col. fi. ver. quæro quid ſi legatus. C. de vſu. & fruc. lega. & in l. ſi traditio, in 3. q. C. de act. emp. & apertius idem Bal, in l. 1. C. de his quæ ſub mo. & firmant Lud. Ro. Alex. &

Iaſ.

Iaſ. in l. filiæ licet. C. de collat. contra Fulg. dicentem per illum tex. actionem nō competere emptori niſi pretio ſoluto vel oblato: ſed ad illum tex. reſpondent ibi Roman. & Alexand. in d. §. offerri. in additio. ad Bartol. & Iaſ. dicens veritatem eſſe contra Fulg. in l. iuriſgentium, in princip. colum. 1. in fin. ff. de pac. illa enim verba, actionem non dari, vel actionem non eſſe, intelliguntur ope exceptionis, per text. in l. 1. in princip. iuncto. §. ſublata. & ibi Bartol. Angel. Paul. Alexand. Bartol. Sozin. & Iaſ. in vtraque lectura. ff. ad Treb. ſaltem in ciuilibus, vt per eos. Licèt ergò text. in d. §. offerri. dicat actionem non eſſe, verum eſt oppoſita exceptione, vt etiam voluit Bartol. & poſt eum alij. in l. nam & poſteà. in princip. per illum textum, iuncta gloſſ. ff. de iureiur. & eſt tex. cum gloſſ. in verſicul. petitor, in l. 1. in princ. & ibi Bart. Bald. & Paul. notant. ff. ad Maced. Pan. in c. 2. in 1. col. de no. ope. nuncia.

Benè facit quod ſentit gl. ſingul. in c. ſtatutum. in princi. in ver. committatur. de reſcrip. lib. 6. quam facit ſingularem Ange. in l. venditori. C. de vſuc. pro empt. refert Iaſ. in d. §. ſublata. in vtraq; lectura, per quam ipſe Ange. dicebat, quòd etiam ſtante ſtatuto, quòd actio non detur vel audientia denegetur, quòd intelligatur oppoſita exceptione. de quo per Iaſ. ibi in ſecunda lectura. Ant. de Tre.

n *Per ſententiam.* Ante rem † euictam per ſententiam non agit emptor, per iura hic allegata, & per tex. in l. ſi cum quæſtio. C de euict. Niſi in contrarium eſſet actum, quod ſtatim mota lite agi poſſet de euictione. caſus eſt, qui non eſt alibi ſecundum Bald. ibi. in l. ſiue in libertatem. C. de euict. vel niſi eſſet notorium rem eſſe vendicantis, l. emptorem. in princip. ff. de actio. empt. quia notorium & ſententia æquiparantur, vt ibi. & tenent gloſſ. & Paul. de Caſtr. ibidem. & Bart. & Pau. in l. at q̄ natura. §. cū me abſente. ff. de neg. geſt. & gl. in d. l. ſi cum queſtio. quam Bal. ibi dicit eſſe tenēdam, & iſtā dicit magis communē & verā opin. Alex. de Imo. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. 1. col. 3. ff. de verb. obl. vel niſi venditor vēdidiſſet ſciēs alienam, vt in ſeq. apo. dicens. Non omitto vnā limitationē, ad l. ſi ꝑ imprudentiā. in prin. ff. de eui. & l. emptor. C. eo. ꝙ ex ſentētia iniqua cōpetit euictio emptori à fiſco. vel à Rep. ad pretiū, tex. eſt ſing. ſecundum vlti. lect. gl. quam omnes ſequuntur in l. 2. §. graui. ff. de adm. rer. 187

ad

ad ciui. perti. ita dicit Lu. Ro. in ſing. 757. incip. in l. ſi per im prudentiam. l. ſæpè. col. 24. de re iu. ſed eſt ſimilis gloſſ. in d. l. ſi ideò.

o *Agere contra venditorem.* Intellige ſcienter alienam rem vendentem, ſecundum Bart. & Bal. in d. §. fi. próut etiam ille tex. clare loquitur.

188 Eſt etiam ibi tex. qui non eſt alibi, quòd dolus † vendentis ſcienter rem alienam facit, quòd non liberetur tradendo rē, ſed debeat eam facere accipientis, licet aliàs ſufficeret traditio, vt ibi. & l. ex empto. in princip. eod. titul. cum ſimilibus. & ad hoc illum text. dicebat non eſſe alibi Rayn. de for. ibi próut ibidem Bal. refert in antiq. lectu. & dicit menti tenendum. Et nacta occaſione adde alios duos caſus, in qui-
189 bus † venditor non liberaretur tradendo rem, niſi etiam faciat accipientem dominum. Primus, quando venditor vendit rem in genere, putà decem corbes frumenti, Bartol. Bald. & Paul. de Caſtr. poſt gloſſ. ibid. in d. l. ex empto. in princip.

Secundus, quando venditor eſſet dominus: quia tunc dominium rei transferri e tenetur, ſecundum Ang. Are. in §. pretium. in fin. inſti. de empt. & vend. qui ad hoc allegat caſum ſingularem, in l. cum manu lata. §. fin. ff. de contrahen. emp. & vend. quod etiam voluit Bart. in l. 1. in prin. & in l. ex empto. in prin. ff. de act. emp. dum vult, quòd actio, qua tenetur venditor, eſt participia: quia ſi eſt dominus, tenetur ad dandum, &c. vt per eum. Ant. de Trem.

Item ad id quod dicit author per ſententiam, intellige ipſo emptore præſente latam: quia ſi contumax fuiſſet, non ageret, l. ſi ideò. ff. de euict. quod intellige, quando iudex fuiſſet motus propter eius contumaciam ad ita iudicandum, secùs ſi appareret eam motam propter iuſtitiam & veritatem probationum, vel fuiſſet abſens ex cauſa probabili: quia ſua contumacia his caſibus ei non noceret, gloſſ. eſt ſingularis, in l. 2. C. de contra. iu. tu. quam dicit ſingularem Bald. in c. vno. ſi de feu. vaſ. ab ali. inter. quem ſequitur Alex. in 2.

p *Remiſſas* In hac materia ſolet quæri de eo, qui in infirmitate † conſtitutus omnes iniurias remiſit in manibus preſ-
190 byteri, vtrùm eo reconualeſcente poſſit actione iniuriarum prius ſibi competente experiri, & illam intentare. gloſſ. ſingulariter notan. ſecundum Angel. ibi. in §. fin. gloſſ. fi. Inſti.

de

de iniur. dicebat amplius agi non poſſe, & ſemel ſublatam actionem non poſſe reſurgere. Sed Guil. de Cug. Barto. Albe. Bald. Ange. Alex. & Iaſ. in l. ſi tibi decem. §. quædam. hic alleg. tenent contrarium dicentes, quòd ſolum videtur remittere rancorem, quem remittere tenetur, non autem ſatisfactionem iniuriæ, ad cuius remiſſionem non tenetur, vt volunt gloſſ. in c. & qui emendat. 45. diſt. & gloſſ. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. & gloſſ. in c. 1. gloſſ. magn. in fin. de maled. & alia in c. ſi quis contriſtatus. 90. diſt. Et idem ſentit Bart. in l. non ſolum. §. 1. ff. de iniur. & Bal. ar. illius text. in l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. præd. idem Bal. in c. vno. §. iniuria. col. 1. de pac. tenen. & iu. fir. & iſtam dicunt eſſe communem Alex. & Iaſ. in d. §. quædam. & eam tenent Anto. de Butr. & Imo. in c. de accu. & Pa. in c. 1. de iniur.

Limita tamen niſi diceret remiſſionem plenam facio, vel plenè remitto. quo caſu nedum rancorem, immò etiam pœnam, & omnem actionem remittere diceretur, ſecundum Bald. in d. §. iniuria. quem ſequuntur Alex. & Iaſ. vbi ſupr. & ibi Iaſ. confirmat per tria ſimilia. Item aduerte, quòd † quan 191
tumcunque aliquis remittat iniuriam etiam per pactum expreſſum, non tamen videtur remittere damna & intereſſe, quæ paſſus eſt: ita ſingulariter voluit Bald. in d. §. quædam. & ibi ſequitur Alexan. dicens eſſe ſingulare & diligenter notandum. & idem voluit Bald. in d. l. ſi domus. & in l. ſi pro fure. in princip. in antiq. lectu. ff. de condictio. furti. poſt Dy. in l. ſed ſi vnus. §. ſi ante. ff. de iniu. & eſt ratio. quia damnum & intereſſe eſt quid diuerſum ab iniuria, & ex diuerſis non fit illatio, l. inter ſtipulantem. §. ſacram. verſic. ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. oblig. Ant. de Trem.

q *Pactione* Etiam nuda ſiue † ſimplici, vſque adeò vt per 192
eam tollatur omnis obligatio ipſo iure: vt in duobus primis iuribus hic alleg. quia cùm in maleficijs non ſit dare naturalem obligationem, quæ cauſatur ex conſenſu, qui ſaltem verus non cadit in obligationibus ex delictis, ideò ciuilis, quæ eſt ſola, tollitur per pactũ ipſo iure, ex mente Alb. Bart. Ang. Pau. & Iaſ. in §. quædam. hic allegato Ant. de Tre.

r *Tranſactione*. Hic attende quod tranſigens ſuper iniuria, & obtinens illius remiſſionem, non gratuitò, ſed per pecuniam efficitur infamis, ac ſi condemnaretur, per text. & ibi Bart. Bald. Paul. & Salic. in l. non damnatos. C. de his qui no.

infa.

infa.tex.Barto.& alij in l.Athletæ.in fi.ff.eo. & voluit gloſſ.
193 expreſſa in c. ſi illic. gloſſ. 2.23.quæſtion.4. ex ſola tamen † tranſactione non poſſet condemnari, vt confeſſus: ſed ſolú efficitur infamis, ſecundum Bal. in l.furti.§.pactus. ff.de his qui no.infa. Intellige tamen primò, niſi iudicis auctoritate interueniente fieret tranſactio: quia tunc tollitur infamia, d.l.furti.§.qui iuſſu. vbi Barto. & Bald.& Paul.de Caſtr.
Secundò niſi aduerſarius remittens eſſet tyrannus vel potentior: quia tunc dans pecuniam videtur non ob malam conſcientiam, ſed vt vexationem redimat, pecuniam dediſſe, ſecundum Bald.in d.l. non damnatus. quod Paul. de Caſt. ibi dicit menti tenendum. & idem voluit Bald.in l.quandó. colum.2.ff. de infami. Ad quod adde, quod voluit Bartol. Sozin. in conſil.15.incip. viſis publicis inſtrumentis. colum. 9.de redimente vexationem ſuam in beneficialibus.
Tertiò intelligerem, vbi remitteretur iniuria grauis per pecuniam, ſecùs ſi leuis. Et hoc ideò, quia etiam condemnatus de leui iniuria, non efficeretur infamis, per tex, in l.diuus. ff. de iniur.à contrario ſenſu, quod argumentum eſt in iure validiſſimum, l.1.in princip. verſi.huius rei. ff.de offic. eius cui man.eſt iur. & per tex.in c.cunctæ.de re iud. & ibi firmat gloſſ. & tenet *Spec.* in tit.de in integ.reſt.in 2.parte.§. videndum. ver.item iudex. & Bal.Sal. & Pau.de Caſt.in l. decuriones.C.ex quib.cau. infa.irro. & Alex.in addi.ad Bart. in d.l. diuus. & de leuiſſima ſentit Ang.Are.in tract.male.in gloſſ. verba contumelioſa q.fi.

Licèt contrarium teneant Innoc. Hoſtien.Ioan. Andr. Anto.de But.Cardi.& Pan.in d.c cùm te.& Barto. in l.infamem.colum.final.verſic.quęro vtrùm damnatus.ff.de pub. iudi. ſed primam tanquàm æquiorem ſequerer in iudicando & conſulendo in humaniorem partem declinãdo, iuxta c.fi.in fi.de tranſac.& l.placuit.C.de iud.cum ſimilib. Ant. de Tremolis.

¶ *Diſsimulatione.* Pro magna limitatione,§. final. hic allegati perpetuo tene menti vnum, quod aliàs fecit mihi ho-
194 norem: quòd iſta † diſſimulatio non operatur remiſſionem iniuriæ, poſtquàm iniuriatus ſemel reuocauit ad animum, & fecit ipſum iniuriantem ad iudicium euocari, ita not. voluit Panormit.poſt Hoſtien.in c.olim. de iniur. quos ſequitur domin. Stephan.Aufred. in addit. ad Cap. Tho.

decisi.

deciſi. 127. incip. item fuit quæſitum ſi filiusfam. in fin. Ant. de Tremolis.

t *Erat nocens*. Vides Dom. Huber. ſimpliciter velle, quod dicens verbum iniurioſum verum, non tenetur actione iniuriarum, prout etiam tenuit gloſſ. in d. l. eum qui. & gloſſ. Inſtitut. de iniur. in princip. in verſic. fuerit. nullo modo diſtinguentes inter conuitium dictum in iudicio aut extra. Verum quia in hoc articulo tot ferè ſunt ſententiæ, quot capita, de opinionibus varijs te remitto ad Io. And. in additio. ad Spec. in tit. de iniurijs. in prin. in addi. mag. & ante illum ad Oldra. conſil. 53. incip. conſueuit dubitari. & ad Pa. verba Ioan. And. transplantantem in c. cùm te. de re iudi. col. pen. & fin. quam transplantationem carpit ibi Fely. col. fi. in fi. & ad dom. Nico. Boe. in quodam ſuo conſi. incip. ſi quis animo iniuriandi.

Sed attingendo veritatem & ſequendo communem ſcribentium ſententiam, à qua non eſt in conſulendo aut iudicando recedendum, per nota. per Io. And. & ſcriben. in c. 1. & & c. ne initaris. de conſtitut. per Bartol. Bald. & Salyc. in l. final. C. de pe. iud. qui ma9 iudi. illud enim tenere debemus, quod communiter tradunt & credunt ſapientes, l. 1. ff. de off. quæſt. c. nouimus. de verbor. ſignific. cum ſimilibus, dicas ex mente Hoſt. & Pa. in c. fin. de iniur. Ioan. Andr. & Oldra. in locis præallegatis Anto. de But. Pan. & Fely. in c. cùm te. de re iudi. Pet. & Cyn. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. Bartol. in l. eum qui nocentem. hic alleg. Bald. Nico. de Neapo. & Ang. Are. Inſtit. de iniur. in princip. Ang. Alexand. & Iaſ. in l. 3. ff. de liber. & poſthu.

Quod aut verbum iniurioſum dicitur in iudicio aut extra: ſi in † iudicio, & probatur verum, & tunc non punitur. 193
ſecundum omnes, & hoc ſiue accuſando ſiue explicando ad repellendum electum ad officium publicum vel actorem ab agendo vel accuſando.

Si verò dicens non probet veritatem conuitij, tenetur iniuriarum, l. item apud Labeonem. §. ſi quis libello. ff. de iniurijs & infrà eodem, veſicul. ſed quid ſi infamiæ: etiam ſi dicat cum proteſtatione, quòd nō animo iniuriandi: quia talis proteſtatio eſt facto contraria, & nil releuat, c. ſolicitudinem. de appell. c. cùm Martinus. de conſtitu. Etiamſi contra teſtes obijciendo diceret eos infames, adulteros, & ſimilia:

milia: quia ſi non probet, tenebitur iniuriarum actione, etiam præmiſſa dicta proteſtatione, ſecundum Alex. & Iaſ. in l. fi. ff. quod quiſq; iur. quicquid teneat ibi Guil. de Cug. Bal. Ange. & Salice. quorum opinionem ſeruat conſuetudo Regni Francorum, ſecundum Nicol. Boe. vbi ſuprà. Sed certè ego vidi in Curia Seneſchali Tholoſæ teſtes, contra quos fuerant obiecta crimina nõ vera, ſententiam pro ſe in actione iniuriarum contra obijcientes reportare. Immò talem conſuetudinem dicerem præbere occaſionem malignandi, & odorem boni nominis proximi inficiendi contra l. in fun do alieno. ad fin. ff. de rei vendi. cum ſimil. Limita tamen primò, niſi infamia publica præceſſiſſet ſuper delicto in iudicio deducto, quo caſu obijciens, & non probans excuſatur ab iniuriarum actione, probando ipſam famam publicam, tex. eſt not. ſecundùm Bar. ibi in l. miles. §. mulier. ff. ad l. Iul. de adul. & in ſpecie Bar. notat idem Bar. Bald. Io. de Imol. & Alex. in addit. ad Bar. per illum tex. in l. fi. ff. de hære. inſt. vbi Bartol. dicit, quòd poteris multos à mitra liberare. & Barto. Bald. Pau. & Alex. etiam per illum tex. in l. cùm quidam. §. quod dicit. ff. de acquirend. hæred. vbi Bart. dicit millies obtentũ fuiſſe. Plus probat tex. in d. §. mulier. & in d. l. fin. quod
196 ſolus rumor ſufficeret, qui eſt minus, quàm fama † publica; quia rumor eſt particularis aſſertio, ſed fama requirit conſenſum omnium, vel maioris partis, vt per Alex. in d. §. quod dicitur. & in d. l. fi. in addi. ad Bart. & vtrobiq; pro dicta differentia multos allegat. & idem dicit Bar. in d. l. fin. quando probaret, quod hoc audiuit dici à perſonis fide dignis, vt per eum ibi.

Secundò intellige ſanè & limita, quod dicens in iudicio conuitium, & non probans, teneatur, procedit quóad ipſum conuitiantem accuſantem vel opponentem, ſecùs quo ad iudicem & officiales inquirentes, qui etiam ſi non probetur maleficium, non tenetur iniuriarum actione, l. iniuriarum. §. is qui publico. & ſe. ff. de iniur. & tenet Nico. Boe. vbi ſuprà. ſed aduerte, quia Bartol. in d. §. is qui publico. ſentit, quòd ſi conſtaret iudicem animo iniuriando vocaſſe aliquẽ ad tribunal, reſponſurum ſuper delicto non verò, vel inquiſiuiſſe, quòd teneretur actione in factum ex quaſi maleficio, attamen propter publicam auctoritatem non præſumitur animus iniuriandi in ipſo iudice.

Si † verò extra iudicium dicatur conuitium verum, & tunc 197 ſi cum libello famoſo, & indubitanter tenetur, quia adire debuit iudicem, & coram eo probare, per text. in l. vna. C. de famoſ. libel. Si ſine libello famoſo, puta in rixa, & tūc aut nō intereſt Reipublicæ illud ſciri, puta vocas me claudum, ſcabioſum, vel cucurbitam, & tunc omnes conueniunt, quòd teneris actione iniuriarum licèt verum dicas, ſi animo iniuriandi dixeris: quia veritas conuitij non te eximit ab actione iniuriarum, niſi abſit iniuriandi libido, l. quiſquis. C. de poſtu. & l. 3. C. de offic. rec. pro. Si verò interſit Reipublicæ illud ſciri, puta voces me mitratum propter falſum vel ſpurium, vel latronem, vel adulterum, & dicis verum, & probas, & hic eſt difficultas & altercatio magna inter iuriſprudentes: quia Petrus de Bella Pertica & Cynus in d. l. ſi non conuicij. Bartol. in d. l. eum qui. Bald. Nicol. de Neap. & Angel. Aretin. Inſtitu. de iniur. in princip. Angel. Alexand. & Iaſ. in l. 3. ff. de lib. & poſt. dicunt, quòd non teneris: quia Reipublicæ intereſt, ne infamis vel ſpurius ad dignitates admit. & vt leproſus ſeparetur, & ne mea impunita remaneant maleficia. & hoc probant per tex. in d. l. eum qui. vbi eſt text. clarus & propter magnam auctoritatem Bartol. in actu practico: tum quia Alexand. in d. l, 3. teſtatur iſtam eſſe communē. & Ang. Aretin. vbi ſuprà dicit iſtam eſſe veritatem: ideò ab hac non recedo cum declaratione de qua infrà. Et iſtam partem etiam tenent Hoſt. & Panorm. in d. c. fin. de iniur.

Sed Ioan. And. in addi. præalleg. Ant. de But. & Pa. ſibi contrarius in d. c. cum te. & Ludo. Roma. in conſi. ſuo. 96. incip. tenent etiam hoc caſu teneri, niſi diceret conuitium cum cauſa, putà correctionis: & hanc partem ſequitur dom. Step. Aufr. in addi. ad Capel. Tho. deciſi. 127. incip. item fuit quæſitum filiusfamil. dicens eorum rationes ſibi videri apparentiores. Sed aduerte pro declaratione opinionis Bar. & ſequacium, & pro quadam quaſi concordia harum opinionum: quòd ſi is, quem tu vocas leproſum, iam pro tali ab omnib⁹ habetur: quia eſt ſeparatus, vel is, quē tu appellas ſpurium, pro tali notorio reputatur, vel is, quem tu appellas Iudæum, talem publicè ſe gerit: vel ea, quam vocas meretricem, palam proſtituta eſt: vel is, quem dicis latronem, vel adulterum iam de ſuo delicto condemnatus extitit in eodem loco: iſtis caſibus & ſimilibns, cùm non expediat Reipublicæ

Vide hoc puncto Modestin. Pistor. in 3. Consil. mihi fol. 31.

præmiſſa ſciri, & ſic ceſſet ratio, d. l. eum qui nocentē. puta-rem te iniuriarum actione teneri. & ſic intelligendam opinionem vltimam. alios procedat opinio prima per prædicta.

v *Inſtituentes*. Niſi ex grauiſſima iniuria agerent. quo caſu prætor permittere debet, ac veniam dare ipſi liberto, vt habetur in d. l. ſed ſi hac lege. §. penult. & ibi etiam habes quæ dicatur iniuria grauiſſima, videlicet, ſi quis fuerit cæſus, & multò fortius dicetur grauiſſima, vbi cruor effunderetur, vel oculus erueretur, ſecundum Bald. Ang. Paul. & Iaſ. ibi per l. vulneris magnitudo. ff. de iniur.

Quod Iaſon in d. §. penult. poſt Specul. in titul. de legat. §. nunc dicamus. verſic. quæ autem dicatur. limitat non procedere, quoad impediendum abſolutionem legati de latere ei, qui fregiſſet caput clerico: quia non dicetur atrociſſima iniuria, & ſic poterit abſoluere, niſi interueniat membri mutilatio, vt per eum ibi. Ant. de Tremol. doctor.

x *Parentes vtriuſque ſexus*. Secundum Bar. & Bald. in d. l. final. hic allegata. Item quia pleraque iura videntur aduerſari. Ideò ex mente Cyn. Bar. Bald. Salyc. & Paul. de Caſtro. 198 ibi, limita primò procedere, quando † peteretur reſtitutio ratione ætatis: ſecùs ſi ex alia cauſa, putà legitimæ abſentiæ: quia tunc benè reſtitueretur. cùm non reperiatur iure denegatum, ſecundum Iac. de Are. & præalleg. Dd. ibi. Secundò limita, vbi filius peteret reſtitutionem officio iudicis nobili, ſecùs ſi via actionis, quæ eſt efficacior: quo caſu cōcedetur ei reſtitutio, per l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.

Tertiò limita, vbi peteretur reſtitui contra patrem, & cōtra factum patris ſimul. quo caſu benè eſt ei deneganda reſtitutio, d. l. fi. ſecùs ſi tantūmodò peteret reſtitui aduerſus patrem, & non contra factū patris: quia tunc ei non denegatur, l. 3. C. ſi aduer. rem iudic. putà ſi peteret reſtitui aduerſus ſententiam in fauorem patris latam: quia tunc non impugnat factum patris, ſed iudicis, licèt aduerſus patrem. Item ſecùs ſi peteret reſtitutionē contra factū patris: ſed non aduerſus patrem de directo: quia etiā tunc non eſſet deneganda reſtitutio filio, per tex. in l 2. C. ſi aduer. dona. Reſtringe ergo quod hic dicitur per do. Hub. quando filius officio iudicis nobili peteret reſtitui in integrum ratione minoris ætatis aduerſus patrem & contra patris factum. Ant. de Trem.

*Redargutus*. Quo caſu in † pœnam mendacij perdit 199
poſſeſſionem, & efficitur iudicis officio de poſſeſſore petitor, vt no. in d. l. fi. vſq; adeò ꝙ etiamſi Reus vellet in promptu probare de dominio, dicendo hodie conſtat, &c. non tamen audiretur, niſi prius transferat poſſeſſionem: licèt enim tale iudicis officium ſit adipiſcendæ poſſeſſionis, tamen ei non obſtat dominij exceptio propter mendacium, ſecundũ Bartol. ibi in vtraq; lectura, dicens mirabile & menti tenendum, ac multum vult vtile. Reſtringe tamen primo procedere in terminis, d. l. fin. videlicet quando actor conuinceret de mendacio Reum, probando ipſum poſſidere, & quod ſciebat ſe poſſidere, alias non, ſecundum glo. & Bartol. ibi in vltim. colum.

Ex quo corrolariè inferas primò, quòd poſſet † Reus pœnitere, & euitare huiuſmodi pœnam fatendo ſe poſſidere, antequàm conuincatur, & ſuam negationem reuocare, prout expreſsè voluit gloſſ. Bald. & Angel. vbi ſuprà & Pau. de Caſtr. in Authent. contra qui propriam. colum. 2. C. de non numer. pecunia. & Iacob. de Areti. Alberic. Angel. Ioann. de Imol. Raph. Cuma. Alexand. & Iaſ. in l. ſed hoc. §. quod autem. ff. de re iudi. ſaltem vſque ad litiſconteſtationem. de quo latiſſimè per Alexandr. in 1. & 2. colum. & Iaſ. in 2. & 3. in l. eum qui. in princip. ff. de iureiur. Secundò inferas, quòd non ſufficeret actorem deferre iuramentum Reo. & quòd Reus iuramento medio confiteretur ſe poſſidere: quia cùm tunc propriè non conuincatur, non patietur pœnam tranſlationis poſſeſſionis, eò quòd actor non fuit grauatus onere probationis: ſed tantummodo cogetur ſuſtinere iudicium, tanquam poſſeſſor, ſecundum glo. & Bar. in penult. q. in d. l. fi. & glo. in l. nemo. ex his. ff. de reg. iur. 200

Tertiò infertur, & eſt ſecũda reſtrictio, quòd oportet, quòd ſciuerit ſe poſſidere: quia ſi negaret ignorans non incurreret pœnam amiſſionis poſſeſſionis, gl. & Bar. vbi ſup. ignorans 
† enim & errans non dicitur mentiri. tex. & ibi Bal. in l. de ætate. §. ſi cùm eſſet. vbi glo. poſt beatum Auguſtinum diffinit mendacium. ff. de interro. actio. Et hoc eſt quod voluit Bal. in c. vaſallus. in primo. colum. 1. in tit. ſi de feud. controuer. fuer. inter dominum & agn. vaſal. quem refert Alex. in d. l. ſed hoc. §. quòd autem. & ibi etiam Iaſ. & idem Alex. in addi. ad Bartol. in d. l. fi. quòd ad incurrendam pœnam negan- 201

De poena Negantis l. fin. D. de rei vend.

tis in caſu d. l. fin. & alijs caſibus, de quibus infrà proxima additione, oportet, quòd dolo vel lata culpa neget ſe poſſidere, per illum text. qui gloſſat & limitat multa iura ſecundum eundem Bal. ibi. Tertiò reſtringe, quòd prædictam pœnā patitur Reus negans ſe poſſidere rem petitam: Secùs ſi ſimpliciter negaret narrata in libello, próut narrantur fore vera: iſta eſt ſingularis doctrina Bart. in l. ſi dubitet. §. 1. ff. de fide-
202 iuſ. vbi in ſpecie determinat, quòd ſi † fideiuſſor conuentus non excuſſo principali neget ſe fideiuſſorem, perdit beneficium excuſſionis, & cędendarum, ſecùs ſi narrata, próut narrantur, neget. & idem tenet ibi Imo. & Pau. de Caſt. & Alex. & Iaſ. in d. §. quod autem. & idem Alex. in addi. ad Bar. in d. l. fi. & Bal. in l. cogi. col. fi. de pet. hær. C. & Barto. in l. etiam. §. licet vbi etiam. Alex. ff. ſo. ma. & Iaſ. in §. omnium. car. 14. dicens nunquàm è memoria delendum. Inſt. de act. & alij in diuerſis locis. Quartò reſtringe, vbi negaret ſuper libello apto ſe poſſidere, ſecùs ſi ſuper inepto, ex mente Bal. in l. edita. in repe. Padua. colum. penul. in fi. C. de eden. quem ſequitur Alex. in d. addi. ad Bart. in præalleg. l. fi. & idem Alex. & Iaſ. in d. §. quod autem. & Iaſ. in d. §. omnium. Quintò reſtringe vltra communiter Dd. ex doctrina Bal. in d. l. cogi. col. ſina. vbi Reus conueniretur, qui in rei veritate poſſidebat: ſecùs ſi ſecundùm fictionē, putà quia dolo deſierat poſſidere, qui ꝓ poſſeſſore habetur, talis enim non pateretur pœnam, d. l. ſi. cùm in veritate non mentiatur, ſecundum eum. Itē & ſextò
203 intellige, quòd † punietur Reus in eo, in quo mentitus fuit, & non in plus: quia ſi fateatur pro parte poſſidere, dum totā poſſidet, ſolùm partis, in qua mētitur, perdet poſſeſſionem, ſecundum Guil. de Cug. & Bald. in vlt. verbis, in d. l. cogi. & idem voluit in ſimili gl. in d. c. vno. §. vaſallus.

Et ad declarationem d. l. fi. vide glo. meliorem, quæ reperiatur, & quę ponit theoricam & practicam illius, l. 1. §. illud quoq;, hic alleg. in verſ. & legem. quam ita appellat Bald. in d. l. fi. & Ang. eam ad vnum dicit ſingularem ibid. in d. §. illud. Ant. de Trem.

z *Transferre poſſeſsionem.* Et ſic habes duos caſus, in quibus punitur mendax in amiſſione poſſeſſionis, & de poſſeſſore efficitur petitor, vnde nacta occaſione dic, quòd regulariter mendax in iudicio non punitur, niſi in expenſarū condemnatione, ſecundum Bal. in l. 1. col. 4. ver. circa ſecundum.

C. de

C.de fur.quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.in Auth. cōtra qui propriam.col.1.C.de non nume.pec.& idem Paul.in l.ſi dubitet.§.1.ff.de fideiuſ. Sed fallit in pleriſq; caſib9,quos ponunt glo.in c.nullus pluribus.de reg.iur.libr.6.& in l.nemo ex his.ff.eod.& Bal.in d. Auth.contra qui. & in d.l.1. & Iaſ. in l.ſed hoc.§.quod autem.ff.de re iud. principaliores breuiter tranſcribo. Tertius igitur erit, quem tetigi in apoſt. præcedenti, videlicet † in fideiuſſore negante ſe fideiuſſo- 204
rem, qui perdit beneficium excuſſionis, & cædendarum, Bald.in d.Authent.contra qui propriam. & beneficium diuiſionis competens pluribus fideiuſſoribus, d.l. ſi dubitet.§.1.

Quartus † generalis multos comprehendens in his per- 205
ſonis,quæ non tenentur vltra,quàm facere poſſint, licèt deducto, ne egeant: vt ſunt maritus,donator,ſocius omnium bonorum,parens,patronus,filius in poteſtate,poſteà emancipatus,vel exhæredatus,& ceteri,quos dices infr. de exce.& benefi.quæ poſt diffin.oppo.in prin. hi enim ſi negarent id, quod eſt cauſa beneficij, putà,maritus matrimonium contractum,ſocius ſocietatem, &c. perderent priuilegium prædictum,& tenerentur inſolidum. De ſocio omnium bonorum habes tex.in d.§.quod autem. & in l.ſi vnus.§.final.ff. pro ſoc. De marito tenet Bartol.in l.etiam.§.1.ff.ſolut.matrimon. limitans quando negaret matrimonium: ſecùs ſi negaret dotem conſtitutam.& Bart. ſequitur Alex.in l.maritum.col.1.ver.vndecimò fallit.eod.tit & Iaſ.in d.§.quod autem. De filio in poteſtate, qui ex contractu tempore quo erat in poteſtate initò,poſteà emancipatus,vel exhæredatus non tenetur vltra,quā facere poſſit,l.2.in princ.ff.quod cum eo.ſi tempore contractus mentitus fuit aſſerens ſe patremfamil.quòd perdat dictum beneficium,eſt text.in l.qui cùm ſe partem.& ibi ſcriben.ff.de re iudic. & in l.4.§.interdum. ff.quod cum eo. & voluit Bartol. in d.l.ſi dubitet.§.1. Et idem dices in omnibus negantibus in ſe qualitatem, ex qua illud priuilegium conſequuntur,per d.iura, ſecundum Ioannem Fabri.Ioann.de Pla.Angelum Aretin. & Iaſ. in §.ſi minus. verſicul.ſed & ſi quis.Inſtitut. de action. Quintus † in vaſallo negante ſe vaſallum, quia perdit feudum, c.v- 206
no.§.vaſallus.in primo.ſi de feu.fuer.controuer.inter dom. & ag.in vſib.feud.

Sextus in liberto, qui ius aureorum annulorum impetrauit, ſi neget ſe libertum perdit illud, Bartol. in l. etiam. §. licet. ff. ſol. matr. per text. in l. fi. C. de iure au. annu. & ſequitur Iaſ. in d. §. quod autem. & in l. quod te. ff. ſi cert. pet. ſed ille text. nihil mihi probat.

Septimus in domino conuento noxaliter pro noxa, per ſeruum commiſſa, qui habet beneficium, vt liberetur dando ſeruum pro noxa, iuxta l. miles. §. decem. ff de re iudic. quia ſi neget ſeruum habere in poteſtate, perdit illud beneficiū & tenetur inſolidum, per tex. in l. quoties. §. prætor. & l. seq §. fin. ff. de noxa. act.

Octauus, ſimilis præcedenti in conuento actione de pauperie, qui ſe negat quadrupedem ſuam, tenetur inſolidum, nec liberatur dando animal pro noxali, l. 1. §. interdum. ff. ſi quad. paup. ſe. dica. Nonus, in negante ſe damnum dediſſe: quia conuictus per teſtes, vel inſtrumenta punitur in duplum. contra negantem, vbi gloſſ. & Dd. C. ad legem Aquil.

Decimus, in eo, qui negat depoſitum tempore neceſſitatis, puta incendij, ruinæ vel naufragij factum, qui conuictus, tenetur in duplum, l. 1. §. meritò. ff. pro ſoc.

207 Vndecimus, in negante † propriam ſcripturam vel pecuniam fuiſſe numeratam, qui etiam punitur pœna dupli cōuictus, d. Auth. contra qui propriam, & in corpore, vnde ſumitur.

Duodecimus in conuento conditione indebiti, qui negat ſibi ſolutum: quia cōuictus tenetur probare debitum, l. cùm de indebito. in princip. ff. de proba. Iſte tamen ſolùm punitur in onere probationis debiti, quod ſubire habebat dicens indebitum ſolutum.

Decimuſtertius in eo, qui negat debitum, & cōuictus vult opponere exceptionē cōpenſationis, quia non poteſt, l. fi. C. de compen. Decimuſquartus in hærede negante rem eſſe hereditariam: quia amittit rationem legis Falcidiæ, l. hæreditatum. §. fin. ff. ad l. Falcid. & quidem, nedum in illa re, imò in omnibus rebus hæreditarijs perdit beneficium inuentarij, ſecundum Bartol. Ang. Paul. de Caſtr. & Alexand. in l. Paulus. in princip. eod. titul. Decimuſquintus in negante fideicommiſſum relictum, qui perdit detractionem Trebellian. l. Paulus. ff. ad Trebell. Bartol. in l. reſcriptum. in fin. ff. de his quibus vt indig. Decimuſſextus in negante

relictum

relictum in teſtamento, qui poſteà non poteſt allegare, quod fuerit minus ſolennis voluntas, l. final. vbi Bald. C. de fideicommiſſ.

Decimuſſeptimus in debitore. quem præſtationis difficultas excuſat à mora, vt per Barto. & alios in l. quod te. ff. ſi cert. pet. quia hoc beneficium perdit negando ſe debitorem ſi fuerit conuictus, ſecundum Ludo. Ro. & Sali. in l. vinum. eod. titul. ſed Alexand. ibi & Iaſ. in d. l. quod te. tenent contrarium. quia hoc in lege non reperitur, nec eſt fienda extenſio, vt per eos. Decimuſoctauus in hærede pro parte conuento actione perſonali ex perſona defuncti, qui ſi neget ſe pro parte hæredem, conuictus tenetur reſpondere, & ſe defendere in ſolidum, & qui voluit efficere cognitionem veritatis in parte, eam ſuſtinebit in toto, per tex. in l. de ætate. §. ſi cùm eſſet. & ibi Bartol. & Bald. ff. de inter. action. Alios in corpore iuris diſperſos caſus curioſus lector adinueniet, pro nunc alij non occurrunt: laborioſum ſiquidem eſſet magis, quàm ſubtile, vt dicit gloſſ. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Ant. de Trem.

a *Criminoſum.* Etiamſi prius confeſſus falsò fuiſſet delictum, puta Titium occidiſſe, ſecundum Bald. in l. 1. C. de furtis. col. 5. verſi. 5. punitur mendax. dicens hominem non debere mori pro vno mendacio, per l. 1. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſt. & ad d. l. inde Neratius. §. final. ff. ad l. Aquil. Reſpondet, quòd loquatur in ciuili. & ita etiam intelligit illum textum idem Bald. ibidem. & ita tenent multi, quos retuli ſuprà eod. titul. verſi. inſuper regulariter. in addit. ſuper verb. turpitudinem.

b *Confiteatur.* Etſi †dilationem petat, dandum eſt ei quadrimeſtre, quod ſine cauſa non poteſt arctari ſeu minui per iudicem. l. 2. ff. de re iudicata. c. quod ad conſultationem. extra, eod. titul. licet conſuetud. ad decem dies limitauerit. ſecundum Bartol. & Paul. in d. l. ſi debitori. Aduerte tamen, quia debitor confeſſus petens terminum ad ſoluendum debet cautionem competentem præſtare de ſoluendo in termino, per text. ſingularem in d. l. ſi debitori. & ibi Bartol. & Paul. quem dicit ſingularem Pan. in d. c. quod ad conſultationem. colum. 5. verſic. ſed quæro iuxta. & ibi etiã Feli. tangit in 6. colum. aliàs poſſet capi & incarcerari pendente termino, niſi caueat, ſecundum Bartol. & alios in d. 208

l.ſi debitori.etiam vbi aliàs eſſet idoneus ei ſoluendo,ſecundum Paul.ibi licèt Pan.teneat contra. in d.verſicu. ſed quæro. Et debet talis competens cautio eſſe cum fideiuſſoribus vel pignoribus,per gloſſ. ſingularem, in d. l. ſi debitori, in verbo,competenti.quam ſingulariſauit Barba. in rubric.de pignor.extra. & eam ibi ſequuntur Bald. & Paul. licèt in practica nunquam viderim obſeruari. Intellige tamen,ſi creditor illam cautionem petat: quia debitor condemnatus illam præſtare non tenetur, niſi petenti,gloſſ. eſt perpetuò menti tenenda ſecundum Pau.ibi.in l.vniuerſa.C. de preci. imper,offe. & eam fecit ſingularem Ene.de fal. in addi. ad Pa. in d.c. quod ad conſultationem & pro ea confirmanda multa ſimilia adducit Iaſ.ibidem. Et hoc eſt quod dicebat Bal.in d.l.ſi debitori.quod antequam condemnatus non ſatiſdans poſſit capi & incarcerari,eſt opus,quòd conſtituatur in mora ſatiſdandi, quem ſequitur Fel.in d.c. quod ad conſtillationem. col.6.in fi. Ant.de Trem.

c *Non cogitur* Imò hoc caſu cogitur creditor partem debiti recipere,contra regulam,l.tutor.§.Lucius-ff.de vſur.vbi
209 eſt melior tex. de iure,quòd † particularem ſolutionem creditor inuitus recipere non cõpellitur:quoniam nõ minima incommoda particularis affert ſolutio, dicit tex.in l.planè. ff.famil. herciſcund. & cum incommoditate temporis vel loci non tenetur creditor recipere debitum, l. ſi ſoluturus. ff.de ſolution. ergò nec cum dicta incommoditate particularis ſolutionis,argumen.de tempore ad rem.ſecundum Iaſ. in d.l.quidam.col.3. ſed ſpeciale eſt hoc caſu, quãdo debitor partem confitetur,&partem negat.Quòd ſanè procedit niſi appareret, quòd debitor calumnioſè illam partem negaret, putà,quia creditor haberet probationes in promptu de toto debito, putà inſtrumentum: quia talis negatio,quæ ſtatim poteſt conuinci,nihil operatur,vt voluit glo. in l. poſt rem. ff.de tranſ.& ita limitant Bal.Lud.Ro.Alex. in 2.col, & Iaſ. in 4.in d.l.quidam.

Alios caſus in quibus fallit regula,d.§. Lucius, vide per Alexand.&Iaſ.in d.l.quidam. & ibi latius per Franc. de Cur. in addition. ad Alexand. Inter quos eſt ille ſingula-
210 ris, de illo, qui pro † vno debito dedit duos fideiuſſores pro decem : quia cùm quilibet illorum teneatur ſolùm in quinque, ipſe principalis poterit nomine vnius fideiuſ-

ſoris

ſoris quinq; ſoluere inuito creditori, licèt ipſe ex ſua perſona non poſſet, per text. qui non eſt alibi in l. in his. §. ſi duos. ff. de ſolutio. quem dixit non eſſe alibi Bald. in l. pro hæreditarijs. col. 1. C. de hæredi. action. & illam dicunt ſingularem Paul. de Caſtr. Ludo. Roma. & Modern. in d. l. quidam.

Sed nunquid in caſu noſtro principali ſufficiet confiteri partem ad euitandum iudicium in illa, an verò erit neceſſaria oblatio? dic breuiter, quòd ſi † creditor acceptet partē confeſſatam, & illam recipere ſit paratus, tunc tenetur debitor offerre, aliàs non: nec ante acceptationem creditoris poterit in mora conſtitui, per text. ſingularem reputatum in l. in fideicommiſſi. in princi. ff. de vſu. & per illum textum tenent Bart. & alij in l. qui ſolidum. in princip.. ff. de leg. 2. & illum textum dicunt ſingularem Alexan. & Iaſ. in d. l. quidam exiſtimauerunt. Anto. de Tremo. 211

d *Quod tantum* Si hoc loco habeas, quod tantum actor iſte videtur ſibi contrarius. cùm infra tit. de impedi. & exceptio. quæ de leg. iudi. oppo. verſic. & eſt ſciendum. dicat contrariū. ſed puto hunc locum deprauatum, & debere hic eſſe, quòd ante litem conteſtatam ſit opponendum. quod apertius perpendo ex Spec. in titu. de actio. verſi. item repellitur creditor. vbi hunc verſiculum tranſcripſit. Et an huiuſmodi † exceptiones, de quibus hic, debeant ante litem conteſtatam opponi, tractat latius idem Specul. in titul. de except. §. d. verſic. quid de exceptione beneficij. & ſequ. vbi tandem dicit poſt Huber. de Bo. tutius eſſe ante litem conteſtatam opponere, licèt in beneficio epiſtolæ diui Adria. contrarium teneat, in titu. de renun. & conclu. verſic. ſequitur videre. de quo latius dicam. inf. in d. tit. de impe. & except. qui de legat. verſicu. & eſt ſciendum. præallegato. vbi melius congruet. 212

e *Non obſeruato* Apertè ergo ſentit Do. Huber. quòd poſſeſſorium † prius agi debeat & terminari, quàm petitorium intentari, non eſt conſilij ſolùm, ſed etiam neceſſitatis, ita quod de neceſſitate prius ſit expediendum poſſeſſorium quā petitorium: licèt contrarium voluerint Petr. de Bel. perti. & Cyn. in l. ordinarij. hic allega. dicentes omne poſſeſſorium petitorio poſſe cumulari, nec eſſe legem contrarium dicentem, & quod iſtud eſt verum ſicut Euangelium. 213

Sed quod hic tenet Do. Huber. videlicet eſſe neceſſitatis, tenent vbique gloſſ. poſt Mar. videlicet gloſſ. in d. l. l. ſi de vi.

in d.l.incerti.in verſi.quæſtionem. & in d.l.ordinarij. & gl. in c.cùm dilectus.de cau.poſſeſſio.& proprie.Barto.Bald.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi de vi.Barto.& Bald.in repetit.l.incerti. C.de interdi. Bart.& omnes.in d.l. naturaliter.§.nihil commune. vbi dicit Bart.opin.Petr.eſſe falſam ſicut Iudas Iſcharioth,ff.de acquiren.poſſeſſ. & Bald.in d.l. ordinarij. & Cano.in d.c.cùm dilectus.

Intelligunt tamen ſanè in poſſeſſorio retinendæ: quia illud nō poteſt cumulari cum petitorio ratione cōtrarietatis. & ratione ordinis debet prius tale poſſeſſorium quàm petitoriū expediri.Sed in alijs poſſeſſorijs ſecùs, quia poſſunt indifferenter cumulari,& petitorio ſuſpenſo poſſeſſorium intentari, & ita intelligatur l.cùm fundus.in fin.ff.de vi & vi ar.& eſt expreſſum in c.paſtoralis.de cau.poſ.& proprie.ante renunciationem tamen & conclusionem in cauſa petitoria nō poteſt, vt ibi habetur.& illa decretalis eſt clauis in hac materia ſecundùm Alexand.in d.§.nihil commune.col.1. & quòd communiter teneatur concluſio gl.in d.l.ſi de vi.& ſic Mar.opin.procedat,aſſerit Alexan.de Imol.in d.§.naturaliter.col.24.& Iaſ.ibi.colum.14.verſi.extra glo.

De quo tamen articulo, quia præmiſſa non ſunt ſimpliciter & indiſtinctè, vera & diffuſa caſuum diuerſitas diuerſitatem exigit deciſionum,vide latiſſimè Bartol. per ſeptem combinationes,in d.§.nihil commune. in 6.col. cum tribus ſequ.& poſt eum & alios antiquos aureum Doctorem Do. Alexand.de Imol, ibidem in 24.col. cum.8.ſeq.& per Iaſ.in 15.cum 8.ſequen. & per Bald.in d.l.incerti.& per Cano.in d. c.paſtoralis.Ant.de Tremo.

214 f *Feriarum.* Dic primò,† ſolennium, id eſt, in honorem Dei & Sanctorum introductarum, c.fi.extra.de fer.l.pridie. & l.omnes.in 2.& l.fi.C.eo. Et qui ſint illi dies,habes in locis præallega.& latè per Spec.in titu.de fer.§.1. quem tamen in hoc non ſequor,dum à feſtiuitatibus Deiparæ Virginis & matris Mariæ excipit feſtum Conceptionis, eò quia, vt dicit,in peccato originali concepta extiterit,in quem errorem antiquorum multi prolapſi ſunt.

Sed hodie communiter Theologi tenent, & piè credendū eſt (quia nōdum eſt à ſancta ſede Apoſtolica & Romana Eccleſia apertè deciſum, vt dicit extraua. Sixti IIII. graue nimis ſub titu.de reli.& ve.ſan.) quòd virginis glorioſæ Conceptio

ceptio fuit immaculatiſſimâ & ex merito præuiſæ paſſionis & mortis Chriſti Ieſu eius filij ab omni labe peccati & originalis & actualis præſeruata, de quo ne diuina prophanis confundamus, & ne falcem in meſſem alienā immittamus te remitto ad theologos, ſignanter ad Reuerendum patrem Fratrem Bernardinum de Buſtis in opere ſuo Mariali, in prima parte, vbi per nouem egregios ſermones tradit.

Hoc vnum à pleriſque probatæ vitæ & non contemnendæ authoritatis viris accepi, & aliquando experimento didici memoriam puriſſimæ & immaculatiſſimæ Conceptionis Mariæ virginis potentiſſimam ad eruendum hominem ab omni anguſtia & tribulatione. Item ſecundo die feriarum ruſticarum, videlicet meſſium & vindemiarū, quarum tempore durante nemo ad iudicium venire compellitur, l. 1. in princip. ff. de fer. ita quod iudicium agitatum contra illo tempore citatum ipſo iure non tenetur, vt ibi.

Vnde eſt, quòd citatus † non habet neceſſe comparere ad petendum ferias ſibi concedi: quia non veniendo tacitè illas allegat, & ius ſibi concedit. Intellige dummodò ſint iam per iudicem decretæ & indictæ: quia ſecundum diuerſitatem regionum quandoque tardius quandoque citius indicuntur, l. præſidus. ff. eod. 215

Et aduerte, quia vbi non ſunt meſſes, nec vindemiæ etiam ſunt tales feriæ inducendæ: cùm neceſſe habeat alibi perquirere, ita Innocen. in d. c. fi. & Ang. Per. in d, l. præſides. Alex. & Iaſ. in d. l. 1. in prin. qui poſt Bal. ibi & poſt Dy. & Bal. in l. lini appellatio. de leg. 3. Idem eſſe dicunt in locis, in quibus homines viuunt ex caſtaneis vel pomis: quia etiam pro illis recolligendis eſſent feriæ indicendæ, per textum in d. l. lini. verſicu. lignorum.

Benè facit, quia licèt illa l. 1. dicat tantummodò de ferijs meſſium & vindemiarum, attamen gloſſ. in l. 1. gloſſ. 2. C. de agrico. & cenſi. libr. 11. idem innuit in ferijs ſeminationum, quòd debeant indici. quam gloſ. ſequitur & dicit ordi. Iaſ. in d. l. 1. in princip. Item & tertiò dic, feriarum ſcilicet repentinarum: quia etiam illis durantibus nemo regulariter cogitur in ius venire, putà ſi Princeps ob res bellicas proſperè geſtas, aut aliam publicam gratulationem ferias indicat. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſis maio. quas ſolus Princeps concedit, l. à nullo. C. de

de fe-

de ferijs. & dictæ ſunt repentinæ, quia repentè & ſubitò indicuntur, ſecundum Spec. in d. §. 1. verſic. repentinæ. próut hoc anno per Reuerendiſſimum Dominum Legatum Auinionen. ob Chriſtianiſſimi Francorum Regis in Auinionen. aduentum & ingreſſum Auinionen. conceſſæ fuere & indictæ.

Quartò dic, feriarum ex ſtatuto indictarum: per ſtatuta enim & conſuetudines benè poſſunt indici feriæ, & indictæ tolli, ſecundum Odo. in l. pridie. ff. de fer. quem refert & ſequitur Bald. in l. ſi feriatis. eod. tit. adducens text. in d. c. fina. vbi etiam conſuetudo & ſtatutum poſſunt in ferijs ob honorem Dei introducendis. Harum igitur feriarum tempore nemo poteſt cogi ad iudicium ſubeundum, niſi ipſis ferijs renunciet expreſsè vel tacitè, putà comparendo & non opponendo de tempore feriato, per d. l. 1. in princ. & d. l. ſi feriatis.

216 Quod tamen non procedit in ferijs †ſolennibus in honorem Dei & ſanctorum introductis, quibus partes pacto derogare non poſſunt, c. fina. præalleg. & gloſſ. in d. l. ſi feriatis. glo. Bar. & Bald. in l. ſi feriatis. ff. de arb. & glo. in d. l. omnes. in 2. gloſſ. fina. C. de ferijs.

Item ſecundò, non procedit in ferijs repentinis, quibus etiam non poteſt renunciari, ita pater practicæ Spec. in titu. de ferijs. §. fina. in princip. per iura quæ allegat. idem gloſſ. magiſtralis in Clemen. ſæpè. in ver. ob neceſſitates. de verb. ſign. dicens veram opin. Specul. Et idem tenent Albe. Bald. Ange. Paul. & Iaſ. in d. l. 1. in princ. ius enim publicum & diuinum æquiparantur, & feriæ inductæ in honorem Dei & repentinæ, ſecundum Bald. in d. l. ſi feriatis. de arbi. & Alexan. in l. 1. §. nunciatio. col. 8. ff. de no. oper. nuncia.

Item & tertiò non procedit in ferijs per ſtatutum introductis, quibus ſimiliter non poteſt renunciari, vbi ſtatutum exciperet aliquos caſus, & ille de conſenſu partium non eſſet expreſſus, ex mente Bald. in d. l. 1. §. fina. in fina. verbis. quod Alexand. ea. l. in princ. col. 2. videtur intelligere quando ſtatutum induceret ferias in honorem Dei, ſecùs ſi ad vtilitatem hominum.

Vbi autem dixi poſſe ferijs renunciari, intellige ſanè, quòd talis renunciatio nihil operatur, quóad tertium, putà teſtem in ipſa cauſa citatum: quoniam non obſtante partium renunciatione poterit gaudere ferijs. quia conſenſus partium non operatur in præiudicium & iniuriam teſtium, text. eſt melior,

melior, qui ad hoc poſſet allegari ſecundum Bal. ibi expreſsè notantem in l. fina. verſi. quod ſi ingeniorum. C. de arbor. & eſt. gloſſ. in d. l. omnes. in 2. gloſſ. fin. quam Bald. ibi notat & voluit Spec. in titu. de fer. §. fin. verſic. quòd ſi renunciatum. & idem Bald. in l. actus, C. de fer. & ſequitur Alexan. de Imo. in d. l. 1. in princip. ſubdens poſt Dd. ibi ſecùs eſſe vbi natura cauſæ eſſet, vt poſſet agi tempore feriato. & ibidem vide per eundem, vtrùm renunciatio extendatur ad ferias futuras, ad quem remittere ſufficiat. Anto. de Tremo.

g *In caſibus ſpecialibus.* Qui multi enumerantur in l. 1. §. fin. cum duab. ſequentib. hic allegatis. & per Specu. tit. de fer. §. ſecundo. Sed Papa in c. fi. extra, eod. reducit illos omnes ad duos generales videlicet ad † caſum neceſſitatis & pietatis, 217
quibus caſibus feriæ ceſſant. & idem dicunt Paul. & Iaſ. in l. 1. §. fin. ff. eod. Et procedit, etiam ſi eſſent feriæ in honorem Dei introductæ, vt d. c. fi. ſcribentes in d. l. 1. §. fin. Et inter cætera exempla primi caſus, videlicet neceſſitatis, non omitto illud de debitore ſuſpecto de fuga, qui poteſt tali tempore feriato etiam in honorem Dei capi, & incarcerari, & valebit proceſſus. vt eſt glo. ab omnibus reputata ſingularis in l. fin. in verſic. fideiuſſionis. C. de ferijs. quam ſingulariſauit Bald. in d. c. fin. in vlti. colum. Paul. de Caſtr. in l. diuus. ff. eod. Ang. & Raph. Fulg. in d. l. 1. §. fina. & eam ibidem ſequuntur Bald. & cæteri, eamq; vbiq; conſuetudo approbat, ſecundum Alberic. in l. ſi feriatis. C. eod. imò fortius debitor fugitiuus vel de fuga ſuſpectus poteſt capi tempore feriarum ſolenniſſimarum puta Paſchæ, vel Natiuitatis Domini, ſecundũ Baldum in d. c. fin. colum. fina. quem ſequitur Iaſ. in d. l. 1. §. fin. & in l. plerique. col. 3. ff. de in ius vocand.

Et quia bonum eſt argumentum de tempore ad locum, l. vinum. ff. ſi certum petatur. cum ſimilib. pariſormiter poterit capi in domo propria, licèt ſit tutiſſimum refugium, voluit Bald. in d. l. pleriq;. quem ibi ſequuntur Iaſ. & in d. l. vinum. & in d. §. fina. Accedit quia talis etiam per iudicem incompetentem capi poteſt, ita Ludoui. Roma. Alexand. & Iaſ. in 4. colum. in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Sicut etiam per ipſummet creditorem, & ſic per priuatum, l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. credit. per gloſſ. & Dd. Inſtit. de actio. in prin. Imò etiam per creditoris procuratorem, vt eſt gloſſ. ſingul. iunct. text. in l. 1. C. vbi quis de cur. vel

coar.

coar.condi.quam ad hoc reputat ſingularem Iaſ.in d.prînc.
218 de actio.inſtitu. Fortius dico, quòd † creditor laicus poteſt capere clericùm debitorem fugitiuum, ſecundum Bald. & Pan.in 3.col.in c.cùm non ab homine.de iudi.

Adde, quòd de fuga ſuſpectus etiam ante diem capi poteſt, ſecundum Bald. in l.1.in fine.C. de conditio. ex lege. per tex.cum glo.in verſic.intereſt. in l.quæſitum.vbi etiam Bar. & Ang.ff.de pign. Et etiam ſi lis penderet ſuper debito: quia ſi interim efficiatur ſuſpectus de fuga, poterit capi, ſecundum Angel.in repetit.l. nemo carcerem. colum.penult. verſicu, item quæro quid ſi lite pendente. de exacto.tri.libr.10. C.quæ omnia, quia quotidiana, volui aduertere, licèt extra propoſitam videantur materiam.

Aduerte etiam quia per argumentum prædictum de tempore ad locum, ſicut de fuga ſuſpectus poteſt capi die feriata in honorem Dei: ergò & in eccleſia, cuius contrarium habetur.in l.præſenti.C.de his qui ad eccleſiam confu.

h. *Enumerantur* Sunt autem numero 15. perſonæ, quæ iure ciuili omnimodò vocari ius prohibentur, etiam petita venia à prætore, quæ deſcriptæ ſunt in ll. hic allegatis, quas ll.Bartol.Pau.l & Iaſ.ibi dicunt notan. & ita obſeruari, vt iacent. Cæteræ autem perſonæ in aliis legibus illius tituli ſpecificatæ ſolo iure prætorio in ius vocari prohibentur: & ideò permiſſu ipſius prætoris poſſunt in ius vocari, cauſa tamen cognita, per text. quē ibi ad pulchram regulam notant Bartol.Angel. & Modern.in l.ſed ſi hac lege.§. prætor ait.ff. eodem titu.

219 Et aduerte, quod quindecim † genera perſonarum, de quibus in d.l.2. 3. & 4. in princip. non poſſunt in ius vocari nec citatione verbali, nec reali, ſecundum Bar. & Moder ibi. Item aduerte ſecundò, quòd illæ perſonæ vſque adeò non poſſunt in ius vocari, vt nec teneantur mittere procuratorem, aliàs nullum eſſet eorum priuilegium, ſecundum Alex. & Iaſ.vbi ſuprà in 1.colum. poſt Bart. in l.2.§.ſi quis in iudicio.ff. ſi quis caut. vbi etiam Iaſ.in 1.colum.tale enim priuilegium eſt temporale: ideò procuratorē mittere non tenē-
220 tur: ſed ſi † priuilegium eſſet perpetuum ſecùs. quia priuilegiatus vt non compareat, tenetur mittere procuratorem vt in caſu.l.fi.C.de procurato.ſecundum Bartolum latius diſtinguentem in d. §. ſi quis in iudicio.

Et

Et quòd tales in ius vocari prohibiti non teneantur mittere procuratorem, ſentit clarè Do. Huber. inf. tit. quib. mod. cita. conte. po. ver. & ſi vocatus. volens citationem de talibus factam poſſe contemni.

Aduerte tertiò, quia quædam ex illis perſonis 15. certis ſpecialibus caſibus poſſunt in ius vocari, vt ſunt in magiſtratu conſtituti, de quibus dixi ſuprà eodem verſic. item illuſtres. Anto. de Tremo. I. V. Doctor.

*Generalem* Iſtum verſicu. tranſcripſit Specul. in titul. de act. & pet. §. ſequitur. verſic. illud quoque. circa cuius verſic. materiam, quæ ſuas vellet fimbrias dilatare nedum amplam additionem, verùm etiam copioſum volumen facere poſſet: Sed notabiliora quædam in hac materia poſt Doctorum terga colligendo, dicas primò, quod author in hoc verſic. tangit de duobus vitijs libelli, videlicet generalitate ſiue incertitudine, & de incompetentia ſiue ineptitudine: in ſeq. verò verſiculo tanget de contrarietate, & in verſ. eodē modo. ponet de cumulatione actionum.

Quoad primum, quod ſe offert, pone regulam, quòd libellus † generalis & incertus non procedit, ſed in eo debet 221
res petita ſpecificari, per iura hic allegata, & per text. in l. 1. in princ. vbi Bar. & Moder. ff. de eden. & in l. ſi in rem. iuncta gloſſ. final. ff. de rei vendica. textus gloſſa & cano. omnes in c. 2. de libell. obla.

Generalitas enim parit obſcuritatem & confuſionem, vulgatis iuribus. Et quia alternatiua inducit obſcuritatem ſeu incertitudinem, c. final. de reſcript. ideò libellus non debet eſſe alternatiuus, vt eſt text. in l. prætor edixit. §. quod autem. ff. de iniur. & ibi per Barto. Fallit primò regula prædicta in iudicijs † vniuerſalibus, & ſecundò in iudicijs generalibus, in quibus res non ſunt neceſſariò ſpecificandæ in libello nec in proſecutione nec in ſententia, ſed ſufficit in executione ſententiæ illas ſpecificari. iſta notantur per gloſ. & Dd. in d. l. 1. in princip. & gloſſ. & ſcriben. in d. c. 2. vnde ſufficit dicere, peto me declarari hæredem talis, cuius ſum hæres ex teſtamento, & Titium poſſeſſorem hæreditatis ipſius condemnari ad eam mihi reſtituendum, l. licet. vbi Bar. ff. de peti. hæredi. Bart. & omnes in d. l. 1. in princ.

Vid. Caut. Capol. 146. cum seq.

222

Item ſufficit dicere, peto eccleſiam talem cum pertinentijs, per text. in c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpol. cum ſimilib. &

nor.

not. per gloſſ. & ſcribentes in d.c.2. item ſufficit dicere, peto quod reddas rationem adminiſtratæ tutelæ: quia tutelam meam geſſiſti, l. licet. C. de iudi. & nota. in præallega. locis.

Nec eſt vera differentia, quam faciunt Bar. in d.l.1. & Anton. de Butr. in d.c.2. inter iudicia vniuerſalia & generalia, videlicet quòd in vniuerſalibus res non ſint ſpecificandæ nec in libello nec in proſecutione, nec in ſententia, ſed in ſola executione: in generalibus verò, licèt libellus generalis procedat, tamē in proſecutione debeant res ſpecificari: illa enim differentia reprehenditur per Bald. Angel. Fulg. Alex. & Iaſ. in 5. col. in d.l.1. in princi. dicentes idem iuris eſſe in vtroque iudicio vniuerſali, ſcilicet, & generali, vt ſufficiat res ſpecificari in executione. Et hoc idem voluit Hoſt. Fran. Zabar. & Mari. Socin. in 12. col. in d.c.2. & Bartol. contra morem ſibi contrarius in l. 2. col.1. C. de ſent. quæ ſine cert. quanti. prola. ſunt.

223 Quæ autem † iudicia ſint vniuerſalia, & quæ generalia, & quare ſic dicantur, dic ex dictis ſcribentium in locis præallegatis. & Innoc. in c. conquerente. de offic. iudi. ordi. quòd iudicia ſint hæreditatis petitio: iudicium familiȩ herciſcundæ: actio ex teſtamento, pro hæreditate, ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituēda, & actio ex empto, quæ datur quando hæreditas fuit vendita: item ſi petatur villa, vel caſtrum, vel Eccleſia cum pertinentijs, vel præbenda cum plenitudine iuris canonici: item petitio iuris epiſcopalis.

Et generaliter iudicium poteſt dici vniuerſale, quando datur ad id, quod de ſui ſignificato multa ſub ſe vniuerſaliter continet ſiue ſit vniuerſitas iuris, vt petitio hæreditatis, vel bonorum poſſeſſio: ſiue facti, vt peculium. iſta eſt doctrina Bart. in d.l.1. in princ. col.1. verſic. quærit gloſſ. ff. de eden. quem ibi ſequuntur Modernio. & Canoniſt. in d. c. 2. de libell. obl.

Generalia verò iudicia dicuntur illa, quæ continent ſub ſȩ plura ſpecialia, non tamen ius vniuerſum, vt ſunt actio negotiorum geſtorum, tutelæ, pro ſocio, inter quæ iudicia vniuerſalia & generalia, pleræque ſunt in iure differentiæ, quas vide per Bart. & Modernio. Iaſ. in d.l.1. in prin. col. 4.

224 Secundò procedit dicta regula, ſi † de generalitate & obſcuritate libelli opponatur à reo, ſi autem non opponatur, in dubiè procederet libellus generalis & incertus, l. fin & ibi glo.

glo. magna in fine. C. de anna. excep. gloſſa & Barto. in d. l. 1. in princip. gloſſ. magnæ. ff. de edend. & ibi Barto. in col. fin. dicit eſſe textum in d. l. fina. in c. Abbate ſane. de re iudic. lib. 6. hoc autem eſt verum in ciuilibus, in quibus benè tenet libellus generalis & incertus, ſi non opponatur à parte.

Secùs autem in criminalibus, in quibus † accuſatio generalis & incerta non tenet, nec procedit etiam parte non opponente. per l. libellorũ. in princ. & verſ. quòd ſi libelli. & ibi Bar. ff. de accuſ. & voluit Bal. in l. 1. colum. 13. C. de confeſ. 225

Itẽ aduerte, quia licèt libellus † generalis & obſcurus procedat, ſi non opponatur à parte, quòd tamen ſi poſtea quandocunq; in quacunq; parte litis petatur declarari libellum, ad id tenebitur actor: aliàs iudex non debebit pronunciare, ſecundum Ioan. Fabri, Ioan. de Platea, & Iaſon in §. curare. colum. 5. Inſt. de actio. per tex. in d. l. fi. & in c. cùm Bertoldus. de iudic. & in c. cùm dilecta. de reſcrip. cum ſimili. 226

Tertiò fallit dicta regula, quando † aliquid acceſſoriè petitur, putà fructus & expenſæ, quæ peti poſſunt non facta expreſſione quantitatis, & fructibus aliter nõ ſpecificatis, text. eſt notabilis in §. 1. Inſtit. de offi. iudi. & in l. cùm propria. C. ſi quis alte. vel ſibi. & idem ſi petatur caſtrum cum iuribus & pertinentijs abſque aliã iurium & pertinentiarum ſpecificatione, c. cùm venerabilis. de except. & c. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpoliat. ſecundum Ioannem Fabri, Ioannem de Platea, & Iaſon in 6. colum. in d. §. curare. poſt Innocen. in d. c. ad ſedem. & Bald. in l. edita. in vtraque repetit. C. de edend. dicentem generaliter, quòd ea, quæ acceſſoriè veniunt, poſſunt generaliter peti. 227

Et idem dicas ſi peteretur reſtitutio caſtri cum ſatisfactione omnium damnorum datorum & illatorum, non facta declaratione ſpecifica ipſorum damnorum, quoniam talis libellus procedit, ſecundum gloſ. & Dd. in c. 2. de ord. cognit. & Ioan. de Platea & Iaſ. in d. §. curare.

Quartò fallit, quando incertitudo proueniret ex natura cauſæ in iudicium deductæ, vt quia ageretur, vt quis ſeruaretur indemnis, l. 2. vbi Barto. not. C. de ſenten. quæ ſine cert. quan. profe. & l. cùm eorum. C. de ſen. & interlocut. om. iud. vel quia ageretur ad † intereſſe, quod etiam generaliter & incertum peti poteſt: vt per gloſſ. & Bar. in l. certi condictio. in princ. in ver. ex incerto. ff. ſi cer. petatur. & gl. & Dd. in d. §. 228

curare. vbi Iaſ. in penult. colum. Et opinionem illar. gloſſat. ſequuntur communiter Vltramon. poſt Bar. in d. l. certi condictio. in prin. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in princ. in 10. & vlti. q. ff. de verbor. obliga. & in l. vna. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt profe. & in text. apert. in l. 3. in fin. C. de inutil. ſtipul.

Vel quia agitur ad factum, & facta ſunt incerta. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. ff. de verb. obli. per Bart. in l. 1. in prin. ff. de act. emp. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. in 8. q. ff. de verb. obl.

Quintò, quando proueniret incertitudo ex facto rei conuenti: quia tunc libellus incertus admittitur. text. eſt in l. 1. §. quia autem. ff. quo. leg. quem ad hoc Barto. ibi no. & in l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud. ff. de ver. obl. & idē Bar. in d. l. certi condictio. in prin. col. pe. & alibi ſæpè & benè facit text. in c. cùm cauſam. de emp. & vend.

229 Sextò procedit libellus † generalis & incertus, vbicunque actor probabiliter dubitat, ſiue ex facto tertij, ſiue ex facto proprio propter actum de longinquo & multipliciter intricatum, ita quod probabilis eſt in eo ignorantia, arg. not. in c. ab excommunicato. de reſcrip. & per glo. in c. 3. de proba. per Inno. & alios in d. c. 2. de libel. obl. vbi de hoc articulo & alijs prædictis vide latiſſimè Mar. Soci. col. 9. & ſeq.

230 Septimò procedit libellus † generalis quoad interrumpendam omnem præſcriptionem, quæ poſſit ſub generalitate comprehendi, tex. eſt ſinguleris ſecundum Bar. in l. fi. C. de anna. excep. hic alleg. & ſequitur Iaſ. in d. §. curare. Alios plures caſus poteris per te colligere ex dictis ſcribentium in d. c. 2. de libel. obla. ſignanter per Mar. Socin. & ex dictis Dd. in l. edita. C. edend. & in d. §. curare. & alibi ſæpè. Quando autem ſententia incerta valeat, poſui infrà titu. de impe. execu. & cau. nulli. in verſicu. ratione modi. in verſicul. quantitate. vbi vide.

231 Aduerte autem, ſi contra † te offeratur libellus obſcurus & generalis vel incertus, quod non petas illum declarari: quia ſic inſtrueres aduerſarium, ſed ſimpliciter petas reijci libellum, tanquàm obſcurum, & dicas te non tenere illi reſpondere, ſed te fore cum expenſis ab obſeruatione iudicij abſoluendum. Quo caſu officium iudicis erit ſolummodò pronunciare libellum reijciendum, & illi non fore reſpondendum

dum & te reum ab obſeruatione iudicis abſoluere actio[illegible] in expenſis condemnare, non autem pronunciabit libellum fore declarandum, vel ſpecificandum. Iſta eſt nota. doctrina patris practices Guil. Duran. in Specul. titu. de libell. concep. §. fina. verſ. ſis cautus. quem ſequitur Anton. de Butr. & [illegible] ij in c. fi. de libel. obla. Paul. de Caſt. & poſt eum Iaſ. colum. 2. in l. edita. ff. de eden. & Alexand. in l. 1. in princ. ff. eo. Anto. de Tremolis.

k *Vel incompetentem.* Id eſt ineptam. Ineptitudo † enim actionis ſiue libelli vſque adeò inficit proceſſum, vt ſententia ſuper libello inepto lata ſit ipſo iure nulla, nec ex ea oritur actio in factum vel officium iudicis. Iſta eſt gloſſ. ſingularis & quæ alibi non eſt in mundo, Inſti. de obli., in princ. in ver. ſecundum noſtræ ciuitatis: quam ita appellat Bald. in l. actori. ad fi. C. de reb. credi. & Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & alibi ſæpè. & pro illa gloſſ. eſt text. in l. fina. in ver. nihil agit. quem ibi ponderat Bald. ff. de libe. & poſthum. vſque adeò quod etiam poſt ſententiam de ineptitudine libelli poteſt opponi, ſecundum Iacob. Butri. & Bald. in antepen. col. in l. licet. C. de procur. & Bald. in Authen. ſi quis litigantium. C. de epiſco. & cle. & alibi ſæpè. & Pet. de Ancha. in Clem. conſtitutionem. de elec. & ſequitur Iaſ. in §. omnium. colum. 19. Inſtit. de acti. & ponit Hypo. de Marſi. in ſingulari ſuo 119. Immò plus, quoniam libellus ineptus vitiat proceſſum & ſententiam, etiam ſi non opponatur à parte, ſecundum Bart. in l. edita. colum. 3. in fi. C. de eden. & Bal. ibidē in repe. Padua. col. 15. vbi etiam Alex. in 5. & Iaſ. in 6. colum. & Anto. de But. in c. dilecti. de iudi. licèt ſecùs dixerim de libello generali ſuprà proxi. addi.

Intellige tamen primò, quando illa ineptitudo eſſet expreſſa, ſecùs ſi libellus eſſet tacitè ineptus, tunc enim valeret ſententia, ſecundum Bald. in l. certa ratione. C. quando prouo. non eſt neceſ. & in l. 2. ad fi. C. de re iudic. & ſequitur Mar. Soci. in c. fin. arti. 32. de libel. obla.

Secundò intellige, quod ineptitudo libelli vitiat proceſſum & ſententiam, quando illa cauſa erat talis quod in in ea erat neceſſarius libellus, vt eſt regulariter ſaltem vbi petitur à parte vt dixi infrà titul. de impedi. exe. & cau. nul. verſicu. ſunt & alij. ſi verò eſſet cauſa, in qua non haberem neceſſariò offerre libellum, etiam reo petenti, vt in multis ca-

 ſibus

ſibus, quos enumerat latè Mar. Socin. in c. 1. colum. 6. cum ſequentib. col. de libell. obla. illis enim caſibus, ſi offerretur libellus, & eſſet ineptus, non vitiaret iudicium, nec ſententiam, gloſſ. nota. in l. vinum. gloſ. mag. ad finem. & ibi Bald. Angel. & Modern. ff. ſi cert. peta. facit gloſ. ſingularis. in verſicu. in tranſitu. in §. multis. Inſtit. de liber. quam Bald. dicit ſingularem in l. conſentaneum. in 4. colum. C. quomodo & quando iud. facit dictum ſingulare Innocen. in c. exa-
223 minata, de iud. volentis, quòd ſi hodie exprimeretur † actio, id eſt, nomen actionis, & inepta, quòd non vitiaretur proceſſus: cùm talis actionis expreſſio non ſit neceſſaria. quod dictum Innocent. dicit ſingulare Bald. in l. Gallus. §. 1. vbi Dd. ff. de liber. & poſthum. & ſequitur etiam Iaſ. in d. §. omnium. colum penult.

Tertiò intellige, niſi poſt libelli inepti productionem ſequuta eſſet confeſſio rei conuenti, quoniam confeſſus non poterit poſtmodum opponere exceptionem ineptitudinis libelli ſeu nullitatis ex ea præuenientis, ita ſingulariter voluit Bald. in l. 2. C. de re iud. per l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & eſt text. bonus. & ibi Anto. & Butr. & Dd. in c. Piſanis de reſti. ſpol. & ſequitur Soci. in d. c. ſi. articu. præalleg. 32. & Feli. in c. licet Feli. in ſi. de ſimo.

Vnum etiam non omitto, perpetuò menti tenendum, ꝙ
234 ſi iudex † videt libellum ineptum & cauſam ineptam fuiſſe ab actore propoſitam ipſumq; actorem potuiſſe rectè agere ex alia cauſa apta, licèt debeat abſoluere reum ab obſeruatione iudicij & eundem actorem in expenſis condemnare, attamen debet ipſe iudex actori reſeruare ius agendi ex alia cauſa apta, ita not. voluerunt Barto. & Bald. poſt eum in Authen. ſed & ſi quis. in 2. col. C. de ſecund. nupt. quos ſequitur Iaſ. in d. §. omnium. colum. 22. verſic. vnum tamen.

[Handwritten marginal note: × Sequitur in contrariis except[illegible] inf.]

Quæ autem reddant libellum ineptum, & qualiter cognoſcatur libelli ineptitudo ponit Mar. Socin. in d. c. 2. articulo. 24. de libell. obla. Anto. de Tremo.

[Handwritten marginal note: Allegans contraria [illegible] l. Nemo ex his. D. de R. I. vbi Mayner. n. 9.]

1 ×*Contraria ponentes.* Vltra iura hic allegata, adde duos text. iur. canonici in c. ſolicitudinem. vbi Bald. in columnn. final. de appellatio. & in c. eum qui duas. vbi gloſſ. de elect. libr. 6. In quo articulo brocardico, quia varij varias tradidêre theoricas ſignanter Barto. cuius melior videtur diſtinctio in d. l. 1. C. de fur. tu breuiter dicas, ꝙ licèt regulariter allegans

gans † contraria non ſit audiendus: attamen certis caſibus 23.
ſpecialibus admittitur contrarietas. Primus quando conſuetudine eſſet inducta, vt contraria ab eodem contra eundem proponantur: vt de rei vendicatione & Publiciana, quę ex generali conſuetudine eodem libello cumulantur, c. Abbate ſanè. de re iudi. lib. 6. & gl. in §. alię. Inſti. de actio. Bar. in l. 1. in princ. ff. di pub. Bald. & Moder. in d. l. 1. quæ conſuetudo eſt inducta fauore litium minuendarum, vt dicunt Bald. & Salice. ibi. Signanter dixi, ab eodem contra eundem, quoniam indubitanter contra diuerſos in diuerſis inſtantijs admittitur quis ad contraria proponenda, cùm res inter alios acta &c. iuribus vul.

Secundus caſus, vbi actor eſſet incertus quod contrariorum ſibi competat, & incertitudo cauſaretur à facto aduerſarij, tunc enim admitterentur contraria remedia cum proteſtatione, quòd vno vult eſſe contentus, l. 1. §. quod autem. ff. quo. leg. de quo articu. Bald. & cæteri in d. l. 1. & Bartol. & omnes in l. edita. C. de edend. in materia cumulationis. & idem Barto. & alij in l. vbi autem. §. final. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in vltima quæſtione. ff. de verbor. obligationib. & Canoniſt. in c. 2. de libell. obla. & alibi ſæpè multa ſcripsêre.

Tertiò etiam admittitur quis ad contraria, nedum quando incertitudo prouenit ex facto aduerſarij, verùm etiam ſi ex alio quocunque errore probabili, voluit nota. Innocen. in c. conſtitutus. de in integ. reſti. quem ſequuntur Ioan. Fab. & Ange. Areti. in §. ſed iſte. Inſti. de act. pro quo multa adducit Iaſ. in d. l. 1. colum. 1. verſicu. in ea. gloſſ. facit quod ſcripſi. de libello incerto & generali ſupra eo. verſic. ¶ in prima addi. verſi. ſextò procedit. Et iſtud procedit nedum in eodem libello, verùm etiam multo fortius in diuerſis: putà, quis iuſta ignorantia ductus intentauit vnum remedium, quod ſibi non competebat, certè admittetur poſtmodum ad remedium ſibi competens contrarium prius intentato, niſi in illo obtinuiſſet, ſecundum Bart. & alios in d. l. 1. per l. mater. ff. de inoffi. teſta. & alia iura per eos adducta.

Quintus caſus, quando remedia deducerentur conditionaliter, putà dico ſententiã nullam, & ſi qua eſt, appello. de quo dixi infrà titu. de impedi. execu. & cau. nulli. verſicu. ſed nunquid iſte libellus.

Sextus caſus ponitur in l.fina. verſicu. penul.C. de codicil. alios etiam quoſdam potes colligere ex dictis Moder.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acquir.poſſ.

Aduerte etiam ad vnum, quod Bald.in l. cùm pretiũ.C.de lib.cau.dicit notatu dignum, & refert & ſequitur Iaſ in d.l.
236 1.colum.4. quod tunc demum deducens † contraria repellitur, ſi hoc reo placuerit: & ſi ab eo opponatur de contrarietate. quoniam poterit reus vnum ex contrarijs pro ſe acceptare, & nocebit ipſi actori cõtraria proponenti, per d.l.cùm pretium.

Aduerte etiam quia licèt actor non poſſit contraria remedia intentare, ſecùs tamen eſt in reo, qui pluribus exceptionibus, & quidem contrarijs, vti poteſt, vt dixi infr.titu. de perem.excep.verſic.ſed quid ſi reus.in verſic.contrarius. Antonius de Tremolis.

m *Diuerſas.* Quia hæc materia cumulationis actionum in eodem libello ampliſſima eſt, & egeret repetitione, vt dicit Iaſ.in §.curare.in fin. Inſti.de actio. cum eo te remitto ad ſcribentes poſt Bartol.in l.edita.C. de eden. & ad Cano. maximè Mar.Socin.in c.2. de libel.oblat. & ad Ange. Aret.in d.§.curare. & aliquãdo ſcripſi in l.ſi idem cum eodem. in princip. ff.de iuriſd.om.iudic. Auinione legendo. ideo hæc non repeto.

n *Sed quid.* Iſtum verſicu tranſcripſit ex hoc loco ex proprijs ſcriptis Do.Huber.de Bonacurſo Guil. Durandi in Specu..in titu.de actore.verſicu. quid ergò expreſſo tandem nomine huius authoris. teſtatur ſi quidem ibi Io.And.in addi. Speculatorem conſcientia ductum hunc authorem tandem nominaſſe, à quo ferè omnia prius per eundem Specu.ſub illo titulo ſcripta accepiſſe dicit. Anto.de Tremo.

o *Ex ratione legis.* Bonum vtique eſt argumentum ex ratione legis, cũ ratio ſit anima legis, & lex ſine ratione ſit corpus ſine anima & organum reſonans ſine ſenſu. de qua legis ratione & eius viribus dixi plenè, & non pigeat te videre in tract.per me edito, cui titulus & nomẽ eſt, anima legis. Anto.de Tremo.

p *Rei vendicationem.* Quod facere poteſt eodem libello, etiam ſi ad eandem rem ageret in ſolidum, & pro toto ex vi conſuetudinis, de qua dixi ſuprà iſto titu. verſic. retro penul. incipiente, ſimiliter repelluntur.

Sed

q *Sed criminalibus* dicitur autem † agi criminaliter, quando de crimine agitur ad vindictam publicam, putà vt imponatur pœna corporalis, vel pœna pecuniaria fiſco applicanda, vbi verò pœna applicaretur parti, tunc diceretur iudiciũ ciuile, & adi ciuiliter, gloſſ. eſt ordina. in l.3. in prin. in verſi. aureorum. ff. de ſepult. vio. quam Bart. ibi teſtatur dicere veritatẽ: licèt aliæ. glo. aliter ſenſerint, vt per eum ibi. & illam glo. ſingularisauit Io. de Imol. in rubric. ff. de pub. iudic. ſed eſt ſimilis in l. aut damnum. in princ. gl. 1. ff. de pœnis. & alia in l. 1. gl. fi. & ibi Salic. C. de ſepulch. vio. quas addit Alex. in d. l. 3. in additio. ad Bartolum & Iaſ. in rubrica. C. de iudi. 237

Mixtum verò dicitur iudicium, vbi partim fiſco & partim parti læſæ pœna applicatur, vt eſt text. ſingularis in c. tuæ. de procur. & ibi per Anto. de But. & alios & per Iaſ. in d. rub. C. de iud. licèt Pa. aliter ſentiat & ponat ſuam nouã opinionem, in rub. extra de iudi. quam impugnat Alex. in addi. ad Bar. in d. l. 3. & ibi reſpondet ad fundamenta Pa. & Iaſ. de Alex. non faciens mentionem. in d. rub. C. de iudi.

Ad gloſſ. autem ſuperius allega. adde aliam in §. in ſumma. in ver. extraordinaria. Inſt. de iniur. vnde vides, quàm ſit periculoſum dicere tex. aut glo. ſingularẽ, prout dicebat Cathoſaccus. quẽ refert Iaſ. in §. ex maleficijs. Inſt. de actio. quod qui dicit tex. aut glo. ſingularem videtur ſuperare ingenium Temiſtoclis & Mitridatis, & contra tales inuehit etiam Pau. de Ca. in l. eius qui in ꝓuincia. ff. ſi. ſi cer. pe. niſi fortè intelligeres ſingularem. i. notabilem, prout ſæpè Bar. dicens ſingularis & fortè non alibi, vel ſingularis & non habet concordantem niſi vnam, &c.

r *Mulier* tu intellige mulierem repelli in criminibus publicis, l. de crimine. C. qui accu. non poſ. & l. 1. & 2. ff. de accu. hic alle. q̃a priuatum delictũ parit ſolum ꝓ accuſationẽ damnũ vel iniuriã paſſo vel ſuis, nõ aũt extraneis, vt dicit Bal. in rub. C. qui accu. nõ poſ. col. 1. et † mulier benè admittitur ad ꝓſequendã iniuriã ſuã vel ſuorũ, vt inf. ſtatĩ dicet. Ant. de Tre. 238

ſ *Liberorum* Adde tu & ſuorum: quoniam ſuam & ſuorũ iniuriam proſequi poteſt mulier, per tex. in l. de crimine. C. q̃ accuſare nõ poſſunt. & l. ſi fœmina. C. ad ſenatuſconſul. tur.

Et dicuntur ſui in hac materia vſq; ad ſeptimum gradum, gl. eſt ꝑpetuò mẽti tenẽda ſecundũ Bar. ibi, & ſingulariter notãda ſecundũ Sal. ibidẽ in d. l. ſi fœmina. et eã ibi etiã ſequitur

Bald. & illa gloſ. multum ampliat l.2. in prin. ff. de accu. quæ dicit tantummodò de muliere proſequente mortem eorum, contra quos teſtimonium ferre non cogitur: ſed illa gl. dicit de omni iniuria. & illam glo. ſequi videtur etiam Bal. in l.1. col.12. ver. quóad primum articulum. C. q accu. non poſ. vbi de hoc ponit varias gl. opiniones. In alia tamē materia aliter ſumitur verbum, ſuorum, de quo per Bart. & alios, maximè Iaſ. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. col.5. ver. tu autē vt clarius in 2. lec. ff. de li. & poſt. & dicā plenè in tra. quē edo de ſuitate.

Sed in hac materia, an veniat appellatione ſuorum mari-
239 tus, † ita quòd mortem mariti poſſit vxor vindicare, & proſequi. Odo. in l. ſororem. C. de his qui. vt iudi. & Iaco. de Are. in d.l. de crimine. & ibi Cyn. & Bald. & Bar. in l.2. in princ. ff. de accu. Salic. in d.l. ſi fœmina. cōcludunt quod ſic, quia vna caro, &c. & idem Bald. in d.l.1. col.12. C. qui accu. vbi etiā per Bal. quid de commatre, vtrū admittatur ad proſequendā iniuriam compatris, & etiā quod de ſingulari amico, de quo etiam per Iaſ. in l. exigendi. col.2. C. de procur. De filiabus aūt naturalibus tantùm an admittantur ad proſequendū mortem parentum, Bar. in d.l.2. in prin. & Bal. in d.l.1. col. præal. concludūt, quòd ſic & idem in ſpurijs & nepharijs. dummodò ex certo amplexu natis, ſecundum Bald. hi enim omnes naturali nomine filiorum appellantur, l. tutelas. ff. de capi. diminu. Vnum tamen perpetuò tene menti, quòd mulieres admittuntur in ſubſidium, ſi nō ſint maſculi, vel ſint negligentes, tex. eſt ſecundum vnum intel. & ibi Bal. & in l. ſenatuſcōſulto. C. qui acc. non poſ. & idē Bal. in rub. eo. tit. col.1. & ibi Alex. in addi. ad eū. & idē Bal. in l.1. col.13. in prin. eo. ti.

240 Aduerte etiam, quoniam licèt in criminalibus † mulier non admittatur ad accuſandum, benè tamen admittitur ad teſtificandū de iure ciui. l.3. §. lex Iul. ff. de teſti. & l. ex eo. eo. tit. quæ eſt canonizata in c. ex eo 15. q.3. & ibi gloſſ. & gl. in c. mulierē. 33. q.5. & in c. quoniā. de teſti. & in c. forus. de ver. ſi. Iure verò ca. vbi agitur criminaliter, regulariter nō teſtificatur, p tex. in d.c. mulierē. cū ſimilib. adductis per dd. gloſſā.

Veruntamen eſt quod de iſta diſcrepantia iuris canoni. & ciuilis, licèt ſit communis, vt dicit Panor. in d.c. quoniam. tamen nullo iure probatur: imò text. in d.c. ex eo. videtur probare cōtrarium, vbi eſt canonizata d.l. vt etiam pungit Feli. in d.c. quoniam. & apertius Phil. Deci. in l. fœminæ. col.5. de reg.

reg.iur.ff. Voluntt amen Io.de Pla.& Ange.in §.teſtes. Inſt. de teſta.quod etiam de iure ciuili non teſtificetur in publicis delictis,& vbi agitur de membri abſciſione:& ibi dicit Ang. quòd fuit doctrina Flo.in d.l.ex eo.ſed valdè hæſito,cùm iura ciuilia indiſtinctè loquantur:communem tamen ſententiam, quòd iure Canonico mulier non teſtificetur in criminalibus criminaliter intentatis: limita, niſi in ſubſidium, vbi alij teſtes non reperiuntur, ſecundum Panorm. in d. c. quoniam. Item quando admittitur, minus creditur mulieri, quàm maſculo, vt per eundem Panorm. in d. c.forus. quod Felin.in d.c.quoniam.in fin.reſtringit, niſi mulieres ſtarent pro Reo ſiue accuſato: quia tunc præferrentur duæ mulieres duobus maſculis, per gloſſ.in c.clerici.81.diſtin. & & per not. per eum. in c.ex literis. de teſti. In ciuilibus autem omni iure admittuntur,niſi in caſu,l.ſcripturas.C.qui po.in pig.ha. de quo per Bald.ibi.& Felin.in d.c. quoniam. & Deci.in d.l.fœminæ.Secundò niſi in caſu c.vnic.in fin.in verſic. præter fœminas.in titul.quot teſtes ſint neceſ.ad proban.inueſti.in vſib.feud.vbi per Bald.& docto.

Item niſi in teſtamento pagani,l.qui teſtamenta. §. mulier.ff.de teſta.& §.teſtes. Inſtit.eod. In codicillis tamen admittitur,per gloſſ.ſingularem,ſecundum Paul.de Caſtr. ibi in d.§.mulier.ſed eſt alia,quæ etiam hoc vult,in l.final.C.de codicill.quam dicit ordina.Ang.Aret.in d.§.teſtes.

Item admittitur in teſtamento inter liberos, vt eſt gloſſ. ſingularis,in Authen. quod ſine.C.de teſta.quam dicit ſingularem Deci.in d.l.fœminæ. colum. 5. & idem dicas in teſtamen.ad pias cauſas,c.cùm eſſes.de teſt. de quo per Feli.in d.c.quoniam.& Deici.in d.l.fœminæ.colum.4. Anton.de Tremolis.

t *Et § ſimili modo.* Vbi etiam addidi in verſicul. ad illos caſus. vbi etiam vide,an accuſatio per pupillum vel minorẽ inſtituta ſit ipſo iure nulla, an verò ſolũ ope exceptionis veniant repellendi:& ſi oppoſitum nõ ſit,mero iure teneat, vbi omninò vide.

v *E contra videtur.* Et iſtud eſt verius, vt dixi & limitaui ſuprà eod.titul.verſi.repelluntur quoque volentes. in verſi. erat nocens. quando tractaui,an dicens verbum iniurioſum verum teneatur actione iniuriarum, vbi plenè dixi.

x *Semel ſunt calumniati.* Adde hic de ſemel procur. quod amittat beneficium probationis iuramẽtalis à lege vel ſtatuto ſibi conceſſum, quæ ſcripſi inf. titul. de impedi. & except. quę contra reſcrip. & deleg. iudic. oppo. in verſicul. ſed nunquid in vno termino. in verſicul. niſi primo iurauerit. Ant. de Tremo.

842 y *De ſe confeſſus* Adde tu, quòd nec facit iudicium ad torturam nominatio ſiue inculpatio de ſocio, quã facit criminoſus de ſe confeſſus, niſi in caſibus, poſitis in l. final. hic allega. iſta fuit ſententia Dyn. quem ſimpliciter refert Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in gloſſ. in ver. Sempronium mandatorẽ. ver. decimò quæro an inculpatio. ſed idem Angel. in ea. gloſſ. verſicul. quæro an particeps. ad idem allegat gloſſ. in l. filium. C. de libe. cau. & Bartol. in l. 1. §. ſi ſeruus. ff. de quæſtio. quia cùm non debeat criminoſus interrogari de ſocijs, niſi in caſibus prædictis: ergò nec faciet iudicium, ſi ſpontè ſocium inculpauerit: refert etiam diſtinctionem Saliçe. in d. l. fi. dicentis conſiderandam qualitatem delinquentium, vtrùm ſeruus vel liber. & qualitatem delicti, vtrùm de atrocioribus, & vtrùm ſint talia delicta, quæ vt plurimum committi ſoleant ſine ſocijs. Sed certè ſummi practici Gandi. in rubri. de quæſt. & Guy. de Suza. in rubri. qualiter Reus ſubijciatur tormentis, tenent ſimpliciter nominationem criminoſi de ſuo non facere iudicium ad torturam, niſi in caſibus exceptuatis, in d. l. final. etiamſi perſona nominata eſſet malæ famæ. Et iſtud idem voluerunt Ang. & Ludo. Rom in l. & ſi certus. ff. ad l. Silleia. dicentes facere iudicium ad formandam inquiſitionem contra nominatum, non autem ad tormenta indicenda. & dicit ibi Roma. hanc eſſe communem, & eam tenuit Arch. in c. memini. 9. q. 3. & Pa. in c. 1. de confeſ. quos etiam refert Auguſt. in addit. ad Ange.. in d. verſicu. quæro an particeps. Antonius. de Tremolis.

z *Fallit interdum.* Et alijs caſibus poſitis in l. fi. C. de accuſ. hic alleg.

843 a *Procurator* Qui † in criminalibus non interuenit, quando eſt crimen, pro quo venit imponenda pœna corporalis, ſiue ex parte accuſati. licèt ſecùs, vbi veniret imponenda pœna pecuniaria ſiue ex crimine publico ſiue priuato: quia quoad admittendum procuratorem in criminalibus non conſi-

conſideramus qualitatem delicti, vtrùm ſit publicum vel priuatum, ſed ſolùm qualitatem pœnæ, vtrùm veniat imponenda pœna corporalis, an pecuniaria, vt ſi corporalis etiam ex crimine priuato non admittatur procurator: ſi verò pecuniaria etiam ex delicto publici iudicij, & tunc poſſit interuenire: ita egregiè poſt Docto. in varijs locis concludunt Mar. Soz. in repeti. c. veniens. colum. 8. verſicul. videtur ergò. & colum. 10. verſicul. concludo igitur. qui adducit ad hanc concluſionem iura multa maximè textum. in l. 1. ff. an per alium cauſ. appellation. exer. poſſit.

Et hoc indubitanter procedit, quando illa pœna pecuniaria imponeretur de iure communi. vt eſt communis concluſio omnium Doctorum, tam iuris Ciuilis quàm Canonici: vt teſtatur idem Marian. vbi ſuprà. quæ probatur in d. l. 1. & in l. 2. C. de procurat. Etiam ſi in ſubſidium poſſet imponi pœna corporalis ob inopiam rei condemnati non habentis in ære. iuxta l. final. ff. de in ius vocando. & l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis. cum multis ſimilibus. quoniam hoc, quod ex accidenti contingere poteſt, non attenditur, ſecundum eundem Marian. poſt Ioann. de Imola. in §. ad crimen. hic allegato. Quid autem ſi ex ſtatuto pœna eſſet impoſita pecuniaria, vbi aliàs de iure communi eſſet corporalis, vide latè per eundem Maria. vbi ſuprà, colum. 11. & tribus ſequentibus. & de materia admittendi procuratoris in criminalibus, ſi velis ad ſaturitatem videre, non quæras alium, quàm præfatum Maria. Sozin. in d. repetit.

Vnum tamen non omitto pro limitatione magna prædictæ concluſionis, quòd vbi pœna pecuniaria venit imponenda à iure communi admittatur procurator, procedit niſi perſona domini eſſet iuſtior & legalior, ac per eum melius poſſet veritas ſciri: quoniam dato, quòd natura cauſæ admittat procuratorem, non tamen hoc caſu admittetur, ſi iudici hoc placuerit, per tex. in l. fin. vbi Cyn. & cæteri omnes. C. de procur. & per text. in l. ſi actor. vbi Bar. & Bald. ff. eod. tit. vbi Bal. in ſpecie dicit illum tex. & in d. l. fin. procedere etiam in criminibus. quod limitat Cyn. in d. l. fin. niſi dominus eſſet impeditus. Ex quo ſecundum eundem Marian. vbi ſuprà. facilè erit iudicibus non admittere per procuratorem eum, qui aliàs de iure communi admittendus

dus eſſet volendo perſonam principalis, tanquam legalioris, vt ſcilicet videat quo tremore, quo calore, & qua trepidatione reſpondeat, prout voluit etiam Bartol. quem Mar. refert, in l. de minore. §. tormenta. ff. de queſt. Item quod dixi, non admitti procuratorem, quando pœna corporalis venit imponenda, fallit quóad allegandas legitimas cauſas abſentiæ, nedum in facto conſiſtentes, verum etiam illas, quæ conſiſtunt in iure propter perſonam accuſatis non legitimi, putà ad proponendum exceptiones contra accuſatorem de ipſius illegitimitate, ſiue indignitate: ita probat ſingulariter tex. in d. c. veniens. & ibi Mar Soz. no. in 2. col. An autem ad opponendum exceptionem peremptoriam, & ſic cauſas innocentiæ, vide per eundem latè col. 40. & ſequ. Antonius de Tremolis.

b *L vltim.* De cuius l. vero intellectu, & pariter l. final. C. de procuratoribus, vide Mar. Soz. ponentem nouum & verũ intellectum, in c. veniens. colum. 23. & ſequ. verſi. vnde ego. de accu.

c *Sub iudicibus ſecularibus.* Quoniam coram proprio epiſcopo, vel alijs eccleſiaſticis conueniri debent, c. 1. & 2. 11. q. 1. & in c. clerici. de iudi. Et nedum in criminalibus non poſ-
214 ſunt coram iudice ſeculari conueniri, ita † vt nec confeſſio coram illo facta eis noceat etiam ad iudicium torturæ, quando initus fuiſſet tractatus: ſecùs ſi voluntariè, c. at ſi clerici. & ibi Pan. colum. 4. de iudic. Verum etiam nec in ciuilibus, per tex. in c. qualiter & quando. de iudi. in c. inolita. & c. placuit. 11. q. 1. c. ſi diligenti. de for. competen. & in Auth. ſtatuimus. C. de epiſco. & cleric. etiam interueniente conſenſu ꝓprij epiſcopi, & proprio clerici iuramento, d. c. ſi ſi diligenti. & c. ſignificaſti. de foro competent. ita quòd nec valet contraria conſuetudo, d. c. clerici. propter repugnantiam iuris diuini. Iſtud enim priuilegium fori eſt conceſſum clericis de iure diuino, per tex. in c. ſi imperator. 96. diſt. & ibi gloſſ. aurea multum notanda, volens Conſtitutiones à Romanis Pontificibus editas prohibentes clericos à iudicibus ſecularibus iudicari, eſſe ſolùm declaratorias iuris diuini, vt etiam tenent Innoc. Hoſt. Ioan. And Pa. & Felin. in c. 2. de maio. & obedi. & Domi. de ſanct. Gemi. in §. 1. 4. diſtinc. Franc. Zab. in rep. c. perpendimus. colum. 5. verſi. & primo ſcias. de ſenten. excommun. pulchrè ait, quòd licèt priuilegium can.

ſi quis

ſi quis ſuadente.17.q.4.ſit de iure poſitiuo, vt per Innoc.in c. nouerit. de ſententent.excommun. tamen priuilegium fori eſt de iure diuino per d.gloſſ. quam facit ſingularem Lud.Ro. in ſingulari ſuo 416.incip.ſed an poteſt Papa.

Et illam gloſſ.ſequuntur Pa.col.2.nota.vltim. Fel.colum. 3.in princ.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti. & Pa. in d.c. at ſi clerico.colum.10. & in c.fi.de for.compet. & alibi ſæpè.

Et iſtud priuilegium fori nedum competit clericis in maioribus conſtitutis, imò in quocunque ordine etiam primæ tonſuræ,c.cùm non ab homine ibi in quocunque ordine. vbi Pan.no.de iudi.tenet Hoſti. in c.cùm contingat. de æta. & quali. imò ſecundum eum competit etiam perſonis, vt ſunt conuerſi, oblati, & pœnitentes, in c. quiſquis. & d. c. ſi quis ſuadente.17.q.4. & in c.duo ſunt genera.12.q.1. immò, quod eſt fortius, competit priuileginm †fori laicis ſimul cum clerico delinquentibus ex perſona clerici, vt veniāt ſimul cum clerico ad iudicem eccleſiaſticum remittendi, ita Anton. de Pra.Vete.in l.1.in fin.ff. quæ ſent.ſine app.reſcind. per text. not.in l.ſi communem.ff.quemadm.ſer. amit. & aut refert & ſequitur Mar.Soz.in c.2.colum.15.verſic. 8. fallit de mut. peti. & Fely.in c.1.colum.4.verſi. & dixit.de præſcri. & reputat illud dictum ſingulare Hypol.de Marſi.ſingulari 180.incip. plura. Iſta tamen †concluſio, quod clerici non poſſunt coram iudicibus ſecularibus & laicis trahi, fallit primò, niſi ex delegatione ſummi Pontificis, qui cauſam etiam criminalem clerici poteſt committere laico, etiam mulieri, in c.Mennam. & ibi pulchra gloſſ.2.q.5. vbi Papa Reginæ Francorum Bruuigildæ Mennam epiſcopum purgandum commiſit, licèt iuramento ad corpus beati Petri præſtito ſe coram Papa purgaſſet. vnde fuit ſecundum gloſſ. ibi nimis principaliter diſpenſatum. ad idem tex.in c.officium. aliàs eſt, §. verum.32.diſtinct. & in c.illud.10.q.3. vbi clericorum crimina & cauſas laicis Papa committit, ſicut etiam laico Papa committit poteſtatem excommunicandi, gloſſ.in §. ad hæc.in ver.ducibus.32.diſtinct. & poteſtatem conferendi beneficia, in c.imperium.10.diſtinct. & in ſumma. 16. q.7. Inno.Io.Andr.Anton.de Bur. & Panorm.in c.quod ſicut.de elect.Ioan.Andr. Pet.de Anch. Dom.de ſanct.Ge. & Philip. Fran.in c.2.de præbend.lib.6.licèt conſuetudo hoc non poſſet, vt ibi per eos, & per Fely.latè in c.dilecto.de teſt. & in d.

245

246

c.2.

c.2.de maior. & obed. Secundò fallit ex priuilegio à Papa conceſſo alicui Principi de cognoſcendo de certis criminibus vel cauſis clericorum, prout rex Francorum Chriſtianiſſimus habere dicitur: quoniam licèt Summus Pontifex non poſſit in totum tollere priuilegium fori clericorum, cùm ſit de iure diuino, vt dixi morali, non cęremoniali, per text. in c. ſunt quidam. 25. q.1. attamen quod ad vnum vel quoſdam in particulari, maximè quóad certum genus criminum vel cauſarum, benè poteſt illud tollere, per text. in c. lector. 34. diſtinct. ſecundum Cardinal. Zaba. in d.c. perpendimus. & licèt Felyn. videatur noua & non firmanda concluſio, in d.c.2. de maiorit. & obedien. attamen illam firmat domin. Steph. Aufre. in addi. ad repet cle.1. de offi. ordin. in regul.1. poſt princip. adducens multa ſimilia: quòd videlicet, vt prædixi, conſuetudo hic non poſſet. quoniam data in capacitate non eſt bona æquiparatio priuilegij & conſuetudinis: & plus poſſit priuilegium, quàm conſuetudo, vt per Felyn. in d.c. dilecto. Tertiò fallit in defectu eccleſiaſticæ poteſtatis, vt quia clerici non poſſunt ab epiſcopo compeſci, tunc iudex ſæcularis poſſet corrigere, in c. principes ſeculi. 23. quæſt.5. & in c. de Liguribus. ea cauſa. & q. gloſſ. & Panorm. in c. tua. in 1. de deci. vbi Panorm. dicit de duobus contendentibus de Papatu nolentibus congregare Concilium, quòd reges & principes poterunt eis inuitis manum apponere, & dubium declarari facere, ſecundum eum, quem ſequitur Steh. Aufr. vbi ſuprà. colum.2.

Quartò fallit in eo, qui in fraudem criminis commiſſi ſe clericum fecit vel profeſſus eſt, vt euitaret iudicium ſeculare: quoniam clericatus, quóad priuilegium fori ei non proderit, quominus iudex ſecularis procedat, & inſtantiam faciat, & ſententiam ſuam quóad bona ipſius exequatur, in perſonam tamen nullam executionem faciat, ſecundum Ioann. Andræ. in c. vno. de obliga. ad ratio. ita poſt multas opiniones relatas concludens, & poſt eum Panorm. ibi, & Bartol. latè in l.1. colum. 2. ff. de pœnis. per Bartol. aliquid in l. cùm quædam puella. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ibi per Alexandr. remiſſiuè. & per Bald. in l. Officiales. C. de epiſcop. & cleric. per Sali. in Authent. ſtatuimus. eod. titul.
247 Niſi iam fuiſſet † ante clericatum per iudicem ſecularem captus & incarceratus, & intra carceres ordinaretur vel profi-

profiteretur: quia nil ei prodeſſet, quin poſſet etiam in perſonam puniri ea degradatio, ſecundum Ioannem And. vbi ſupra: quoniam perſona eſt iam præuenta & clericatus vel profeſſio non reperit eum liberum. Secùs tamen ſi prius vouerat religionem intrare, & poſteà deliquit, & poſtmodum ingrediatur religionem: quia ingreſſus trahitur retro ad diem voti: iſta eſt doctrina Baldi in l. 1. in fin. verbis C. an ſer. ex ſuo facto. dicens cordi figendum. quam doctrinam dicit ſingularem, & eam ſequitur Alexand. de Imol. in d. additione ad Bartol. in d. l. 1. ff. de pœnis. & Iaſ. de Alexand. ſuo præceptore non faciens mentionem, in d. l. cùm quædam puella. verſicul. vltim. iſta lex dicens valdè notandum. quia poſſes hominem euadere à morte ſubdens quòd votum poterit probari per iuramentum ipſius vouentis, ſicut cætera in animo & conſcientia conſiſtentia, per gloſſ. ſingul. §. ſed iſte. gloſſ. magn. circa medium. Inſti. de action. quam ſingulariſauit Bal. in c. bonæ. el. 2. colum. 5. de poſtul. prælator. cui adde gloſſ. in c. ſignificaſti. el. 1. in verſicul. ſi eſt ita. de homi. & gloſſ. in t. 1. gloſſ. 2. C. ad l. Cor. de ſicar.

Quintò fallit in clerico arma militaria deferente tertiò monito, & non deſiſtente quia ſine alia degradatione actuali exutus eſt priuilegio clericali, text. & ibi Panor. & Felyn. in c. in audientia. de ſentent. excommun. ita quòd nedum exuitur priuilegio can. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. ſed etiàm priuilegio fori, gloſſ. eſt ſingularis in Clem. 1. in verſicu. priuilegij. de offic. ordin. quam ibi ſequitur Io. de Imol. & Franc. de Zab. & eam dicit ſingularem Felin. in d. c. in audientia.

Sextò fallit in clerico publicè & perſonaliter exercente artem macellarij & tabernarij: quia ſi tertiò monitus non deſiſtat, vel poſteà reaſſumat, perdit priuilegium clericale, iuxta formam Clem. 1. de vita & honeſtate clericor. Et licèt ſint multa alia vilia officia: non tamen extendas illam conſtitutionem pœnalem ad non expreſſa, ex mente gloſſ. ibi, quam ſequuntur ibidem Ioan. de Imo. Fran. Zab. & Pan.

Septimò idem eſt dicendum in clerico ioculatore, goliardo, & buffone: qui poſt annum vel ante, ter monitus, non deſiſtens, ipſo iure, clericale perdit priuilegium, c. vno. de vita & honeſtat. clericor. libr. 6. etiamſi in ſacris eſſet conſti-

conſtitutus, ſecundum Archi. domi. de Sanct. Gemi. & Phil. Fran. ibi. Octauò fallit in clericis quacunq; dignitate prȩfulgentibus aſſaſſinis, vel per aſſaſſinas aliquem occidi mandãtibus, qui vltra alias pœnas poſſunt per iudicem ſecularem ſine alia degradatione puniri, c. 1. de hom. lib. 6. Nonò fallit in clerico cum vnica & virgine coniugato, non deferente habitum & tonſuram clericales, c. vno. in fin. de cleri. coniuga. libr. 6. Decimò non gaudet priuilegio clericali actualiter degradatus, cùm ſit de foro ſeculari, c. nouimus. de verb. ſignific. & ibi Pan. in 2. not. & in c. degradatio. in fin. de pœnis. libr. 6. & poteſt fieri talis † degradatio ob delictum graue & pernicioſum, etiam non data incorrigibilitate, per text. ſingularem ſecundum Pan. ibi. in d. c. nouimus.

248

Sacerdos tamen actualiter degradatus, verè conficit Sacrum Chriſti corpus, licèt peccet, vt voluit gloſſ. poſt Lau. Ala. & Tancre. in c. 2 de cleric. excommun. miniſ. & ibi Innoc. & Hoſt. ſequuntur & Archid. Ioann. Andr. & Dom. de ſanct. Gemin. in d. c. degradatio. & idem Archi. allegans Theologos in c, quid ſit. de conſecrat. diſtinct. 2. & hanc dicit communem diui. in d. c. degradatio. in fin. Vndecimò idem dicas in depoſito verbaliter, qui ſequuta incorrigabirate excommunicatus, & creſcente contumacia anathematiſatus ſine alia degradatione actuali per iudicem eſt comprimendus ſecularem, text. & ibi Ioan. And. & Pa. in c. cùm non ab homine. de iudi.. Duodecimò fallit in clerico bigamo vero: vt quia cum duabus contraxit, vel interpretatiuo ſimpliciter: vt quia cum vidua vel corrupta contraxit, quia tales exuti ſunt omni priuilegio clericali, & eis eſt interdicta delatio habitus & tonſuræ clericales, c. quiſquis. 84. diſt. c. vno. de biga. libr. 6.

Intellige ſanè dummodò contraxerit & matrimonium conſummarit, aliàs ſecùs, c. debitum. de biga. Et procedit etiam, ſi erraſſet, vt quia credebat virginem, cùm eſſet corrupta: vt plerunq; contingit. quoniam talis bigamus eſt, ſecundum Hoſti in ſumm. tit. de biga. §. fi. verſ. ſeptimo quȩritur. & ſequitur Aufr. in addi. ad deci. Ca. Tholo. deciſ. 255.

249 Non ſic tamen eſt in † bigamia interpretatiua ſecundum quid: quia illa non priuat priuilegio clericali, licèt reddat inhabilem quóad legē promotionis, vel executionis officij, putà in presbytero, qui de facto cõtraxit cum duabus, vel cũ vidua:

vidua: quia licèt efficiatur bigamus, vt non poſſit in ſcriptis miniſtrare, tamen non priuabitur priuilegio clericali, gl. in d. c. quiſquis. & glo. in d. c. vno. & ante illã Calde. Io. Mo. & Arch. ibi, & poſt eam Domi. & tenent Io. Andr. & Panorm. in c. Ioannes. de cleric. coniug. Similiter in eo, qui contraxit cum vidua & virgine, quæ tamẽ poſtmodum publicè adulterata eſt: quia licet quòad legem promotionis efficiatur bigamus eam retinendo, in c. ſi cuius. 34. diſtinct. tamen priuilegium fori non perdit, ita fuit deciſum per Capel. Tholo. deciſion. 64. poſt Docto. in d. c. vno. de pign.

Decimo tertiò fallit in clerico aliquam artem exercente et in illa delinquente, qui coram iudicibus illius artis poterit conueniri, argu. tex. nota. in l. fin. C. de iuriſd. omnium iud. & tenuit Bal. in addi. ad Specul. tit. de Reo. verſic. ſcholaris clericus. dicens clericum pelliparium poſſe conueniri ſub camerlingo, vt ibi per eum. Quod tamen non placet Panor. in c. cùm ab eccleſiarum. colum. 2. verſicul. vnde poteſt dubitari. de offic. ordin. propter generalitatem, c. ſignificaſti. de for. compet. & licèt iſtud vltimum videatur de iure verius, tamen Bald. opinionem ſeruat conſuetudo in regno, vt dicit Aufre. in d. regul. 1. col. 7. Decimoquartò fallit in clerico falſum deponente, vel aliàs falſum cõmittẽte coram iudice ſeculari: quia poterit per eundem non obſtante priuilegio fori extraordinariè puniri, text. iuncta gloſſ. 1. & ibi Cyn. & Bald. in l. nullum. C. de teſti. delinquendo † enim in iudicio ſe aſtringunt foro, ſecundum Bald. ibi. quod dicit menti tenendum. facit text. & quod ibi Angel. Peruſ. in l. quoties. C. de iudi. & text. in l. interdum. §. qui furem. qui non eſt alibi ſecundum Bald. ibi. ff. de furtis. vbi licèt iudex maleficiorum non cognoſcat de cauſa ciuili principaliter, l. ſoluemus. §. latrunculator. ff. de iudic. ſecùs tamen incidenter, per illum textum mirabilem. Sicut de viatico dicunt gloſſ. & Angel. in proœm. Inſtitu. in princip. in ver. per legitimos. facit etiam quod notat Bar. in l. ſi quis obrepſerit. in vltim. quæſtion. ff. ad l. Cornel. de ſicar. 25

Et iſtam opinionem tenere videtur iuris pater Innoc. altera ſtella in perpetuas æternitates permanſura, vt dicit Specul. in proem. Speculi, verſicul. nouiſſimè. cuius opinionem ſi habeas, maximè in foro Canonico coronaberis, vt dicit Ioann. Fab. in §. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtipulat.

Innocentii conte... dario et auth...

K Inno.

Innoc. inquam in c. verum. de for. competen. & Frede. de Senis. conſil. 63. incip. factum quod proponitur. colum. 9. verſ. item ad id quod dicitur, volens, quòd licèt de crimine clericus non poſſit coram iudice ſeculari conueniri: attamen clericum agẽtem vel accuſantem coram eo, & calumniam vel falſum committentem poteſt extra ordinem ex officio punire: ita tamen quòd executio, ſi eſſet in perſonam fienda, reſeruetur iudici eccleſiaſtico. ſed ſi realis, in bonis clerici illam faciet iudex ſecularis. Et hanc opinionem dicit eſſe æquam Petr. de Anch. in repet. c. ea quæ. in 26. q de regul. iur. libr. 6. & ſequi videtur Sali. in d. l. nullum. referens ita tenere Petr. de Anch. vbi ſuprà. Et ita etiam videtur ſentire Archid. poſt gloſ. in c. presbyteri. 5. quæſt. 6. & Lanfran. de Ori. in c. quoniam contra falſam. de proba.

Et iſtam obſeruat communis conſuetudo Curiarum regni Franciæ: Contrariam tamen ſententiam, quæ eſt verior in puncto iuris, tam altera ſtella in perpetuas æternitates permanſura: Hoſt. in d. c. verum dicens cognitionẽ eccleſiaſtico iudici fore remittendam. quem ſequuntur Ant. de But. Pan. & Fel. ibi pro iſta parte facit communis doctrina Io. And. & omniũ doctorũ in d. c. at ſi clerici. de iud. & in c. 1. de mu. pe. & in d. c. verum. quod de omni crimine clerici, & principaliter & indecẽter, directè & indirectè cognoſcere debet iudex eccleſiaſticus, c. vno. de cle. cõiu. li. 6. & à iure diuino ꝓceſſit priuilegium fori, vt dictum eſt. vnde iura ciuilia generaliter loquentia non lædent ipſum priuilegium, arg. tex. in c. quãuis. de præben. lib. 6. vnde Bal. ſibi cõtrarius in c. vno. §. ſi clericus. de pace tenen. in vſi. feud. dicit clericum nec delinquẽdo nec propagando poſſe ſuo foro derogare. Sed præcedens opi. obſeruatur in regno vt dixi.

Et ſimiliter licèt non de iure, ex priuilegio tamen pretenſo conſuetudine ab immemoriali æuo citra obſeruata ſeculares iudices cognoſcunt contra clericos de portatu armorum, de infractione ſaluagardiæ, de vſurpata iuriſdictione regia, & offenſa officiarijs regijs in officiando facta, de quibus omnibus vide dom. Stepha. Aufre. vbi ſupra. Decimoquintò fallit in cauſa recõuentionis, glo. in c. deniq;. 96. diſt. & in c. multi. 2. queſt. 1. & ſumma. 11. q. 1. & ibi Arch. & in d. c. at ſi clerici. per text. in l. cùm Papinianus. in fin. C. de ſenten. & inter. omnium iudic. canonizatum in c. cuius in agendo. in quæſt.

in quæſt. 8. Innocent. in c. 2. de for. competent. Hoſtien. Io. And. Imo. Are. & Fel. qui tamen non firmat in d. c. at ſi clerici. & iſtam opinionem approbat antiqua conſuetudo ſecundum Io. And. ibi, & ſecundum Fel. habet maiorem partẽ Dd. & eam tenet Spec. in tit. de Reo. in prin. verſi. item clericus. & Bar. Saly. & Ful. in d. l. cùm Papinianus. Bald. & Saly. in Authen. habita. C. ne fil. pro pa. Bald. & Ang. & Alexand. in addi. ad Bartol. dicens eſſe communem, in Auth. & conſequenter poſita. poſt d. l. cùm Papinianus. & Petr. de Anch. in d. regul. ea quæ. quæſt. 14. Et iſtam fatetur magis æquam, Mar. Sozin. pleniſſimè diſputans in c. 1. colum. 15. articul. 5. de mutu. petit. licèt in puncto iuris contraria ſit verior ſecundum eum. quam tenuerunt Ioan. de Lig. Cardin. Anton. de Butr. Pan. ſecluſa conſuetudine. & Barba. in d. c. at ſi clerici. Iacob. Butr. Petrus de Bel. Pert. Cyn. & Mar. Sil. in d. Authen. & conſequenter Domin. de ſanct. Gemin. in d. c. cuius in agendo. & in d. c. multi. per multas rationes, de quibus per Fel. in d. c. at ſi clerici. & per Sozin. in d. c. 1.

Sed à prima non recedas, quæ tamen recipit quatuor limitationes, quas ponunt Fel. & Sozin. vbi ſuprà, & eas reaſſumpſit Domi. Stephan. Aufre. vbi ſuprà, in 2. regul. colum. 2. additis duab⁹ ex Philip. Simo. in addi. ad Fel. in d. c. at ſi clerici.

Primò, ſi † reconueniretur de crimine, c. vno. de cle. coniu. 251
Innoc. & alij in d. c. at ſi clerici.

Secundò, ſi reconueniretur de cauſa ſpirituali vel adnexa, c. tuam. de ord. cog. Innoc. & omnes in d. c. 1. de mut. pet.

Tertiò, ſi virtute reconuentionis perſona clerici eſſet diſtringenda: quia clerici diſtrictio eſt iudici ſeculari interdicta, Arch. in d. c. vno.

Quartò, ſi laicus procuraſſet ſe conueniri per clericum, vt illum reconueniret, tex. cum gloſſ. in ver. ſeculari. de iur. pa. tex. in l. 2. §. ſed ſi agant. de iudi. ff.

Quintò, ſi clericus ageret actione famoſa contra laicum, vt ſuper iniuria ei illata, d. §. ſi agant. Bald. & Sali. in d. Authen. & conſequenter. Vltimò, ſi clericus in fraudem laicum conueniſſet, vt ibi reconueniretur in præiudicium priuilegij fori, ſecundum Ang. in d. §. ſed ſi agant. & ſequuntur præallegati Doctores. Decimoſextò conuenitur clericus coram iudice ſeculari, ſi ſit hæres laici, cum quo fuerat inchoata inſtantia coram iudice ſeculari, quia iſta tranſibit in

clericum. Licèt enim clericus hæres laici non poſſit conueniri, vbi conueniendus erat defunctus propter priuilegium clerici in corpore iuris clauſum, Bartol. & Paul. in l. hæres abſens. in princip. ff. de iudi. Bartol. in l. 2. §. legatis. eod. tit. Cyn. & Bald. in Authen. quas actiones. colum. 3. verſi. ex iſtis reputantes not. dignum. C. de ſacroſanct. eccl. Pa. & Fel. in c. quia Gu. de iudi. & eſt g oſſ. in c. clericum nullus. 11. quæſt. 1.
252 & gloſſ. in c. is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. tamen vbi † laicus eſſet conuentus ante mortem ſuam, & inſtantia contra eum inchoata, certè tranſibit in clericum hæredem, & conuenietur coram iudice ſeculari. iſta fuit ſingularis limitatio Imo. in l. ſi cùm hominem. ff. de fideiuſſo. Imol. & Ang. in l. non ſolùm. §. quod vulgò. ff. de vſuca. quam dicit ſingularē Alex. in addit. ad Bal. in d. Auth. quas actio. & in addi. ad Bar. in d. Auth. & conſequenter in addi. clericus. & ita etiam firmat Paul. de Caſtr. in d. l. hæres. in princip. & in l. ſi conſtante. §. fina. l. ad fin. ff. ſolut. matrimo. & Aret. & Barba. in d. c. quia Gu. contra Anto. Imo. ſibi contrarium, & Pa. ibi fundamentis de quibus ibi per eos, quæ etiam ponit Fely. ibi col. 1. in fi. & 2. in prin. & iſta videtur æquitati magis conſona, ſecundum Aufre. vbi ſupra.

Decimoſeptimò fallit, vbi laicus hæres vellet facere teſtamenti publicationem, & intereſſet alicuius clerici aliàs ſucceſſuri: quia cùm actus iſte non poſſit fieri, niſi vocatis quorum intereſt, c. ſignificauit. de teſti gloſſ. Inno. Hoſt. Ioann. And. Bald. Pa. & Fely. in c. Albericus. eod. titul. Bart. & Bald. in Authen. ſi quis in aliquo documento. C. de edend. cum concord. tradi. per Felyn. in d. c. Albericus. Item cùm actus iſte non poſſit expediri coram aliquo iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari, niſi coram magiſtro cenſus in vrbe Romana, l. conſulta. C. de teſta. vel præſidibus prouinciarum, & defenſoribus ciuitatum, vt in §. nulla. in Authen. de defen. ciui. colla. 3. aliàs publicatio eſſet nulla, ſecundum Bartol. Bald. Saly. & Ioan. Fab. in l. teſtamenta. C. de teſta. poterit hoc caſu clericus conueniri coram iudice ſeculari ad talem actum competenti: quia apud rectores eccleſiarum fieri non poteſt, vt dicit text. in d. l. conſulta. & ibi Bald. & Salycet. ita tenent expreſsè Bald. Panor. & Felyn. in c. final. de fide inſt. & ſecundum eundem Fel. erit citatio monitoria, ſi ſua putauerit intereſſe non arctatoria, vt per eum.

Et idem dicendum in omni actu, qui veniret expediendus coram iudice ſeculari, vt in confectione inuentarij per laicum hæredẽ fiendi, vocatis creditoribus & legatarijs, iuxt. l. fina. §. cùm igitur. & ibi per Bal. & Dd. C. de iure delib. vel in confectione inuentarij tutoris: quod in confectione æquiparatur inuentario hæredis, ſecundum Spec. in tit. de inſti. edi. §. fi. ver. huius autem inuentarij, vel in caſu Auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. quando minor † petit ſuper aditione hæreditatis reſtitui, quia ſi inter creditores vel legatarios ſit aliquis clericus, conueniri poterit corã iudice ſeculari, vel vbi ſtatuto caueretur, quòd legata nõ valerẽt, niſi illis inſinuatis coram poteſtate, & clericus eſſet hæres, & legatarij vellent petere inſinuationem, quia poterunt conuenire clericum coram poteſtate, vt compareat, ſi ſua putauerit intereſſe, per prædicta, vt voluit nota. Bald. in d. l. teſtamenta. colum. 2. & ibi Paul. de Caſtr. dicens ex vltimo exemplo conſuluiſſe & Bald. latè defendit, Felyn. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. 24. verſicul. vltimò non omitto. de conſtitut. & Salyc. in d. l. conſulta. & Domin. Stephan. Aufre. in d. regul. 2. column. 4. Et idem dicas in actu emancipationis fiendæ per patrem de filio clerico, & in actu inſinuationis donationis fiendæ clerico, ſi excedat ſummam quingentorum aureorum: quia fieri debebunt coram iudice ſeculari, ſecundum Petr. de Ancha. in d. regul. ea quæ. q. 17. in 6. 253

Decimooctauò fallit, vbi clericus vocaretur pro euictione & guirentia à laico emptore coram iudice ſeculari conuento ſuper re per ipſum clericũ vendita: quia ibi tenebitur clericum defendere, nõ obſtãte priuilegio fori, per tex. in l. venditor. ff. de iud. quem dicit nota. & magiſtralẽ. Iaſ. in Auth. quas actiones. col. pe. & per tex. in l. 1. C. vbi in rem actio. per Bal. in Auth. clericus. C. de epiſ. & cle. & per Ang. in l. nõ ſolùm. §. quod vulgò. ff. de vſuca. Arch. in d. c. clericum nullus. 11. q. 1. Ant. de Bu. Card. Pa. & Mar. Soz. in c. quoniã frequenter. §. quod ſi ſuper. vt lit. non conteſ. dicẽtes ſecùs eſſe, vbi eſſet nominatus clericus à colono, tanquàm principalis, & ius habens, ſubdentes ita debere intelligi gloſſ. quæ contrarium velle videtur in d. c. clericum. quã dicit ſingularem. Mar. vbi ſup. col. 11. & idem tenent Pa. in c. fi. de emp. & vend. & Petr. de Anch. latè in d. reg. ea quæ. q. 17. & Ang. Are. in §. actionũ. Inſt. de actio. licèt contrarium teneãt pauci relati à moder.

 præal-

præallegatis. & primam ſen. obſeruat vſus communis curiarum temporalium regni. Decimononò fallit in cauſa feudali, ſuper qua clericus conueniri debet ſiue ab alio clerico ſiue à laico coram domino feudi, per tex. in c. verũ. & ibi Inn. Hoſt. Bal. Pa. & Fel. de for. compe. & in c. tranſmiſſa. & per tex. in l. imperialem. §. fi. de prohi. alie. feu. per Fred. & ibi ꝑ Bal. Alue. Mar. Lau. & Car. Alexan. & per Zab. Imo. & Zē. in Cle. 1. de offi. ord. & Anch. in d. reg. ea quæ. q. 22. & Zab. in repe. d. c. perpendimus. Quæ iuriſdictio domini feudi eſt ordinaria, & ideò reſpectu conſimilis cauſæ prorogabilis, ſecundum Pa. in c. cæterũ. de iud. Et poterit ipſemet dominus feudi ſuam ſententiã exequi, l. à diuo Pio in prin. ff. de re iud. &
234 tenet in d. c. verũ. Et huiuſmodi † iuriſdictiones in perſonas eccleſiaſticas, etiã epiſcopos tenentes caſtra in feudũ, habent laici domini feudi, etiãſi eſſent ruſtici, ſecundum Inno. in d. c. verũ. quod Bald. dicit mirabile in l. fi. in fi. C. ſine cen. vel reli. vnde licèt eccleſia Rom. ſit magiſter imperij, tamen ſi teneat feudũ ab Imperatore illo reſpectu erit vaſalla, ſecundũ Bal. in l. ſed ſi hac. in §. liberta. ff. de in ius voc. Intellige tamẽ hanc fallentiã, quãdò ageretur ciuiliter: ſecùs ſi criminaliter ad priuationẽ feudi: quia licèt eccleſiaſticę perſonę ligentur conſtitutionibus feudorũ, vt in d. c. cæterũ. per quẽ tex. Bald. Car. & alij notant, quòd conſtitutiones feudales habent locum in feudis eccleſiaſticis. & concludunt Mar. Lau. col. 1. & Iaſ. col. 3. in proém. feu. licèt etiam clerici vaſalli incidant in naturales pœnas feudorum, c. vno. in §. fi. de capi. cora. per Iaſ. in l. placet. in 1. lectura. col. pe. C. de ſacroſ. eccl. Attamẽ ſi agatur cõtra clericum ad priuationem feudi propter crimẽ Pares Curiæ non cognoſcent, ſed erit ad eccleſiaſticũ iudicẽ ſuper crimine cognitio remittenda, & conſtito de crimine coram iudice eccleſiaſtico dominus feudi auferet feudũ pro velle ſuo: ſi verò fuerit clericus abſolutus, non poterit auferri, ſecundum Inno. Io. And. Pa. & alios, in d. c. verum. in crimine enim clerici nec directè nec indirectè cognoſcere poteſt laicus, vt prædictum eſt.

Et intellige ſecundò hanc fallentiã, etiamſi immediatè dominus feudi eſſet eccleſiaſticus, putà epiſcopus, & mediatus
255 ſuperior eſſet laicus, putà rex: quoniam † ab immediato domino cognoſcẽte de cauſa feudali appellabitur ad ſuperiorem dominũ feudi laicũ, putà regẽ, nõ ad archiepiſcopũ,

c. Roma-

c.Romana.§.debet.iuncta gl.in ver.iure alio.de appell.libr. 6.notat gloſſ.Panorm.& Io.de Ana.in c.2.de delict. pu. tenent ſingulariter Innoc.Pa.& Felyn.in c. ſolitę. de maio.& obe.Bart.in l.1.§.ſi quis.ff.de appel.& plures relati à Fely.in d.c.ſolitę. col.2. & ibi limitat duobus modis,quē vide,quia longior fui.

Vigeſimò fallit generaliter, vbi ageretur contra clericum actione reali:quia ſuper illa cōueniretur corā iudice ſeculari ita voluit Guil.de Cug.& ibi eum refert Bal.in prin.in Auth. clericus.C.de epiſ.& cle.qui ita exemplificabat illum tex.& Collec.in d.c.at ſi cleric.allegat,& malè,ita tenere Hoſt. in ſumma de for. compe.§.2.próut referunt Pa.in c.qualiter & quando.de iudi.& Mar.Soz.in c.ſanè.col.6. de for. compet. pro hac parte facit tex.in c.quod clerici.& c.ſi diligenti.eod. tit.vbi tamen dicitur de crimine & perſonalibus actionibus, item facit dictum Inn.in c.nouerit.de ſen. excom. quòd ſolus Imperator in temporalibus vniuerſis tā clericis quā laicis præeſſe debet,& voluit idem Inn.in c.non minus.de immu.eccl.dicens res clericorum eſſe de foro laici.

Et licet contrariam ſententiam teneant communiter omnes,Archid.in c.vno.de cler.coniug.lib.6.Collec.in d.c. at ſi clerici.Pa.& Fel.in d.c.capi.qualiter & quando.& in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. colum.8. & Mar.Soz. in d.c.ſanè.col.6, Bal.in Auth.clericus.præalleg.& idem Bal.in c.2.de iudi. & in c.cùm veniſſent.de eo qui mit. in poſ. Io.Fa. in Auth.ſtatuim⁹.C.de epiſ.& cle.Io.de Pla.in l.viros.de Pala.Sal.lar.li. 11.C.& probant tex.generaliter loquentes in d.c.qualiter & quando.& in d.Authen.ſtatuimus.& eſt caſus in c.final. de iudi.& tex.argu.ab ſpeciali.in d.c.verum.& c. ex tranſmiſſa.de for.compe.Attamen conſuetudo in regno Francorum habet contrarium,próut refert Bal.in d.Auth.clericus.& Io. Fab.in §.fi.Inſt. de ſatiſda.dicens cardinales & epiſcopos in reali reſpondere in foro ſeculari.& idem refert Aufrer. in d. reg.2.col.3.Pro qua conſuetudine eſt text.bonus in d. c. cùm veniſſent.ibi ſecundum bonam terræ conſuetudinem. Sed nimirum ſi in reali trahantur clerici coram iudicibus ſecularibus in regno:quoniā quod magis à iure cōmuni diſſonū eſt clerici conueniuntur corā iudicibus ſecularibus cōditione ex l.diſſolutę.C.de cōd.ex l.id eſt,ſuper cancellatione inſtrumēti, vel aliàs inefficacis, licèt cōditiones ſint actiōes p-

 ſona-

ſonales. §. appellamus. Inſti. de actio. Niſi defenderes ex vi ſubmiſſionum & hypothecarum ad vires & rigores curiarum, vt per Dom. Aufre. vbi ſupr. colum. 6. Item conue-
256 niuntur prælati † & clerici ſuper actione merè perſonali, ſi cum ſcedula propria manu ſubſignata ſe obligauerit laico in certa ſumma. Item vbi agitur hypothecaria: quia illius cognitio eſt interdicta in dicto regno iudicibus eccleſiaſticis ex eo, quia eſt realis, & de reali, vt dixi, non cognoſcunt. Item ſuper poſſeſſorio retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis omnium beneficiorum & iurium eccleſiaſticorum: pro quo videtur tex. in c. cauſam quę. qui filij ſint legit. Item ſuper ſolutione arreragiorum, cenſus annui, & ſolutione tributorum, & reparationibus eccleſiarum, conueniuntur corã præſidibus, ſiue Seneſcalcis, & alijs iudicibus ſecularibus. Itẽ ſuper notorio abuſu, & ibi aliquid attemptãt in præiudicium conſilij Baſilienſis, & pragmaticæ ſanctionis. De quibus omnibus vide latius per præfatum Dominum Auf. vbi ſup. Vigeſimoprimò fallit, vbi clericus eſſet dandus tutor: quia à iudice ſeculari poterit dari, quod intellige in exorciſtis, & alijs inferioribus: quoniam in ſacris conſtituti epiſcopi & religioſi cogi non poſſunt ad tutelam, imò nec volentes admittendi ſunt, prçterquam ad legitimam, non autem ad datiuam vel teſtamentariam, vt in c. peruenit. cum gloſſ. mag. 86. diſtinct. & in l. generaliter. & in Authen. presbyteros. C. de epiſcop. & cleric. Et licèt ius ciuile etiam ad legitimam epiſcopos & monachos non admittat, tamen corrigitur per tex. in d. c. peruenit. ſecundũ gl. ibi, vt volentes admittantur ad legitimam. & Spec. ſequitur in tit. de tuto. §. generaliter. verſ. item opponitur. Et hoc voluerunt Oldra. & Bald. in d. l. generaliter. in fin. & ad Bald. ibi remittunt Petr. de Ancha. in d. c. ea quæ. q. 18. & dom. de Ro. 181. & vide Angel. in §. ſed hodie. Inſti. de Atti. tu. Et idem dicas, ſi clericus minor, vt actor litigaret in foro ſeculari: quia ſi curatorem non habeat, dabitur ſibi ad litem per ipſum iudicem ſecularem: ſecùs tamen in generali curatore, qui clerico dabitur per iudicem ſecularem, ſecundum Dom. de ſanct. Gemin. in c. ſi annum. de iudi. in 6. & Petrus de Anchar. in d. c. ea quæ. quæſt. 18. & Oldra. conſil. 59. Vigeſimoſecundò fallit, vbi clericus in executione ſententiæ latæ per ſecularem iudicem vult ſe opponere, tanquàm tertius, ad impediendum

dum executionem: quoniam talem oppoſitionem facere tenebitur, & proſequi coram ipſo ſeculari iudice, ſecundũ Bal. in l. teſtamenta. C. de teſtam. & eundem Bald. in l. fin. col. 12. ver. ſed hic quæritur. & Salice. ibi. in d. l. conſulta. & faciunt quæ dixi ſuprà fallen. 17.

Viceſimotertiò fallit, vbi clericus communi æſtimatione habetur pro laico, vel eſſet dubium, an eſſet clericus, quia poterit citari coram iudice ſeculari, & ſi non compareat allegaturus priuilegium ſuum, poterit mulctari, & in expenſis condemnari, l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. l. ex quacunque cauſa. ff. ſi quis in ius voc. non ie. & c. ſi duobus. de appell. ita tenet gloſſ. in c. conuenior. in ver. congrueret. 23. q. 8. & Hoſti. in ſum. de iudic. §. illud autem. poſt princi. vbi enim † iudex 257
probabili errore facti credit ſe iudicem competentem, valet acta per eum, licèt non ſit competens: quia opinio præfertur veritati in iudicijs, ſecundum eum. & hoc tenet etiam Barto. poſt glo. ibi in l. nõ videtur. in prima. ff. de iudi. dicens, quòd ſi ex tenore citationis appareat de priuilegio, vt quia diceret iudex ſecularis, cites dominum talem presbyterum, non teneretur tunc comparere, aliàs ſecùs, ſi eſſet dubium. quod etiam voluit gloſſ. in c. ſi epiſc. 3. q. 2. & Aufre. in d. regu. col. 7. dicens ſe ita intelligere opi. Spec. in tit. de cita. §. 1. ver. ſed pone iudex. & Ioan. And. in c. ſcienti. de regu. iur. lib. 6. in mercu. & Panor. in c. ſi diligenti. col. 6. verſicu. quæro an valeat. de for. competen. ſimpliciter dicentiũ non valere proceſſum.

Vltimò fallit ex delegatione epiſcopi quoad cauſas pecuniarias & merè ciuiles ipſorum clericorum, quas epiſcopi poſſunt delegare clericis: non autem criminales vel ſpirituales: quia ſolus Papa illas delegat, & à tali delegato epiſcopi appellabitur ad delegantem, gloſſ. in c. benè quidem. in ver. præter Romanum. 96. diſt. glo. Ioan. And. Bald. Ant. de But. Pa. & omnes in c. decernimus. de iudi. gloſſ. in c. peruenit. 95. diſt. iuncta glo. in §. verum. 32. diſt.

Et vice verſa † laici non debent coram eccleſiaſtico iudice conueniri, in c. experientiæ. 11. q. 1. & in c. licèt ex ſuſpecto. de for. compe vbi non valent literæ ad iudicia impetrare per laicos à Romano pontifice: licèt enim Papa habeat vtramq; iuriſdictionem ſpiritualem habitu & actu, & temporalem habitu, vt communiter concluditur per Dd. in c. nouit. de iudic. & in c. cauſam quæ. qui fil. ſint legi. Attamen iuriſ- 258

dictionem temporalem imperatori cōceſſam pro libito voluntatis reuocare nō poteſt, ſecundum Pa ibi. benè facit tex. in d.c. nouit. in prin. & in c.cum ad verſi.96.diſt.cum ſimili.

Quod tamen fallit primò in temporali iuriſdictione eccleſiæ: quoniam tūc eccleſiaſticus inter laicos cognoſcit, c.ſi duobus.de app.c. venientes. de iureiur.c.fi. ne cle. vel mona. lib.6.gl. & ſcriben.in c.2. in ver.de iure.de excep.eo.lib.

Secundò fallit in criminibus merè eccleſiaſticis, vt hæreſis & ſimoniæ, quorum cognitio eſt ſecularibus iudicibus interdicta, c.vt inquiſitionis.§.prohibemus. de hære.libr.6.Ioan. And.in addi.ad Spec.in rub.de offi.ord. & quòd hæc duo crimina ſint merè eccleſiaſtica, tenet Pa.in c. cū ſit generale. de for.compe.Idē putans de crimine concubinatus nō iure ciuili ſed iure canonico tantùm prohibito, c.nemo.32.q.4.ad id allegat Fede.de Se. & Ioan.And.vt per eum.

Tertiò fallit in omni crimine mixto, id eſt, vtroque iure introducto & prohibito, quoniā in talibus erit locus præuentioni, c.propoſuiſti.de fo.compe. Ita tenet Do.de S.Gemin. poſt Pau.in d.c.2.de excep.lib.6.quæ autem ſint iſta crimina mixta enumerat gl. & ibi plenè Pa.in d.c.cùm ſit generale. et potes videre per Do.Aufre. in regula quarta. addita ad repe. d.Clem.1.de offi.ordina.

259 Aduerte tamē, quòd † crimine hæreſis excepto epiſcopus nō habet capturam laici, licèt crimē ſpectet ad eius cognitionem, ſed captura debet fieri per iudicem temporalē, de quo latè per Pe.de Ancha.in ſæpedicta regu.eā quæ.col.48.& per Imol. & Pet.de Ancha.in c. cùm epiſcopus.per illum text.in ver.eccleſiaſticas perſonas.de offi.ordi. lib.6. prout etiam in regno obſeruatur.quicquid dixerit Do.de S.Ge. in loco pro-

260 ximè allega. Item aduerte, quòd licèt iudex † eccleſiaſticus poſſit imponere clerico pœnā perpetui carceris, c. quamuis. de pœnis.lib.6. Attamen laico pro crimine eccleſiaſtico non poterit illam imponere. fuit ſingulare dictum Oldr.conſil. ſuo 88.quod fecit ſingulare Lud.Ro. ſingulari 706. incip. tu ſcis quod de iure canonico. & eſt text. in d. c. quamuis. in verſ.clericos.

Quartò fallit ratione reconuentionis, per iura ſuperius allegata de reconuentione clerici coram ſeculari iudice. Aduerte tamen, quod vbi imploratur officium iudicis, & ſic nō agitur via actionis, non habet locum reconuentio, gl.eſt ſingularis

gularis in l.ſed & ſi reſtituatur. in prin. glo.2.ff.de iud. quam fecit ſingularem Ludo. Ro. in l.1.col.1.col.5.ff. de iur. om. iud. ſed illa glo. reprobatur à Bar. & Pau. ibi. quia eſt contra text. in l.1.§.fina. ff. de var. & extraor. cog. & ibi etiam Bartol. diſtinguens. & quòd vbi imploratur officium iudicis, habeat locum reconuentio, tenet Bart. in Auth. & conſequenter. colum. fin. C. quomodo & quando iud. & ibi etiam ponit quid in appellatione.

Quintò in omnibus cauſis † ſpiritualibus, de quibus in c. ex tenore. de for. compe. per glo. & Dd. in c. cùm cauſam. qui fil. ſint legiti. vel in illis annexis: vt in cauſa iuriſpatronatus, c. quanto. de iudi. gloſſ. in d.c.2. de except. in 6. huiuſmodi enim cauſarum cognitio etiam incidenter non ſpectat ad iudicem ſecularem, c. tuam. de ordi. cog. Sextò ex delegatione iudicis ſecularis. Septimò data negligentia eiuſdem iudicis ſecularis. Octauò, ſi laici ſint de familia eccleſiæ: quos caſus proſequere, vt per glo. & ſcriben. in d.c.2. & per Dd. in iuribus allegatis per dictam gloſſ. Et pleroſque alios caſus, in quibus eccleſia cognoſcit inter laicos, vide per Aufre. in dicta addit. ad repe. dictæ Clemen. 1. de offic. ordina. in tit. de poteſt. eccle. ſuper laicis. Antonius de Tremolis Iuris vtriuſque Doctor. 261

d *Impeditus.* Qualiter autem probetur impedimentum, dixi tibi inf. tit. quibus modis cita. impu. conten. poteſt. verſic. ſed ſi tempeſtate. addi. 1.

e *Pedaneum.* Quibus iudicibus competãt ea, quæ ſunt meri imperij, videbis latè per me ſcripta poſt Dd. in l. imperiũ. vbi arborem iuriſdictionum tradidi, ff. de iuriſd. om. iud. quę propediem chalcographis tradenda ſunt.

f *Arbitrum.* An de crimine poſſit in arbitrum compromitti, ſcripſi inf. titu. de impe. arbi. compro. qui eſt fi. verſic. ratione cauſæ. addi. 1.

g *Non tamen de eo iudicat.* Adde, quòd hoc his temporibus obſeruatur in comitatu Venayſſini, in balinis, capitaneis, & caſtellanis locorum ordinariæ iuriſdictionis ſanctiſſimi domini noſtri Papæ: qui licèt in ciuilibus habeant ordinariã etiam in decidendo, tamen in criminalibus quantumcunq; lenibus habent ſolam cognitionem, non autem diffinitionem, quæ eſt iudicium Reſſortium reſeruata.

h *Poſt viceſimum.* De hoc dixi tibi infr. titu. de perempt. excep.

excep. §. peremptoriæ. in addit. in verſic. præſcriptiones. col. 10. verſ. criminales autem. vbi vide ſingulariter limitatum.

262 i *Reo mortuo* iudicium † enim fundari nō poteſt in perſonam mortui, vt dixi infrà titul. de impedi. execu. & cau. nulli. verſicul. ratione perſonæ litigatoris. addit. 1. colum. 5. verſic. ſecundo dico.

Quod autem hic dicit fallit in caſibus hic poſitis & alijs multis, in quibus memoria defunctorum damnatur, quæ enumerat gloſſ. in d. l. ex iudiciorum. & gloſſ. in l. 1. gloſſ. 2. C. ſi reus vel accu. mor. fue.

263 Et aduerte, quod facultati † accuſandi hæreticum poſt mortem præſcribitur quinquennio, per text. quem ibi notant & dicit menti tenendum Barto. in l. 2. C. de apoſta. quod etiam extendit glo. in d. l. 4. C. de hæreti. ad crimen læſæ maieſtatis, quam gloſſ. facit ſingularem Alexan. de Imo. in d. l. 2. in addi. ad Barto. C. de apoſt. & eam ſequitur & dicit menti tenendam, in addi. ad Bart. in l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt. licèt regulariter criminari & accuſationes viuant 20. annis, d. l. querela. Anto. de Tremolis.

k *Si velit filius.* De hoc dixi tibi infr. qui. mo. exa. iudi. ordi. decli. verſic. ratione actoris. in 1. addi. vbi habes differentiam inter cauſas ciuiles, de quibus ibi, & criminales, de quibus hic ibi vide.

l Propter ineptam de exceptione ineptitudinis libelli dixi poſt hunc authorem, ſup. tit. eo. verſ. & generaliter. Et ne bis
264 idem repetere videatur, dic, libelli ſcilicet † accuſatorij, qui vltra ea, quæ in libello cauſæ ciuilis ſunt neceſſaria, continere debet locum & tempus perpetrati delicti, l. libellorum. ff. de accu. vbi per Bart. & Dd. dicentes de tali ineptitudine poſſe ſemper opponi, ſaltem ante compertum crimen: illo autem liquidato non ſit amplius de apicibus iuris diſceptandum, vt per Maria. Socin. poſt Bald. in c. 2. artic. 24. in princ. de libell. obla. Immò etiam ſi ageretur de crimine ciuiliter debent locus & tempus articulari, ſecundum Bartol. & alios in l. edita. C. de eden. Etiam ſi per modum & viam, exceptionis putà, deducitur crimen contra teſtes, ad fines illos repellendi à teſtimonio, c. præſentium. §. 1. de teſti. in 6. voluit expreſsè Bar. in l. 1. in 2. colum. verſic. quæro pone. ff. de except. & in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſti. & eum ſequuntur Moder. Papien. in d. l. edita. Anto. de Tremo. Iuris vtriuſq; Doctor.

De ex-

# De exceptionibus [a] procuratorum, & quæ procuratoribus ſimplicibus opponuntur, & quibus modis procurator ſimplex impeditur ſuum officium exercere. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Minor 25. ann. non poteſt eſſe procurator.
2 Seruus an poſſit agere nomine alieno.
3 Clericus, fœmina, curialiſta, medicus, redemptor litis, dicuntur in actu procuratorio non admittendi.
4 Procurator à quibus perſonis conſtitui non poſſit.
5 Minor an poſſit procuratorem conſtituere.
6 Seruus an poſſit conſtituere procuratorem.
7 Procurator conſtitutus à non domino cauſæ non eſt audiendus.
8 Procurator quibus de cauſis veniat reijciendus.
9 Procurator conſtitutus an poſſit alterum conſtituere.

*NVNC videamus de impedimentis ſeu exceptionibus opponendis contra illos, qui intendunt agere nomine alieno. Et primò de præludijs & exceptionibus, quæ procuratoribus ſimplicibus opponuntur, contra quos diximus quadrupliciter alludendum, ſcilicet ratione perſonæ procuratoris, ratione conſtituentis, ratione cauſæ, & ratione officij. Primò ratione perſonæ procuratoris: quia minor 25. ann. quia ſeruus, quia miles ſtipendiatus, quia clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, quia fœmina, vel curialis, vel medicus, ſeu parabolanus, quia redemptor litis, quia mandatum non habet, nec ſe habere oſtendit, nec eſt coniuncta perſona, vel ſi eſt coniuncta perſona ſum paratus probare de voluntate contraria dominorum, vel nõ ſatiſdat rem ratam dominum habiturum, vel eſt reus criminis conſtitutus, necdum eſt eius innocentia*

*centia purgata, & ſi confiteatur aliquid de prædictis, vel ne-gauerit, & conuictus erit, vel de rato cõtempſerit ſatiſdare, vel dominũ reconuentum nolit defendere à procuratoris officio repelletur, vt iſta ſingula probantur ll. infraſcriptis.*

1 †*De minore eſt tex. ff. de procu. l. minor. & C. eo. l. exigendi. licèt in contrarium alludat. ff. de mino. cum mandat. in princ. & in fi. & ff. de manu. vind. l. collectaneus. ſed illa videntur loqui in procuratore ad negotia conſtituto, vel in l. cum mandato minor procurator admiſſus fuit.*

2 †*De ſeruo, ff. de procu. l. ſeruum quoq;. & C. de iudi. l. ſeruus De milite, C. de procu. l. militem. & l. quæ ſtipenda. & l. ita demũ. et ff. de procu. l. milites. Et fortè iſta exceptio hodie nõ vendicat ſibi locũ: cùm ſtigmata eorum brachijs nõ inſigantur, quæ olim inſigebantur, ſicut ſigillum imperiale in manibus cuſtodum aquæductus, C. de fabri. l. ſtigmata. & C. de aquæducta. l. pe. in fi. lib. 11. Nam & olim expeditionis tempore, aceto, & bucellato pane, et lardo, et veruecinis carnibus vtebantur, vt C. de erroga. mili. anno. l. 1. & in Aprili & Septembri de nouo induebantur, vt C. de mili. veſti. l. 1. lib. 12. Sed hodie quia cùm fiunt ſignanter & multa mala patiuntur, ideò omnes morientes in hoſtili loco in teſtamento priuilegiato militaria ſortiuntur. idem dici poteſt in quolibet milite euicto vel facto, ad hoc induco ff. de mili. teſtam. l. 1. & l. penul. & fi. & ff. de bono. poſſ. quæ ex mili. teſta. l. vna. nam & actiones magna ſolennitate impetrabãtur, quæ hodie non impetrantur, et aduocati iurabant, quod hodie inoleuit, non eſt enim honeſtum officium ſuſcipere famoſorum, ad hoc C. de decu. l. ſi quis procurator. libr. 10. & C. loca. l. fin. & ff. de ritu nup. l. ſemper in conuentionibus. & ff. de re. iud. l. ſemper.*

3 †*De clerico, in Auth. de ſanctiſ. epiſ. §. aliud. De fœmina, C. de procu. l. aliena. & ff. de procu. l. fœminas. et l. in*

fœmi-

*fœminis. De curiali habetur, C. de curi. l. ſi quis procuratorem. lib. 10. De medico ſeu parabolano. C. de epiſc. & cleri. l. placet. De redemptore litis, ff. man. l. ſi remunerandi. §. maurus. & C. man. l. ſi contra licitum. De eo, qui non habet mandatum, nec ſe habere oſtendit, nec eſt coniuncta perſona, ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. vltimo. & l. ſin autem. & ff. de adminiſtratio. tuto. l. quoties. §. item ſi temporali. ſi eſt de coniunctis perſonis & nolit ſatiſdare de rato vel volo probare de contraria voluntate domini: dic vt ff. de procurato. l. ſed hæ perſonæ. & l. Pomponius. §. fin. & ff. de procurato. l. hi qui enim edictio prætoris eis agere permittitur non facit eos procuratores: vt ff. iudi. ſol. l. 3. §. ſed ſi forte. De reo criminis conſtituto dic vt C. de procurato. l. reum criminis. & C. de reis poſtu. l. 1. lib. 10. De eo qui dominum reconuentum non defendit: dic vt C. de procur. l. accuſatione. & ff. de procu. l. ſed hæ perſonæ. §. prætor. & l. mutus. §. pœnd.*

4 † *Ratione verò conſtituentis perſonæ infraſcriptis præludijs alludetur tu es conſtitutus procurator à minore 25. annis deſtituto tutore & curatore ille qui te conſtituit ſeruus eſt & non liber vel eſt mortuus vel reuocauit mandatum vel fecit alium procuratorem vel eſt filiusfamilias vel non eſt dominus rei vel cauſæ immò eſt tutor vel curator: vel lite conteſtata: vel poſtquàm te conſtituit reus effectus eſt maieſtatis vel monachus: vel conuerſus: vel deportatus vel in banno perpetuali poſitus vt puniuntur malefici in Lombardia.*

5 † *Nam ſi conſtiterit conſtituentem minorem eſſe procurator volens agere non audietur niſi oſtenderit ſe cum auctoritate tutoris vel curatoris conſtitutum eſſe: vt ff. de procur. l. 3. §. pupillus. In cauſa tamen momentaneæ poſſeſſionis puto minorem poſſe conſtituere procuratorem. Nam cùm in*

ea

*ea tanquàm legitima perſona audiatur ergo ſi nolit per ſe agere poterit conſtituere procuratorem: nam & in hoc vſus procuratoris conſiſtit, arg. ff. de procura. l. 1. §. vſus & ff. familiæ hercis. l. planè. Nec eſt oppoſitio de tutore & curatore quia actiones eius nomine non competunt pupillares. Et etiam à procuratore minoris legitimè conſtituto aliud exigo quod eſt notandum, videlicet quod caueat quòd ſi minor in integrum reſtitutus erit eius hæres per ſe: aut is ad quem ea res de qua agitur pertinebit, tantum dabit quantum res ea erit: vt probatur. ff. rem ra. habe. l. ſi minor. verſic. & ideo ita cauendam, quia ſi præſtare noluerit ab agendo repellat eum.*

*6 † Et ſi conſtiterit ſeruum eſſe conſtituentem expeditum eſt: quia aut proclama de poſſeſſione ſeruitutis in ingenuitatem: & tunc non poteſt aut trahitur de poſſeſſione ingenuitatis in ſeruitutem & tunc poteſt. Ad negotia verò indiſtinctè poteſt conſtituere procuratorem: et dic vt ff. de procurato. l. ſeruum quoque. & C. de aſſer. tollen. l. 1. refert tamen vtrum dicatur ſeruus eſſe illius contra quem agere intẽdit vel alterius vt diſtinguitur. C. de ord. cogni. l. ſi ſtatus. ſi verò conſtituens ſit mortuus re integra eius procurator non auditur: vt ff. man. l. inter cauſas. in princip. & C. eod. l. mandatum re integra. & Inſtit. man. §. item ſi adhuc. Item ſi ante litem conteſtatam mandatum eſt reuocatum: vt ff. de procurato. l. procuratoribus. & l. ante litem. Item ſi poſtea alium fecerit procuratorem lite à primo procuratore nondum conteſtata. ff. de procura. l. ſi quis procuratorio. §. fin. C. eodem titu. l. procuratoribus. Nam lite à procuratore conteſtata non poteſt dominus inuito procuratore in alium transferre litem niſi ex cauſa, vt ff. de procuratori. l. poſt litem. & ll. ſequen. vſque ad l. ſi procurator. ſi verò conſtituens eſt filiusfam. idem dico cùm regulariter*

*ſiter ad ſolum patrem exercitium ſuarum pertineat actionum: vt C. de anna. excep. l. 1. in fine legis. niſi in certis caſibus quos notaui ſuprà, titu. 2.*

7 † *Item non auditur ſimiliter ſi conſtituens non eſt dominus cauſæ vel rei: vt quia tutor vel curator nec eſt conteſtatus litem vt C. de procuta. l. neque tutores. Procurator tamē victus in cauſa principali benè poteſt facere procuratorē ad appellandum: vt ff. de appellatio. l. ab executore. §. vltimo. Eodem modo ſi conſtituens eſt factus reus maieſtatis: vt C. ad l. Iul. maieſt. l. vltima. Item ſi monachus vel conuerſus, vt ſuprà titu. 1. notaui. §. item monachi. Idem in ſeruo deportato & bannito perpetuali qui deportati loco habetur per conſuetudinem Lombardiæ quia nudus exulat & pro mortuo habetur: vt ff. de leg. 3. l. 1. §. quibus. & ff. de ca. dimi. l. tutelas. §. ſi adempta. & ff. de bono. poſſeſ. contra tabu. l. 1. §. fin. Prætereà obijcitur procuratori conſtituto tam à reo quàm ab actore quod conſtituens de calumnia non iurauit. vt C. de iuramen. calum. l. 2. §. ſin autem affuerit. Item ſi mandati finem egrediatur: vt C. de procurato. l. ſi procuratori. & l. ſi maritus. illud ſerua quod procurator actoris poſt litem conteſtatam de rato ſatiſdare tenetur: vt C. de conſor. eiuſdem litis. l. 1. & l. fi. ante litem conteſtatam procurator pro reo arctari poterit ad cauendum poſt non: vt ff. de procuratoribus. l. Pomponius.*

8 † *Ratione autem cauſæ reijcitur procurator ſi conſtituatur à maſculo ad ætatis veniam impetrandam vel ad popularem actionem vel ad cauſam liberalem proclamante ſeruo in libertatem: vel ſi eſt procurator generaliter conſtitutus et in integrū reſtitutionē petat vel crimen ſuſpecti procuratorio nomine inſtituat vel intentare velit interdictū de liberis deducendis in quibus tribus caſibus mandatum non ſufficit habere generale vt hæc probantur. C. de his qui veniam ætatis*

*impetrauerunt.l.2. & ff. de publicis iudi. l.accuſare. §. ad crimen. & ff. de procura.l. licèt in popularibus. & C. de aſſeſſo.l.1. circa princip. ff. de mino.l. illud. §. ſi talis. & ff. de procur.l.non ſolum. §. vltimo. Procurator tamen liberam & generalem adminiſtrationem habens & exigere & nouare, & ſacramentum differre poteſt, vt ff. de procurato.l.procurator cui. & ff. de iureiuran.l.iuſiurandum quod ex conuentione. §.fina. & multa licent quæ ſuſcipere non eſt honeſtum. & ad hoc faciunt. C. de decu.l.ſi quis procurator. lib.10. & C. loca.l.fin. & ff. de ritu nuptia.l ſemper in conuentionibus. & ff. de regulis iuris. l. ſemper in conuentionibus.*

8 *Ratione verò officij agere impeditur, ſi tutor vel curator cōtra pupillum vel adultum ſuum actionis ſuſcipiat ceſſionē, vt in Auth. vt hi qui obliga. ſe peri. habe. res mi. in principio collatio. 5. Ad idem accedit, ff. ſi ſerui. vendi.l.altius. & ff. de condi. indebi.l.frater à fratre. Item obijcitur procuratori oſtendenti publicum procurationis inſtrumentum, quod non eſt factum à tabellione, quod eſt ignotus, vel humilis, vel deploratus, vel ſeruus qui procurationis inſtrumentum dicitur confeciſſe, quibus obiectis inſtrumentum vacillabit, cùm nemo tabellio oriatur, niſi fiat à Principe vel à Comite vel à Marchione iuriſdictionem habente. ad hoc facit ff. de publicis iudicijs.l.quamcunq;. in fine. & in Authen. de teſti. §. ſi verò ignoti. & ff. de eden.l.ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. & C. de tabu.l.generaliter. lib.10. Et literis ſigillatis ſi falſum ſit ſigillum, vel non habeat characteres, vel habet qui tamen non poſſunt legi. vt ff. de teſtamen. lege ad teſtium. §. ſigillum. ſatis dici poteſt quod his caſibus admittatur ſi de rato offerat cautionem. Porrò ſi inſtrumento procurationis falſitas opponatur, vel literis ſigillatis in modum exceptionis, tunc etiam cum cautione de rato procuratorem*

*ratorem agere non promitto, niſi à procuratore veritas inſtrumenti probetur, vt C. ad legem Corneliam. de fal. l. vltima. & argumen. C. de fide inſtrumen. l. plures apochis. & C. de probationib. l. iubemus. licèt contra vtentem inſtrumento alibi diſtinguatur: vt ff. de acquirend. hæreditate. l.*

9 † *Quid ſi procurator conſtitutus eſt ad agendum vel etiam defendendum & data eſt ei poteſtas conſtituendi alium procuratorem etiam ante litem conteſtatam, argu. eſt quod poſſit alterum conſtituere, ff. quod cuiuſque vni. no. l. item eorum. §. ſed decuriones. Econtrà quod non poſſit per locum à diffinitione. ff. de procu. l. 1. in prin. quia certus debet eſſe domino conſtituenti: d. l. 1. §. fin. & ff. de teſt. tuto. l. tutor incertus. vtraque curia ratione vtilitatis indiſtinctè tales admittit procuratores.*

## De exceptionibus quæ procuratoribus in rem ſuam conſtitutis opponuntur & ex quibus cauſis agere impediuntur. Rubrica.

*SVMMARIA.*

1 Nuda quaſi traditio actionis an transferat actionem directam aut vtilem.

2 Actio procuratori ceſſa ſi ſit dubitata & in iudicium per dominum deducta non tenet ceſſio.

3 Procurator in rem ſuam terribilis ratione potentiæ vel dignitatis venit repellendus.

4 Actio procuratoria dicitur duobus modis.

*PRocuratori autem in rem ſuam conſtituto infràſcriptis præludijs alludetur, in procuratione tua, nullus titulus*

*eſt inſertus † quia ſicut nuda traditio ſine cauſa facta in rebus corporalibus non transfert dominium: vt ff. de acqui. rerum domi. l. nunquàm nuda: ita nuda quaſi traditio actionis non transfert nec directam nec vtilem difficilius enim incorporalia quàm corporalia acquiruntur: vt ff. pro ſoci. l. 1. §. fi. & l. 2. & 3. in prin. & ff. de pecu. l. ſi quis ergo caſus. & ff. famil. herciſ. l. planè. Nec vtor ſententia quorundam qui præſumunt talem procurationem donationem vbi nullus titulus continetur: & arg. ff. de condi. indeb. l. 1. & ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. quia de regulari iure nemo donare præſumitur vt ff de proba. l. cùm de indebito. in princ.*

2 *† Secundò obijcitur quòd actio procuratori ceſſa eſt dubitata & in iudicium per dominum deducta vnde non tenet ceßio vt C. de liti. l. 2. & 3. vel eſt pro parte vendita & pro parte donata: vt C. man. l. pen. & l. ſina. vel etiam obijciet conuentus debitor delegatus ego ſolui creditori meo qui me tibi delegauit antequàm litem mecum conteſtareris vt C. de noua. l. 3. vel ſubtilis aduocatus animaduerteret procurationis inſtrumentum inſpiciendo an procurator ex tam lucratiua ſit conſtitutus & tunc exigat ab eo vt ſatiſdet de reconuento domino de defendendo qui ſi nolit ſatiſdare ab agendo repelletur: vt ff. de procura. l. ſeruum quoq;. §. ſina. & l. ſequen.*

3 *† Vltimò repellitur procurator in rem ſuam ſi ratione potentiæ vel dignitatis terribilis cenſeatur: vt C. ne lice. po. l. 1. & ſi. Quæritur an talis libellus ſit admittendus agit Titius contra Sempronium petens ab eo centum libras & agit iure ſibi ceſſo à Sempronij creditore Meuio. Et vtrùm directam vel vtilem actionem vel vtramque videatur intentare & frequens vſus aduocatorum admittit talem libellum nullum alio exquiſito. Tu tamen cauſam exigas ceſ-*

*ſionis*

*ſionis quæ expreſſa forte redibit ad non cauſam vt quia iniuſta vel nulla vel ſimulata erat: vel lucratiua propter quam tenebitur dominũ reconuentũ defendere alioquin vlterius non procedetur vt ſuprà proximè notaui. Et puto eum per libellũ talem directam ſolummodò intentare: vtilem enim habet emptor nominis & delegatarius & in ſolutum acceptor ſine aliqua ceßione: vt C. de hæred. vel acti. vendi. l. emptor nominis. & C. de no. & deleg. l. ex delegato. & C. de act. & obli. l. ſi inſolutum. & l ſi nominis. veruntamen ſi ſuccumbat in libello prædicto in actione vtili eidem ſuo nomine competenti rei iudicatæ. non obſtabit exceptio. argumen. ff. de except. rei iudic. l. ſinautem. §. denique. & §. ſi quis autem. & ff. de euictio. l. minor. §. ſi ſeruus. Præterea in cauſa vtili procurator de calumnia iurat, quia ſuum negotium gerit & in ea eſt principalis: vt C. de procura. l. qui ſtipendia. licèt quidam dicant directis ceßis vtiles admitti. Nam mei conſilij eſt quod agat vtili actione ſuo nomine ei competenti & abſtineat à directa cuius exercitium ſolum ei commiſſum eſt.*

4 † *Et nota quod procuratoria exceptio dicitur duobus modis, quod dic vt ff. de except. l. in exceptionibus. §. ſed & procuratoria. & ff. de damn. infect. l. inter quos. §. alieno. Nam qui dicit procuratorio nomine non licere agi, non prorſus litem inficiatur ſed perſonam euitat. vt ff. de except. l. 2. §. fin. Fideiuſſori tamen non denegatur actio mandati ſi omiſit procuratoriam exceptionem: vt ff. manda. l. fideiuſſor. §. quædam. infantia autem ipſius procuratoris vel conſtituentis licèt olim procuratorem agere impediret, tamen hodie eum non repellit, vt Inſtitut. de except. §. vltimo.*

# De exceptionibus opponendis ſyndicis vel actoribus. Rubrica.

## SVMMARIA.

Syndicus quo caſu veniat ab actione repellendus.
Actor vniuerſitatis de cuius decreto dubitatur, vel qui de rato cauere non vult, debet ab actione repelli.

*PRælibatis impedimentis & exceptionibus, quibus procuratores ſimplices & in rem ſuam conſtituti à iudiciorum exordio repelluntur.*

1 *Tranſeamus ad impedimenta legitima, per quæ impediuntur agere ſyndici & actores. Et quanquàm ſyndici officium munus ſit perſonale, & inuitus conſtituatur, vt ff. de mune. & hono. l. 1. § perſonalia. & l. munerum. §. defenſores. tamen ei obijcitur, quòd non eſt à duabus partibus curiæ, vel credentiæ, vel collegij, vel vniuerſitatis conſtitutus, vt ff. quod cuiuſque vni. nomi. l. nulli. & l. planè. & ff. de decret. ab ordi. faci. l. 3. & C. de decur. l. nominationum forma. libr. 10. Item quòd nomina credentiariorum canonicorum & monachorum non ſunt ſigillatim inſerta in inſtrumento ſyndicatus: vt C. de vendi. re. ciui. l. fina. libr. 11. licèt fortè reſponderi poſſit quod illud eſt ſpeciale in vendenda re vniuerſitatis vel ciuitatis. Item quod eſt inhabilis ad agendum: vt ff. quod cuiuſque vniuerſi not. l. 1. §. & quidem. Actori quoque obijcitur tu es conſtitutus ad futuras controuerſias non ad præſentes quod ſi eſt verum agere impeditur quia decretum nullius eſt momenti. vt ff. quod cuiuſque vni. l. item eorum. §. ſed ſi ita decreuerunt.*

† *Item*

2 † *Item repellitur actor vniuerſitatis ſi de eius decreto dubitetur & de rato non vult cauere, vt ff. quod cuiuſque vni. no. l. item eorum. §. ſed interdum, vel ſi vniuerſitatem pro qua agit non vult defendere reconuentam, vt d. l. item eorum, §. actor. Communiter obijcitur ſyndico & actori quod eſt à collegio illicito cõſtitutus, & ſi quidem omne collegium præſumitur illicitum, niſi licitum comprobetur. ff. quod cuiuſq; vni. no. l. 1. Item quod poſteà quàm eſt datus eſt prohibitus agere decreto decurionum, vt ff. de col. illi. l. 3. §. in ſumma. & ff. quod cuiuſq; vniuerſi. no. l. item eorum. §. quod ſi actor. Præterea collegij vel vniuerſitatis actor vel ſyndicus non auditur ſi collegium vel vniuerſitas ſit diſſolutum vel diſſoluta, quia intelligitur ipſum collegium defeciſſe: vt ff. de leg. 3. l. pater filium. §. Tuſculanis. Non ſi ad vnũ redijt, quia ſtat nomen vniuerſitatis, vt ff. quod cuiuſq; vni. not. l. ſicut muni. § fina.*

*Item ſi omnes quæ quæſtionem vel ordinationem actoris & ſyndici fecerunt ſunt mutati: quia propter mutationem non intelligitur alterata, immò eadem reputatur vniuerſitas, ff. de iu. l. proponebatur. Iſtud tamen non prætermitto quod in abſentia Epiſcopi, Abbatis, & Poteſtatis poteſt capitulum & conuentus & credentiarij ſyndicum ordinare, arg. ſummè. ff. de tuto. & cura. dan. his. l. vbi abſunt. ſed nunquid ſi aliquis conſtitutus ab vniuerſitate actor, ſyndicus, & procurator nunquid poterit iſtis tribus officijs experiri, videtur quod poſſet compelli ad electionem, quia ſunt iſta officia varia & diuerſa ſed non puto reo hoc expedire, & quotidianus aduocatorum vſus admittit eos.*

*Nota quod duo vel tres aliquj pagi vel ciuitatis possunt esse syndici. N. C. 80.*

## De exceptionibus opponendis tutoribus et curatoribus ipſorum periculo conſtitutis. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Tutori vel curatori pupilli vel adulti nomine volentibus experiri quæ poſſint opponi.
2 Adminiſtrator ſuſpectus non poteſt pendente cauſa ſuſpecti adminiſtrare.
3 Pupillo ad annum pubertatis veniente an poterit tutor nouam cauſam inchoare.

*Contra † tutorem vel curatorem volentes pupilli vel adulti nomine experiri infrà ſcriptis prælu dijs & exceptionibus alludetur. Tu inuentarium non feciſti ſolenniter vt facere debuiſti: quia debuiſti facere mox cùm ordinatus fuiſti. Niſi neceſſitas faciendi ſpecialiter tibi fuerit à teſtatore remiſſa & ſub præſentia publicarum perſonarum: vt ff. de admi. tut. l. tutor qui repertorium. & C. arbi. tute. l. vltima. Et fortè pupilli creditoribus euocatis: vt not. ff. de admi. tuto. l. chirographis nec do tempora quæ dantur hæredi titubanti ad inuentarij confectionem. C. de iure delib. l. fin. §. ſin autem dubius. licèt hoc obſeruent iudices Mutinenſes. Item repellitur ſi idoneam ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore non præſtitit vbi non erat teſtamentarius vel ex inquiſitione datus: vt C. in quibus cau. in integr. reſti. non eſt neceſſ. l. ſi tutor. & C. de epiſ. audien. l. de creationibus. & C. de tuto. & cura. qui. non eſt ſatiſda. l. 3. & fina. & ff. de tute. l. muto. §. muto. & §. hunc autem. Item de rato caueat ſi dubitatur an ſit tutor vel an duret tutor, vel an geſtus ſit & commiſſus: vt ff. de admin. tuto. l. vulgo. vel pro qua parte vbi plures erant tutores vel curatores, vt ff. de ſolut. l. quod ſi fortè. §. 1. & ff. de admi. tuto. l. 3. §. 1. & l. ſi duo. Item ſi non iurat de rebus fideliter adminiſtrandis vtilia faciendo inutilia prætermitten-*

*mittendo: vt C. de epiſ. aud. l. de creationibus. & in Auth. vt hi qui obli. habe. ſe. peri. res mino. §. ſed ſi quis. col. 6. Et ſi inutiliter dati ſunt tutores putà per epiſtolam vel ex imperfecto teſtamento. vt C. de confir. tuto. l. neq; item ſi à matre vel à patre filio naturali: vt. C. de confirm. tutor. l. vltim. Item repellitur ſi eſt ſurdus & mutus: vt ff. de tu. l. pen. & ſi eſt minor 25. annis, vt C. de legi. tut. l. pen. & Inſt. de excu. tut. §. minores. Similiter reÿciuntur ſi ſunt debitores vel creditores pupillorum: vt in Auth. vt hi qui obli. ſe peri hab. res mino. & C. qui dari tut. poſ. Auth. minoris. Fallit tamen in matre & auia vt in Auth. vt ſine prohi. mat. cred. & debi. §. placet. col. 7. & C. quando mulier. tuto. offi. fun. poſſit: Auth. matri & auiæ. Et iſta exceptio ſolum locum habet in datiuo & legitimo non teſtamẽtario. Si verò propter prædictas exceptiones non poteris eum remouere procura. ſi tibi expediat vt de ſuſpecto ab aliquo accuſetur. & ita durante cauſa ſuſpecti te non poterit conuenire: vt arg. ff. de ſuſpect. tuto. l. eum. & Inſtitut. eod. titul. §. ſiquis autem ſuſpectus.*

2 † *Nam cum pendente cauſa ſuſpecti non poſsit adminiſtrare, ita nec poterit actiones exercere: argum. ff. de iure deliberandi. l. ait prætor. Item ſi eſt datus ab eo, qui ius dandi non habebat, putà à delegato vel prætore præſide furioſo, vt ff. de tutor. & curat. datis. ab his. l. ius dandi, & l. nec mandante.*

3 †*Repelluntur quoq; tutores ſi pupillus peruenit ad 14. annum, ſi velit tutor iudicium nouum inchoare, inchoatis autem interdum aſsiſtet poſt pubertatem: vt ff. de adminiſt. tuto. l. ita autem. §. ſi. & C. arbi. tut. l. tutor. & C. vbi cau. poſt puber. adſit. tut. l. vna. Accuſationem tamen quam inſtituerat defuncto pupillo non cogitur adimplere: vt ff. ad Turp. l. diuus Adrianus pubes, ſi 25. annis.*

*Item ſi arrogatus eſt impubes vel deportatus, vel in ſeruitutem redactus, vel ad certam cõditionem, vel ad certum tempus ſit tutor datus, nec extitit conditio, vel venit tempus, vel ſi pupillus eſt capite diminutus, etiam minima capitis diminutione, vel eſt mortuus: & hæc omnia exempla ponuntur, Inſt. quib. mod. tut. fun. per tot. tit. & C. quando tutor et cur. eſſe deſinit, per tot. Sed quid ſi pupillus habeat patrocinium in ciuitate Mutinenſi & Bononienſi, quis dabit tutorem, reſpondeo in patrimonio Mutinenſi, iudex Mutinẽſis in patrimonio Bonon. iudex Bononienſis. vt ff. de tut. & cura. dan. ab hu. l. pupillo. & ff. de excu. tuto. l. iuriſperitos. §. cùm oriundus. Regulariter tamen debet pupillus petere tutorem apud magiſtratũ vbi ducit originem per patris conditionem. Si tamen ibi habeat facultates: vt C. vbi pe. tu. vel cura l. vna. & ſi aliter datus fuerit, ab agendo repellitur.*

D. Chilian. König mihi fol. 20. c. 22

## De exceptionibus contra actorem à tutore conſtitutum. Rubrica.

### *SVMMARIA.*

1 Actor à tutore vel curatore conſtitutus quibus de cauſis ſit ab actione repellendus.

2 Curator ad lites aſſumptus, an habeat officium adminiſtrationis: aut ſi debeat inuentarium facere.

*ACtor autem conſtituitur à tutore & curatore, vt C. de auth. à tuto. & cur. da. l. vna.*

*1 † Iſti obiicitur quòd non eſt conſtitutus periculo tutoris vel curatoris, et quòd decretum prætoris in conſtituendo non interuenit, item quòd non fuit iuſta & legitima cauſa conſtituendi, quia non erant diffuſa negotia pupilli, nec dignitas vel ætas vel valitudo tutoris id fieri poſtulauit, & quòd pupillus*

pillus nõ erat abſẽs ſed p̄ſens imò & fari poterat. Et ſi aliqua de prædictis exceptionibus erit vera ad iudiciũ non admitte tur, vt probatur, ff. de adminiſt. tut. l. decreto. & Inſtitu. de cura infin. tit. Nam pupillus ex quo poteſt, debet conſtituere procuratorem tam ad agendum, quàm ad defendendum tutore authore, vt C. de procur. l. neque. §. pupillus. Et conſtituitur iſte author ad negotia & ad lites: vt Inſti. de cura. §. quod ſi tutor. & C. de appel. l. ſi actor. Sed quia tutor ad lites non poteſt conſtitui, quia non datur certæ cauſæ, vel certæ rei, ideoq; ſæpè impuberi ad litem datur curator, olim quidem tutor conſtituebatur, qui prætorius dicebatur, cuius curatoris officium finitur peracto iudicio, ad quod eſt conſtitutus: vt Inſti. de autho præſtan. §. fin. Sed maximè quando tutor datus contra ſuum pupillum aliquas actiones vult intentare, & ita videntur loqui omnes leges, quæ loquuntur de curatore pupillo ad lites dando, vt C. de in lit. tuto. vel cura. dan. per totum. excepta illa. l. ad protegendam.

2 †Puberes tamen indiſtinctè tenentur aſſumere curatores ad lites, vt Inſtit. de cura. §. item inuiti. idem etiam & in pupillo, dico non infante. Et ſi indiſtinctè detur datus videtur ad omnes lites ff. de tute. l. neque. § ſi pupillus. & §. denique. & §. item Caſſius. & §. final. & l. quod dicitur. Nec puto huiuſmodi curatorem datum ad litem inuentarium debere facere, cùm eius officiũ conſtituat in adminiſtratione. ar. C. de in lit. dan. tut. vel. cu. l. ad protegendum. Iurabit tamen quòd dicet & faciet in cauſa vel cauſis, ea quæ ſibi vtilia videbuntur: & ita obſeruatur in Lombardia. ar. C. de epi. au. Auth. quæ hodie. Curatores aũt & actores qui tutoribus adminiſtrare non ſufficiẽtibus adiunguntur adiunctores denominantur, vt ff. de tute. l. ſolet.

# Quibus modis curatores furioſorum prodigorum ventris bonorum & orphanotrophi agere impediuntur. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Furioſus & prodigus dantur communiter à præſidibus curatores & tutores: quia neq; tempus neq; finem habent expenſarum.

2 Furioſus ad ſanitatem & prodigis ad ſanos mores deuentis an ceſſet illorum curatoris officium.

3 Curator ventris aliter conſiderandus eſt, quam curator furioſi aut prodigi.

4 Curator non debet inuitus conſtitui: nec abſq; neceſſitate manifeſta.

5 Contra curatorem ventris quæ poſſunt exceptiones opponi.

6 Orphanotrophis aut Oiconomis quę ſint exceptiones in iudicio proponendæ.

*QVoniam † præſides ſolent dare curatores furioſis & prodigis qui neq; tempus neq; finem expenſarum habent, vt ff. de cur. fu. & prodi. l. 1. furioſis maioribus. 25. annis, minoribus autem furioſis dantur tutores vel curatores, qui ætati intelliguntur dari potius quàm furori, vt ff. de iure, l. qui habet. 1. reſpon. Iſtis obijcitur quòd non ſatiſdederunt res furioſi & prodigi ſaluas forè niſi ſint à patre in teſtamento dati, tunc enim paternum teſtamentum pro ſatiſdatione ſufficit, & quòd non iurauerunt vtilia facere & inutilia prætermittere Romæ coram prætore, & in prouincijs coram præſidibus, & coram epiſcopo & tribus primatibus & quòd inuentarium non fecerunt, ad quæ omnia tenentur: vt C. de cura. fu. l. vlt. §. ſi tamen antiquitas. & ff. de cur.*

cur.l.conſilio. §. cum mentis. licèt ſit argum. contra in ea. l.1.§.1.

2 †Item excipitur quòd furioſus venit ad ſanitatem: & prodigus ſanos mores recepit: & ideò curatoris officium eſt finitum, vt ff.de cura.fur.l.ſed tamdiu. Et hoc quando furor erat continuus. Alioquin ſi erat interpollaris curatoris officium non finitur de crebra & quaſi ludibrioſa ſit creatio huius curatoris et toties naſcatur quoties deſinere videatur, vt C.de cura.fur.l.vlt.

3 †Et iſti duo, ſcilicet curator furioſi, & curator prodigi, plenam habent adminiſtrationem: ſed curator bonorum & curator ventris ſolam cuſtodiam, & earum rerum quæ deteriores futuræ ſunt, per l.eſt eis venditio permiſſa, vt ff. de admin.tut.l.inter bonorum. Et etiam ſi æs alienum vrget, & dilatio ſit damnum creditoribus allatura, vt ff.ex quibus cau.in poſſeſſio.ea.l.Fulcinius.§.adeò.& §.planè.et §. Labeo. & ff. de ven. in poſſ. mitten. curator. alimenta.§.curator.& vſucapiones interpellantur. vt ff.de muneri.& hono.l.1.§.æque.& ff.de ven.in poſ.mitten.l.1.§. itē ſi periculum,& ff.de cura.bo. dan.l.1.in fin. Communiter etiam contra iſtos excipitur quòd inuentarium non fecerūt, vt facere tenentur, vt ff.de vent.in poſſ.mitten.l.1.§. eligitur.in fin. Et quòd à prætore non ſunt conſtituti, vt ff.de cura.bonis dando.l.neq;.in prin.& ff.de vent.in poſſeſſ. mitten.l.1.§.decretum.

Item obijcitur curatori bonis dato, quòd non eſt conſtitutus ex conſenſu maioris partis creditorum, & quòd non eſt conſtitutus in ea regione in qua actiones mouere intendit.

4 †Item quòd eſt conſtitutus inuitus, quod fieri nō debet, imò nec volens, niſi ex magna neceſſitate, vt ff.de cura.bon. dan.l.2.circa prin.& §.quod ſi peregrinationis.& §. quæritur.

†Contra

5 †*Contra curatorem ventris excipitur quòd mulier cui datus eſt, non eſt pregnans, ſed per calumniam in poſſeſſionem ſe mitti deſiderat: & quòd abortum fecit: & quòd talem edidit quòd à ſucceſſione eſt repulſus, vel exhæredatus: vt ff. de vent. in poſſeſſio. mit. l. 1. §. pregnantem. & §. vlti. & l. ſed & ſi eum. & ff. ſi mulier ven. no. in poſſ. l. 1. §. & hoc edictum. Et videas aduocare inſtrumentum curationis quia quandoque eſt datus ventri tantum & non bonis quandoque ventri, & bonis inter quos eſt magna differentia, vt ff. de ventr. in poſſeſſio. mitten. l. 1. §. quoties.*

6 † *Orphanotrophis pauca aut quaſi nulla opponi poſſunt, ſcilicet quòd de bonis orphanorum inuentarium ſolenniter non fecerunt: & ſunt minores 25. ann. vt C. de epiſcop. & cleric. l. orphanotrophos. & C. de legi. tut. l. penultim. Oiconomo poteſt obijci quòd non eſt ab epiſcopo ordinatus, vt C. de epiſcop. & cleric. l. omnes qui vbique. §. hoc nihilominus. Sed nunquam vidi cauſas eccleſiaſticas per Oiconomos ventilari, ſed per ſyndicos agitantur: decretiſtæ verò præpoſitum Oiconomum appellant.*

## Quibus modis examen ordinarij a iudicis declinatur. Rubrica.

### *SVMMARIA.*

1 Proceſſus ordinarij iudicis multipliciter impeditur.
2 Iudex infamis minor 25. ann. ſeruus excommunicatus, ſurdus, vel mutus, furioſus, Iudęus, hęreticus non eſt audiendus.
3 Exceptio contra iudicem oppoſita ſi eſt vera, de iure vlterius non proceditur.
4 Iudex quibus in cauſis iudicare non poſſit.
5 Iudex pro vel coram quibus actoribus procedere non debeat.

6 perſonas

6 Perſonæ extra prouinciam ſuam in iudicium non trahendæ quæ ſint.
7 Iuriſdictio ordinaria nunquàm publica facta ſcriptura collata cenſetur.
8 Infamia & fama quid ſit, & quotuplex.
9 Infamia iuris tantum, de iure, & facti quid ſit
10 Infamia quid operetur.
11 Mulier quæ ſe in poſſeſſionem ventris nomine calumniosè mitti fecit, per ſententiam contrariam fit infamis.
12 Periurus quando efficiatur infamis.
13 Actio ex delicto delicto famoſo oriens non infamat, niſi expreſsè cautum ſit in iure.
14 Iudex 18. 20. & 25. annorum quando & quomodo dari poſſit.
15 Infamis ſcienter à Papa vel Epiſcopo ordinatus famæ reſtitutus videtur.
16 Serui pro libero communiter habiti acta valent.
17 Sententia ab excommunicato lata eſt ipſo iure nulla.
18 Mulier quando poſſit eſſe iudex aut arbitra.
19 Iudæis omnia publica officia ſunt interdicta, ſed non omnia oneroſa.
20 Sententia lata à iudice, qui in eadem cauſa fuit aduocatus, eſt nulla, ſi fuerit recuſatus: & quomodo poſſit recuſari.
21 Iudex in propria cauſa eſſe nemo poteſt, etiam accedente conſenſu aduerſarij, & quare, & quando poſſit eſſe. & nu. 23.
22 Clauſ. non poteſt, neceſſitatem adfert, & actum impoſſibilem eſſe denotat.
24 Iudex ſuperiorem non recognoſcens in ſua cauſa, ſi ſit ardua, coram Papa trahi poteſt.
25 Magiſtratus inferior quando poſſit in propria cauſa iudicare.
26 Delegatus non poteſt de iniuria ſibi illata recognoſcere, ſed ad ſuperiorem remittere tenetur, niſi ſua iuriſdictio impediatur.
27 Priuatus poteſt ſibimet ius dicere in ſua cauſa, ſi copia iudicis haberi non poteſt.

28 Caſtrum eius, qui meum occupat, furto aut proditione inuadi poteſt, ſi alia mihi via conſulere nequeam, & periculum ſit in mora.

29 Debitor fugitiuus etiam in die Paſchæ & ſimilibus propria authoritate capi poteſt.

30 Tolli poteſt propria auctoritate quicquid ſit in meo citra ius ſeruitutis, non autem ſi ſuprà meum.

31 Iurepatronatus poteſt priuari laicus à iudice ſeculari, dummodo in libello aut ſententia non exprimatur, & quare.

32 Iuſpatronatus quot caſibus poſſit in ſententia, libello, aut venditione nominari.

33 Filius coram patre in ciuilibus cõueniri poteſt, & quare.

34 Sacerdos ſuam à concubinatu concubinam abſoluere poteſt, donec ab eccleſia toleratur.

35 Iudex propriæ cauſæ quot caſibus quis eſſe poſſit.

36 Familiares propriè qui dicantur.

37 Conſanguineus quis ſit dicendus, ſtrictè & largè, & quouſq; à iudicio repellatur.

38 Vidua, pupillus, aut infirmus extra prouinciam duci in iudicium nõ poſſunt: quod alijs facere ipſis conceſſum eſt.

39 Mulier aut pupillus poſſunt laicum coram iudice eccleſiaſtico conuenire: ſed coram ſeculari ipſi conuenti eius forum declinare nequeunt.

40 Scholaris ſeu ſtudioſus trium iudicum, nempe Epiſcopi præſidis prouinciæ, & Rectoris, electionem habet, coram quo velit comparere.

41 Rectoris ſcholæ iuriſdictio eſt ordinaria, eamq; delegare poteſt, & ſententiam ſuam exequi, tam in ciuilibus, quàm criminalibus.

42 Scholaris non poteſt in loco ſtudij conueniri pro contractibus in patria initis, niſi animum conſtituendi domicilium habeat, aut habere præſumatur, aliàs habebit ius reuocandi domum.

43 Forum quomodo quis ſortiatur, vt vbi reperiatur, ibi quoq; conueniri poſſit, aut non poſſit.

44 Iudex pro parte hæres inſtitutus impeditur ratione ſuæ partis de cohæredis parte iudicare: cùm eius officium ſit indiuiduum.

PRAE-

PRæpoſitis præludijs & exceptionibus dilatorijs, & impedimentis legitimis, quibus obiectis volentes agere ſuo nomine vel etiam alieno, & accuſare vel deferre volentes à ciuili & criminali iudicio repellitur ad declinatorias, qui in perſonas iudicum opponuntur, tranſitum faciamus, incipientes ab his, quæ contra ordinarium iudicem ſunt à litigatoribus opponendæ, † & quidem proceſſus ordinarij iudicis multipliciter impeditur ratione perſonæ iudicis, ratione cauſæ actoris & Rei, & ratione mixta. In perſonam ordinarij iudicis opponitur, quod † eſt infamis.[b] 2 b

Et eſt minor 25. ann.[c] niſi ex Principis latere deſcendiſſet. Et eſt ſeruus,[d] quòd excommunicatus[e] vel ſurdus, vel mutus[f], quod eſt perpetuò furioſus, Abb. quod eſt iudæus,[g] hæreticus, vel de credentibus. Et ſi conſtiterit aliquam exceptionum † obiectarum eſſe veram, de iure vlterius nō procedat: vt iſta ſigillatim probantur, in l. neq; famoſis. C. de digni. lib. 12. & ff. de Sena. l. Caſsius. & ff. de arbi. l. cum lege. & ff. de re iudic. l. quidam conſulebat. & ff. de iudi. l. cùm prætor. §. non autem omnes. & C. de iudæ. & cælico. l. vlt. & C. de epiſ. aud. l. archigerantes. & in Auth. iuſiuran. quod præſt. ab his qui admi. ſuſ. col. 2. † Ratione cauſæ, quia de ea cauſa vult iudicare, de qua fuit aduocatus[h] antea: vel vult in cauſa propria[i] eſſe iudex, vel ſi velit cognoſcere de ea ſumma quæ excedit[k] ſuam iuriſdictionem: Vel de tali cauſa, de qua non poteſt ratione ſuæ iuriſdictionis[l] nec cognoſcere, nec iudicare, vt iſta omnia per ordinem probantur, ff. de iuriſdict. om. iudi. l. ſolet. & l. prætor. & C. de aſſe. & dome. l. vltim. in fin. & C. ne quis in ſua cau. in rub. & in nigro. & ff. de iu. om. iu. l. ſi idem. in Auth. de defen. ciui. §. & iudicare. & § ſeq. & in Authen. de iud. §. audient. & ff de arbi. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. ſcribit. & C. de Peda. iudi. l. 2. in fin. c d e f g 3 4 h i k l

m 5 †*Ratione actoris,*[m] *quia filius vult coram patre iudice*
n *litigare, vel è contra: vel aliquis de eius familia,*[n] *vel quia ex lege Cornelia agens iniuriarum eſt ſocer, gener, vitricus,*
o *priuignus, ſobrinus, vel conſanguineus*[o]*, vel affinitate contingit iudicẽ, vel eſt actoris patronus, vt ff. de iur. omn. iu. l. qui iuriſdictioni. & ff. de iniu. l. lex Cornelia. ſ. reſpon. l. quãuis apertè contrarium, quantum ad patrem & filium, & è contra videatur, ff. de iud. l. in priuatis: ſed illã intelligitur in delegato in ciuili cauſa: vel quod verius eſt, non vſq; ad finẽ cauſæ, ſed ſolũmodo vſq; ad conteſtationem litis, vt ff. de offi. præſi. l. ſenatuſconſulto. Sed certè poteſt dici, quòd vtatur mixta conſideratione, ſcilicet actoris & iudicis.*

p 6 †*Ratione Rei, quia eſt vidua*[p]*, vel pupillus, vel eſt debilis, & eſt morbo diuturno fatigatus, & aduerſarij potentiam perhorreſcit. Vel eſt ſcholaris, qui poteſt ratione priuilegij quorundam ordinariorum iudicium euitare.*[q] *Vel*
q r *eſt in legatione*[r] *conſtitutus: vel gratia teſtimonij, vel iudicandi cauſa prouocationiſue exercendæ, vel tutelæ reddendæ cauſa Romæ eſt euocatus: vt C. quando impera. inter vidu. & pupil. l. vna. & C. ne fil. pro pat. l. habita ſuper hoc & diligenti. Mixta conſideratione iudicis & litigatoris, ſiue Rei, ſiue actoris. Si alter litigatorum iudicem ſolum hæredem inſtituit, vel pro parte*[ſ]*, vt ff. de iud. l. Iulano ait ſi al-*
ſ t *ter ex litigatoribus*[t]*.*

a ORdinarij. Adde ad hanc rubricam vnum ſingulare verbum Bal. in l. prohibitum. col. 3. ver. 3. C. de iure fiſc. lib. 10. quòd iuriſdictio ordinaria nunquã cenſetur collata, niſi inde fuerit facta publica ſcriptura. quòd dictum ꝓ ſingulari allegat & ſequitur Iaſ. in l. more maiorũ. col. 8. Item aduerte, ff. de iuriſd. om. iu. dicens addendum ad caſus notatos per gl. or. in c. 1. §. poſtquã. de cenſi. libr. 6. licèt quandoq; delegata ſecùs, vt per Spec. tit. de prob. §. videndũ. ver. nunquid delegatus. per Bald. in d. l. prohibitum. & dices inf. tit. 1. in prin. Ant. de Trem.

b *Infamis.* Infamia † eſt læſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus improbatus; ſicut fama eſt illeſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus approbatus, l. cognitionum. ff. de var. & extraor. cog. ita Pau. de Caſt. in l. 1. in princ. ff. de his qui not. infa. Infamia in iure reperitur triplex iuris & de iure: iuris tamen, & infamia facti iuris: Et de † iure eſt quę à lege infligitur ex facto à lege reprobato abſq; iudicis ſententia, de qua ſeptem habes exempla, in l. ſingulari, & qua nõ eſt dare meliorem in corpore iuris in ſua materia ſecundum Pau. in l. 1. ff. de his qui no. infa. tria ponit prin. l. & quatuor. §. fi. Iuris tantùm eſt, qui infigitur per ſententiã iudicis cõpetentis in omni crimine publico, & in quatuor priuatis bonorũ raptorum, iniuriarũ, & de dolo, & in quatuor actionib9 ciuilibus, tutelę depoſiti, pro ſocio, & cõmodati: quia ex his cauſis cõdemnati efficiuntur infames, d. l. 1. §. qui publico. Facti eſt illa, quę grauat opi. apud bonos & graues, ſecundũ Dy. in reg. infamibus. de reg. iu. lib. 6. ſiue eſt, cùm quis eſt notatus apud bonos & graues: lex tamen factum non notat, ſecundũ Bal. Imol. & Felyn. in c. teſtimonium. de teſti. de qua in l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infa. & l. verbum. C. eo. & exemplificat gl. in d l. 1. & Dy. in d. reg. infamibus. Et omnis † infamia operatur hunc effectũ noſtrum, quòd infamis non poteſt habere dignitatem, tex. gl. & Dd. in l. 2. C. de digni. lib. 12. gloſſ. Ba. Bal. & Pau. in d. l. 1. ff. de infa. Dy. in d. reg. infamibus. Et nedum repellit à iudicatura vel dignitate habenda, imò etiã ab habita, l. iudices, de digni. gl. & Io. de Pla. in l. infamia. de decu. lib. 10. Alios tres effectus etiam operatur iſta infamia facti, quos ponit Bal. in l. fratres. col. 1. C. de inoff. teſt. & ideò ſecundus erit, quia repellit à teſtimonio in criminali, ſed in ciuili diminuit, de quo de, c. teſtimonium de teſti. arbitrio tamen iudicis, per tex. ſingularem & meliorem de iure, ſecundum Bald. & Abb. ibi in c. licèt. & ibi Felin. in 8. no. de proba. de quo per gloſſ. & Dd. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. & per gloſſ. & Bart. in l. Caſſius. ff de ſena, vbi Bart. plenè diſtinguit, & per gloſſ. & Bart. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carbo. edict. per Cano. in d. c, teſtimonium. de teſti. & d. c. licèt. de proba. Tertiò inducit querelam, d. l. fratres. Quartò, quia repellit à querela, l. in arena. & l. ſi filiam. C. de inoffic. teſtam. & poſt Bald. ponit Aufre. deciſi. Cap. Tho. 173. Et adde vltra caſus poſitos in d. l. 1. quòd † mulier, quæ ca- 

Marginal numbers: 8 (line 1), 9 (line 6), 10 (Et omnis † infamia), 11 (quòd † mulier)

lumnioſè ſe ventris nomine in poſſeſſionem mitti fecit, cùm pregnans non eſſet, per ſententiam efficitur infamis, l. notatur. cum l. ſeq. ff. de infa. Item periurus † efficitur infamis, tex. ſingul. in l. ſi quis maior. C. de tranſ. intellige in periuro, qui iurauit in contractu aliquid de futuro, videlicet ſe facturum aut daturum, quod poſtmodum nõ fecit, ſed contrauenit: ſecùs ſi iuraſſet aliquid de præterito, vel de preſenti, & deieraſſet: quia ex eo non infamaretur, iſta eſt gl. quam ibi ſequuntur Bart. & Pau. l. in l. Lucius. ff. de infa. quã reputauit ſingularem Bal. in rubr. extra de iureiur. ad fi. ſed illud idem vult gloſſ. in l. quæ ſub conditione. in prin. in verſi. interuenit. de condi. inſti. & gloſſ. in Auth. ſen. non ſol. ſi fide. preſt. §. 1. in ver. ſi qua omninò. coll. 5. gl. in c. quicunq;. 6. q. 1. Adde præterea, quod infamia iuris etiam irrogatur per confeſſionem veram, non per aliud genus probationis, glo. ſingularis multũ, & menti tenenda, in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. de iureiur. Bal. in l. 1. intellige in cauſa ciuili ſecundum Bar. in d. l. ictus. ff. de infa. Item irrogatur ex genere pœnæ, præ-

13 cedente interlocutoria cauſa cognita, d. l. ictus. Et aduerte † quòd nulla actio oriens ex delicto famoſo vel cauſa famoſa infamat, niſi reperiatur expreſsè cautum in iure: vnde licèt ex furto deſcendat etiam condictio furtiua & cert. conditio generalis, tamen ſuper illis condemnatus vel pactus non efficitur infamis infamia iuris: quia lex tãtùm de actione furti dicit: iſta eſt glo. quam ibi notant Bar. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. in verſi. qui furti. & gl. in l. certi conditio. ff. ſi cer. pe. pro quibus tex. in l. ceſſat. ff. de act. & obl. vide etiam Cano. maximè Fel. latè proſequentem in 8. & 9. col. in d. c. teſtimoniũ. & ibi etiam quæ ſit infamia Canonica. hortor inſuper te habere ante mentis oculos elegantia verba Bal. in l. vna. col. 4. ver. nota q͂ confeſſio, C. de cõfeſ. inquiens, caueat ſibi vnuſquiſq; ab infamia: quia non ſolũ in eo, in quo eſt diffamatꝰ, ſed etiã in alijs eius opinio grauatur. ext. de reg. iu. in c. defleat. Bona aũt fama quã multi populi amãt eſt theſaurꝰ hominis inæſtimabilis, & iucũdus, & ſicut liliũ dat ſuauitatẽ odoris.

c *Minor 25. ann* quia tex. in l. quidam conſulebat. hic videtur aliàs valde dubius, ideò Papa videtur interpretatus, in c. cũ 10. an. de offi. deleg. ſecundũ Imo. in d. l. quidam conſulebat. cui interpretationi clarè ſtandũ erit, etiã in foro ſeculari, per no. in c. per venerabilẽ. qui fil. ſint leg. & in c. 1. de nou. oper. nunc.

nunc, videlicèt † quòd maior 20. an. poteſt à quocunq; dari 14
iudex etiam minor 20. maior tamē 18. de conſenſu tamē partium. ſed minor 18. à ſolo principe de eius certa ſcientia dari poteſt, & citra ſcientiam principis dari non poſſet niſi maior 18. an. ſecundū Imo. in d. c. cum 20 & Alex. in d. l. quidam conſulebat. col. 2. eo enim caſu quando princeps ex certa ſcientia minorem 18. an. creat iudicē, videtur cū eo diſpenſare, dicit tex. in d. l. quidā. in fi. & ibi in ſpem Ang. & Alex. no. ꝙ Papa conferendo incapaci beneficiū ex certa ſciētia videtur cum eo diſpenſare, ad ꝙ tex. egregius in l. idem Vlp. §. 1. ff. de exc. tut. & Bar. in l. 2. C. ſi ſeruꝰ aut lib. ad decu. aſpi. lib. 10. gl. & ſcriben. in l. fi. C. ſi con. ius vel vti. pub. gl. in c. ſtatutū. in prin. in ver. literarū. de reſcript. in 6. ſecùs ſi ignorabat defectū, c. ſi eo tēpore. eo. tit. & li. Et hanc diſtinctionē inter certā ſcientiā principis, vt videatur diſpēſare & ignorantiā, & tūc nō facit eſſe, gl. & Bart. in l. vniuerſis. C. de preci. Imp. offe. & gl. in c. 1. 43. diſt. in ver. vtriuſq;. quę vult, ꝙ † Papa vel epiſco- 15
pus ordinādo ſciēter aliquē videtur eū reſtituere famę, ꝓ qua eſt tex. in l. imperialis. §. ſi miles. C. de nup. ꝑ quē dicit ibi Bal. ꝙ Papa ſpuriū ſciēter promouēs epiſcopū videtur eū reſtituere natalibus & intimare. Et aduerte, ꝙ de tali certa ſcientia principis opē, ꝙ appareat ex tenore literarū, gl. no. in d. c. ſtatutū. in ver. literarū. quā ad hoc facit ſingularē Imo. in d. l. quidam cōſulebat. ſicut de clauſula motus proprij dicitur in c. ſi motu proprio de præben. in 6. Sed adde ſimilem in Clem. & & ſic principalis. de reſcrip. glo. fin. Ant. de Tremo.

d *Seruus* Error tamen communis propter publicam vtilitatem facit † acta per ſeruum, qui liber æſtimabatur vale- 16
re, non tamen facit ipſum ſeruum liberum aut iudicem, per l. Barbarius Philippus. de offi. præto. ff. ſecundū verum & cōmunem intellectum Citramontanorum noſtrorum, quem ibi latè defendunt Albe. Fulg. & Iaſ. licèt gl. & Bar. aliter dicant, & malè, dicentes Barbariū fuiſſe liberū & verum prætorem. ſed ille tex. cōtrarium probat, cùm dicit prætura functum non fuiſſe prætorē, l. mercis. in 2. de ver. ſig. ff. & tex. allegati per gl. & Bar. videlicet l. 1. C. de teſta. & §. ſcilicèt cum quidā. inſt. eo nihil probāt niſi de validitate geſtorū & adde hoc principale dictū de errore cōmuni ꝓcedere etiā in delegato ꝑ ea, q̄ tenēt Bar. & alij in d. l. Barbarius. & Pa. & Fel. & cōmuniter oēs, in c. cum dilecta. de reſcrip. contra Inno. ibi.

e *Excommunicatus*. De excõmunicato ex tex in c. ad pro-
17 bationem. de re iud. & in c. exceptionẽ. de excep. Itaquòd † ſentẽtia ab excõmunicato lata eſt ipſo iure nulla, vt ibi. Addo, quòd etiã in foro ciuili habet locum exceptio excommunicationis, gl. notab. & ſingul. in l. 1. & ibi Dd. C. de iu. & fac. ign. & tex. cum gl. in ver. acrimoniã. in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. Vnde infert Bal. in d. l. 1. col. fi. dicens multum nota. ꝙ etiam iure ciuili ſententia ab excommunicato lata eſt ipſo iure nulla, per idem ſecundum eum in decreto, & in qualibet auctoritate, & in omni officio publico, & ciuili. Quod intelligit procedere in publicè excommunicato, ſecùs in occulto, d. c. ad probãdum. quia etiam tabellio occultè depoſitus conficit inſtrumenta, per gl. quã dicit ordi. & valdè ſingularem, in Auth. de tabel. §. pe. col. 4. & idem vult idem Bal. in c. contingit. de dol. & contum. col. 9. Et quod in foro ciuili habeat locum excommnnicationis exceptio, tenet idem Bald. in d. c. exceptionem. & in c. intelleximus. col. 2. de iud. & Fel. in c. fin. de except.

Nec valeret ſtatutum in contrarium, ſecundum Bal. in c. vno. de ſtatu. contra liber. eccleſia. in cõcluſionibus ſuis, quę refert & ſequitur Alex. in l. 1. quæ onerandæ: in addi. ad Bar. ff. quarum re. act. non dat. & tãngit, licèt nihil decidat Bal. in d. l. placèt. & ſequitur Fel. in d. c. fi. col. 3. Vnde crederem non valere cõſuetudinem, quę eſt in regno Francorũ, quòd in foro ſeculari nõ admittatur exceptio excommunicationis, vt refert Aufre. deciſ. Cape. Tho. 89. & Heli Rei. in c. decernimꝰ. de ſen. exc. li. 6. quia talis conſuetudo de directo eſt contra libertatem eccleſiaſticam: & ideò non valet, ſicut nec ſtatutũ, c. nouerit. de ſen. exc. & ibi Pa. & Fel. Auth. caſſa & irrita. & ibi Bal. & Saly. C. de ſacroſan. eccl. Bart. in l. 1. col. 9. verſic. 5. quæro. C. de ſum. Trin. & fide Cath. cætera de excommunicationis exceptione dices ſup. tit. 1. ver. itẽ agere impeditur.

f *Vel mutus* Vel mulier, quia in muliere non cadit iuriſdictio, in c. mulierẽ. 33. q. 5. & §. in tria. q. 7. in l. cùm prætor. §. fi. ff. de iu. & l. fœminæ. ff. de reg. iur. & nedũ non poteſt iudex eſſe, imò nec arbitrix, c. dilecti. de arbi. & in fi. C. eo. tit. licèt arbiter habeat ſolã notionẽ, l. ait prætor. in prin. ff. de re iud. arbitria enim ſunt inſtar iudiciorum redacta, l. 1. ff. de arbi.
18 Intellige ſanè, niſi † ex priuilegio vel delegatione principis: quia nedum dignitatem ſiue adminiſtrationem, immò & cum

cum adminiſtratione habere poterit, gl. Bar. & Philip. Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. gloſſ. & Bar. in l. vna. C. de mili. & in quo loco nume. lib. 10. & gloſſ. in c. 1. in ver. mulieres. 15. q. 3. & in c. mēnam. 2. q. 5. vbi Papa muliereculæ purgationem epiſcopi commiſit, & gl. 1. in d. c. dilecti. cum ſim.

Secundò intellige, niſi ex conſuetudine, tex. in d. c. dilecti. gl. in d. c. 1. 15. q. 3. & in c. cùm deuotiſſima. 12. q. 2. & in d. l. fi. & ibi Bal. C. de arbi. & gl. in c. noua. de pœni. & rem.

Et operabitur conſuetudo, ſiue mulier ſit nobilis, ſiue nō: quia prohibitio iſta eſt inducta moribus, d. §. tria. & d. l. cùm prætor. ergò contraria conſuetudine poſſet tolli, prout not. in ſimili Bald. & moder. in l. moribus. in prin. de vulg. & pu. ff. & Ang. & alij in l. mod. de acquir. hæred. licèt contrarium velle videatur, gl. in d. c. noua. & Pa. in d. c. dilecti. ſecundum Dec. in d. l. 2. Tertiò intellige pari ratione, niſi ſtatutū eſſet in contrariū, per no. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. l. de quib. ff. de legi. Vltimò intellige, quando iure officij publici mulier vellet iudicare: ſecùs ſi iure hereditario haberet iuriſdictionem: quia illam etiam per ſe exercere poſſet, ſecundū Imo. Hoſti. & Pa. in d. c. dilecti. Ang. & Pau. in d. l. cū pretor. in fi. referētes vidiſſe Iohannā reginā in ſolio regio ſeden. & capitales ſentētias ferentē. idē Ang. & Dec. in d. l. 2. ꝙ eſt Iud.

g Quoniam Iudęis † omnia publica officia ſunt interdicta, in c. cùm ſit. de Iudę. in c. nulla officia publica. 54. diſt. in c. conſtitui. 17. q. 4. & ſoli Chriſtiani ſunt capaces iuriſdictionis. Bar. & mod. in rub. ff. de iuſt. & iur. Vnde Iudæus vel paganus non poteſt eſſe Imperator vel rex, tex. in c. venerabilē. ibi hæreticum eligerent vel paganū. de elec. cleri Rom. in prin. & ibi Car. no. de iureiu. vnde Hoſt. Io. de Lig. in c. quòd ſuper his. de voto, concludunt, quòd apud infideles non eſt imperium. & idem vult Pa. ibi dicens vniuerſum orbem ſub imperio Romanorum eſſe. Adde quòd Iudæus nedū poteſt habere iuriſdictionem, ſed nec aliam dignitatem: quia nec Doctor eſſe poteſt, Bart. in d. l. fi. per illum tex. vbi dicit ſe eo anno ita in facti contingentia dixiſſe, C. de Iudæ. idem Bar. in proēm. C. colum. 3. verſicu. quæro circa hæc. Barto. in l. generaliter. §. final. ff. de decur. & in l. omnes. in 3. C. de decu. lib. 10. nec aduocatus, l. final. C. de poſt. nec tabellio, Ang. in Auth. iuſiuran. quod præſt. ab his qui admi. col. 2. Intellige inter Chriſtianos, quia inter ſeipſos benè poſſunt, Bar. in d. l. 19

generaliter.§.fi.Io.de Ana.in c.cùm ſit.de Iudę.& ibi Fel.in prin.dicentes Flo.de ſan.Pe.ita conſuluiſſe per tex.à contrario ſenſu, in l.ſi qui inter.C.de Iudę. Intellige etiã ſecùs,ſi eſſet effectus Chriſtianus:quia talis nõ repellitur ab ordinibus & beneficijs eccleſiaſticis,c.eam te.& ibi Pan.& Fel.de reſcr. quanto etiã minus debet repelli à ſecularibus officijs, ſecundum Fel.in d.c.cùm ſit.licèt in contrariũ ſit tex.ſing. ſecundum Lu.Ro.in ſingulari.675.incip.ve manus ad lucrũ panis, in c.conſtituit.iuncta gl.17.q.4.Sed ibi loquitur de nouo cõuerſis qui dicũtur Neophiti qui nõ poſſunt promoueri, 48. diſt.per totã.Fel.in d.c.eam te.col.8.& in d.c.cũ ſit.Item aduerte,quia officia publica onerosa non ſunt Iudæis interdicta:quia excluſus ab officijs publicis non intelligitur excluſus ab onerosis,tex.ſing.ſecundũ Bal.Ang.& Imol.ibi in l.ſi quis ſolidum.ff.de hære.inſti.& voluit in ſpecie Bart.in d.l. omnes.C.de decurio.lib.10. dicens Iudæum poſſe eſſe decurionem,quatenus eſt onus,non quatenus eſt dignitas.

Facit quòd de bannito dicit gl.in l.2.§.nemo.ff.de capi.di. quòd nõ deſinunt eſſe ciues quòad onera:& quod no.Bar.in l.vna.per illum tex.C.de infa.lib.10.per quę, & alia ſimilia multa,quę ponit Iaſ.in rub.de iuſt.& iu.col.2. videtur poſſe concludi contra Bar.ibi,quòd Iudęus poſſit eſſe tutor Chriſtiani,cùm ſit onus,l.volũtarie.de execu.tu.ca. próut etiam tenent ibi Rap.Fulg.& Mar.Laud.& videtur in puncto iuris verius,ſecundum Iaſ.ibi. Attamẽ in practica & facti contingentia Bar.opinio eſſet amplectenda:quia per illam periculum animæ euitatur,ne Iudęus ſimplicem pupillum ad perfidiam ſuam trahat.l.ſunt perſonæ.ff.de reli.& ſump.fune. quam etiã tenent Mar.Lau.ſibi cõtrarius in l.1.in prin.ff.de iuſt.& iur.Ang.Are.in §.præterea.in 2.col.39.Inſt. de excep. & Io. de Ana.in rub.de iudæ.& in c.fi.eo.tit.Ant. de Trem.

h *Aduocatus* Vltra duas leges allegatas per do.Huber.adde tex.glo.& Dd.in c.poſtremo.de app. & voluit poſt Hub.
20 Spec.in tit.de offi.aſſe.§.fi.in fi.quòd † ſententia lata per iudicem,qui fuit aduocatus in cauſa,eſt nulla.

Quod ſanè procedit, poſtquàm fuerit recuſatus: quia iudicis quantũcunq; ſuſpecti ſententia,niſi recuſetur, valet, & tenet,c.iudex ab Apoſtolica.de offi.dele.in 6.Bar.& ſcriben. in l.quia poterat.ad Treb.ff.Alex.& Iaſ.in l.ſolet. hic alleg. col.1.Hoſt.in d.c.cum ſpeciali.& ibi Pa.

Aduerte

Aduerte tamen, quòd ille, qui habuit nunc iudicem aduocatum in cauſa, non poteſt illum ob id recuſare etiam ſi ſecreta cauſæ ei reuelaſſet, ſed aduerſarius ſolus, gloſſ. in c. dilecto. in verſi. recuſatis. & ibi Pa. de teſti.

Item intellige, quòd aduerſarius tūc demum meum olim aduocatum, nūc iudicem, poteſt recuſare, ſi propalauerit intentionem ſuam, & conſultus de iure reſponderit, aliàs non ita limitabat prædictam l. ſolet. Innnoc. in c. irrefragabili. in ver. exceſſus. de offic. ordi. & ibi notat Pa. dicens quotidiè allegari illud dictum Innocen. & licèt Anto. de But. ibi impugnet, tamen Innocen. ſequitur Ioan. And. Pa. Imol. & Felin. ibi, per glo ord. in d. c. dilecto. & illam limitationem Innoc. dicit ſingularem Alexan. & eam ſequitur ibi Iaſ. in d. l. ſolet. & Phi. Fran. in c. poſtremò. colum. 10. de app.

i *Cauſa propria* Quod non poteſt † eſſe etiam conſenſu aduerſarij accedente, quia rub. C. ne quis in ſua cauſa. eſt negatiuè concepta, & ſic prohibitiua, habens orationem integram: quo caſu conſenſus partium nihil operatur, nec poteſt illi renunciari, vt vult gloſſ. reputata ſingularis in l. 1. gloſſ. mag. in fi. C. ne fideiuſ. do. dentur. expreſsè loquens de d. rub. ne quis in ſua cauſa. gloſſ. dixit reputari ſingularem Alex. de Imo. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 3. ſol. ma. ff. 21

Facit text. loquens de arbitro in l. penul. ff. de arbi. dicens, quòd quis non poteſt eſſe arbiter in cauſa propria: verbum enim, non poteſt, importat neceſſitatem præciſam, & negat potentiam, id eſt denotat actum eſſe impoſſibilem: vt eſt gl. ord. in c. 1. in ver. non poteſt. de regul. iur. in 6. quam dicit or. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. 6. de verbo. obli. ff. & in l. Gallus. in prin. in vtraque repetitione, vbi dicit indifferenter ab omnibus approbari, de lib. & poſt. ff. & illam dicit ſingularem Pa. in c. ſi quis contra. de fo. compe. 22

Tertiò facit text. in l. Iulianus. in 2. in ver. alius iudex neceſſariò ſumendus eſt. ff. de iudi. Licèt Pau. de Caſt. & Alex. inaduertenter innuant oppoſitum. in d. l. qui iuriſdictioni. ponderantes verbum, neque debet, quo vtitur ille text. non autem verbo, nō poteſt, per quod ſecundum eos innuitur, quod niſi opponatur per partem ream, iudex poterit cognoſcere in caſibus illius l. voluerunt dicere eam vxoris, liberorum, & domeſticorum. & tamen ille text. dicit, qui iuriſdictioni præeſt, neque ſibi ius dicere debet. & non dicit, poteſt,

ergo ſecundum eos dicet etiam ſibi ius, ſi non fuerit oppoſitum à parte, quod non eſt verum, per præmiſſa ad quod Iaſ. ibi non aduertit. poſteà reperi Pa. in Spec. ita tenentem. in c. cùm veniſſent. col. fi. de iudi.

23 Iſtam concluſionem, quod quis † non poſſit dicere ius in cauſa propria, limita 1. in Papa ob ſuperioris defectum, gloſ. Pa. & alij. in d. c. cùm veniſſent. de iudic. Innocen. & Dd. in c. ex parte. in 1. de verbor. ſignifica. probatur per text. in §. ſola. & in c. nemo iudicabit. & duobus ſequ. 9. q. 3. & in c. ſi Papa. 40. diſt. & quod voluit gloſſ. in c. ſi quis pecunia. 79. diſt. vbi de promoto in Romanum Pontificem, cuius vxor, quam putabat mortuam, eum repetit, non enim erit cogendũ ſtare iudicio alicuius, vt ibi.

Reſtringe tamen, niſi in crimine hæreſis, d. c. ſi Papa. & in omni crimine notorio, incorrigibili, & generante ſcandalum in Chriſtianitate, gloſſ. not. & ſingularis, in d. c. ſi Papa. quam dicit ſingularem Pa. in d. c. cùm veniſſent. ceſſantibus qualitatibus illis de nullo alio crimine Papæ alius cognoſcere poterit, etiamſi diceretur ſymoniacus, ſecundum glo. in d. c. ſi quis pecunia. qui reſpondet ad illum tex. Item ſi duo contenderent de Papatu, tunc conſilium eſſet iudex, in c. ſi duo. 79. diſt. Secundò limita in Imperatore, vel alio non recognoſcente ſuperiorem in temporalibus, vt in rege Francorũ Chriſtianiſſimo, c. per venerabilẽ. qui filij ſint legi. per quem tex. communiter tenetur regem Francorũ nõ ſubeſſe Imperatori, ſecundũ Iaſ. in l. 1. col. 3. 1. lec. C. de ſum. tri. & fi. ca. Vel in rege Hiſpaniæ, de quo per gl. in c. Adrianus. in 2. 73. diſt. & in dominio Venetorũ, qui imperatorẽ nõ recognoſcunt ſiue ex priuilegio, vt vult Bar. in l. apud hoſtes. col. 1. ff. de capt. & Albe. in d. l. 1. ſiue de iure, ex eo, q in alueo maris ſit Venetia ędificata, vt per Bal. in rub. de re. diui. col. 2. hi enim & alij de iure vel de facto ſuperiorem non recognoſcentes ex ſuperioris defectu poſſunt ius dicere in cauſa propria, l. & hoc Tiberius Cæſar. ff. de hære. inſti. l. proximè. ff. de his qui in te. delen. iunctis not. per glo. in c. Guiliſarius. in ver. anathematizaui. 23. q. 4. et per gl. magnã. in c. 1. de maledi. & per Cy. Bart. & Sali. in d. l. vna. C. ne quis in ſua cauſa. & per Bar. in l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. quod vi aut clam. & per Pa. & Felin. in d. c. cùm veniſſent. vbi Felin. dicit ita tenendum non obſtantibus fundamentis Modernorum ibi tenentium contrarium.

trarium. Hoc tamen ſublimita, primò in caſu c. nouit. de iudic. Secundò quóad ſubditos, quia quóad alios ſecùs, ſecundum Hoſti. & Pa. col. 7. ver. & quod. ſup. dixi. in d. c. nouit. & Felin. in d. c. cùm veniſſent. col. 3. Tertiò quando non † recognoſcens ſuperiorem eſſet actor: ſecùs ſi reus, 24
quia tunc poterit coram Papa trahi, ita Pa. in c. 1. de proba. per illum tex. quem ad hoc dicit ibi ſingulariter notandum. & idem Pa. in c. expoſita. col. 1. de arbi. & licèt Felin. in d. c. cùm veniſſent. poſt Do. ſuum in d. c. 1. teneat contra hanc ſublimitationem, tamen eam ſaluat in d. c. 1. col. 4. dicens poſſe ſaluari in cauſa ardua, vel arduo dubio, aliàs non, per c. venerabilem. qui fil. ſint legi. & per nota. per Innocen. in c. cùm te. de re iudic. vt ibi per eum cuius verba reaſſumpſit Dom. Stepha. Aufre. in addi. ad repe. Cle. 1. de off. or. in rub. de poteſtate eccleſiæ ſuper laicis. col. 8. ver. quadrageſimo, nulla mentione facta de Feli. quod furti ſpecies eſt: vt voluit Bald. in proœ. feud. col. 2.

Tertiò principaliter fallit in magiſtratu † inferiori, qui 25
iniuriam ſibi illatam, dum quarto notoriã, & ſub præſentia pupilli illatã poteſt punire: quia tunc cenſetur merus executor cum notorijs non expediat cognoſcere vel ſentẽtiare, ſed exequi & punire, c. quoniam. de presby. Ita determinant Iac. de Are. & Cy. latè diſputantes, Bal. & Salic. in d. l. vna. Bar. in l. ſi quis fortè. §. ſi quis. ff. de pe. Inno. & Ant. de But. in d. c. ex parte. Pa. & Felin. in d. c. cùm veniſſent. & facit text. in c. 1. de pœnis. in 6. Si verò non eſſet notoria, & tangeret principaliter dignitatem, poſſet cognoſcere & punire, ſecùs ſi perſonam principaliter, glo. in c. ſi quis erga epiſcopũ. & c. ſi quis ab epiſcopo. 2. q. 7. eo enim caſu adire deberet ſuperiorem. c. dilectus. & ibi Inno. & Pa. in 2. no. de pœnis. & ita concludũt præallega. Dd. & videtur velle Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. in prin. Pau. tamen in d. l. vna. videtur requirere duo ad hoc, vt ipſe cognoſcat, quòd iniuria ſit notoria, & quod reſpiciat dignitatem, ſed alij dicunt vt ſup.

Iſtam concluſionem reſtringe, primò vbi pœna eſſet à iure pro illa offenſa limitata, aliàs ſi veniret arbitrio ipſius iudicis offenſi imponenda, vt eſt regulariter in actione iniuriarum, tunc quia poſſet in arbitrando modum excedere, poſſet tanquã ſuſpectus recuſari, ita Pa. in c. 1. de maledi. & in d. c. dilectus. & in d. c. cũ veniſſent. & ſimpliciter trãſit Iaſ. in

d. l. qui

d.l. qui iuriſdictioni. Secundò reſtringe in iudice ordinario:
26 quia † delegatus non poſſet cognoſcere de iniuria ſibi illata, ſed ad ſuperiorem remittere. d.c. dilectus. & ibi Inno. Pa. niſi quando ſua iuriſdictio ex hoc impediretur. c. 1. & ibi etiam Inno. Pa. & alij de offi. deleg. & colle. & Pa. in d.c. cùm veniſſent. Tertiò credit Pa. in d.c. cùm veniſſent. col. fin. quod ſicut q̄s poteſt eſſe arbitrator in cauſa propriæ iniuriæ, c. quintauallis. de iureiur. & ſic extraiudicialiter in cauſa propria cognoſcere, ita poterit ſuperior iniuriam ſibi illatã per ſubditum, licèt occultam, extraiudicialiter punire per viam correctionis & impoſitionis alicuius pœnæ, & ita etiam Domini. in c. & qui emendat. circa medium. 40. diſt. quem refert, de Pa. non faciens mentionem Felin. in d.c. non veniſſent.
27 col. fin. Quartò fallit in quocunque † priuato, ſi copia iudicis haberi non poſſit: quia tunc poterit ius ſibi dicere in cauſa propria, gloſſ. in c. ius gentium. 1. diſt. pro qua tex. in l. generali. de decur. libr. 10. quem ad hoc allegat Spec. in tit. de acto. ver. item quod vult propria auctoritate.

Nota pro nobilibus punientib. suos subditos.

Ad idem glo. valdè ſingularis. in l. nullus. C. de Iudæ. volens licere mihi propria auctoritate iniuriã illatam vlciſci, ſi offenſorem fugientem ad iudicem ducere non poſſim. quam dicit valdè ſingularem Pa. in c. 1. col. 17. de iudi. Et per illam gloſſ. Bar. ibi. & in l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. quod vi aut clam. & in l. hoſtes. ad fi. ff. de capti. & poſt. re. dicit, quòd in ciuitatibus Italiæ non recognoſcentibus ſuperiorem, ſi vna occupet per vim res alterius, quòd illa poterit per vim recuperare: quia iudicis non eſt copia. & idem voluit Bald. in l. ſi quis ad ſe fundum. in prin. C. ad l. Iul. de vi pub. limitans illam l. non procedere, vbi copia iudicis haberi non poſſet, & quod voluit
28 idẽ Bal. in l. 2. col. 10. C. de ſer. & aqua. quòd † per furtũ vel proditionem poſſum occupare caſtrũ illius, qui occupauit meum, ſi alio modo mihi conſulere non poſſum: Et quòd in defectum iudicis liceat ſibi ius dicere, tenet Inno. & ibi Pa. col. fina. in c. olim. in 1. de reſtit. ſpo. & Card. in Clem. vna. in ver. ſi quis autem. in prima oppo. de ſeque. poſ. & fruc. quod ſingulariter limitauit Bal. in l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. ff. ex qui-cau. ma. procedere, ſi periculũ ſit in mora, aliàs ſolus defectus iudicis non ſufficeret: & ita limitat d.l. nullus. quam limitationem dicit ſingularem Alex. in addi. ad Bart. in d. §. lætiſſimè. & ſatis ſentit Bart. in l. ait prætor. §. ſi debitorem.

torem. ff. de his quæ in frau. cre. cùm dicit, quia erat ſibi periculoſum expectare, quia interim aufugiſſet. Hinc eſt, quòd debitorem fugitiuum poſſum propria auctoritate capere, & ad iudicem ducere, per text. in d. §. ſi debitorem. Sed quia ille text. de captura perſonæ verbum nullum dicit, ideò ad hoc in communi allegetur gloſſ. in ver. in iudicio. in princ. titu. Inſt. de actio. quam ibi Bald. dicit ſingularem. ſed Bar. aliam allegat in d. §. ſi debitorem. videlicet in c. vno. in prin. in ver. poteſtatem. de pace tenen. & iura. fir. in vſi. feu. & eſt alia in Authen. vt iudi. ſine quo. ſuf. §. neceſſitatem. gloſſ. 3. col. 2. & tenet Specu. in d. ver. item quod vult. & Bart. in d. §. ſi debitorem. & in d. l. generali. Bald. Angel. & Iaſ. in d. prin. de act. & eſt bonus text. in d. l. generali. & in l. 1. C. vbi quis. decur. vel coar. & ibi etiam Bart. Bald. & Salice.

Et huiuſmodi de debitore † fugitiuo captura, etiam ſi fieret iudicis auctoritate, poſſet fieri die feriata, & in honorem Dei, per gloſſ. ſingularem in l. fin. C. de fer. quam dicit ſingularem Bald. in c. fin. col. fin. de fer. & Ange. & Fulgo. in l. 1. in §. 1. ff. eo. titu. & Paul. de Caſt. in l. diuus. eo. tit. quam ſequuntur Bart. in d. §. ſi debitorem. ad fin. & Bald. & Dd. ibidem. & Dd. in prin. tit. de act. Inſti. & nedum ſi eſſent feriæ ſolennes, verùm etiam ſi ſolenniſſimæ, vt die Paſchæ, vel Natiuitatis Domini, ſecundum Bald. in d. c. fin. & poterit etiam capi fugitiuus tempore treugarum: quia tale tempus fugitiuis non prodeſt, ſecundum Bald. in c. 1. colum. 2. de treu. & pace. 29

Sicut dicunt Moderniores in l. pleriq;. de in ius vo. ff. quod in loco priuilegiato, putà domo propria poterit etiam capi, argumento de tempore ad locum, l. vnum. ff. ſi cert. peta. Et an idem in ſe præparante ad fugam, & quæ ſint neceſſaria ad obtinendam capturam à iudice, vide per Dd. in locis prædictis, maxime in d. princ. de actio. an verò probetur ſuſpicio fugæ per iuramentum, dixi in procе. ſup. in verſicu. iuret. & & quid in debitore in diem fugiente dicam, infrà tit. quibus mo. ſuo nomine agen. ver. impediuntur etiam agere.

Quinto fallit in caſu l. ſi alius. §. eſt & alia: & ibi Barto ff. quod vi aut clam. & l. 3. §. quod ait prætor. ff. de incend. ruin. nau.

Sextò in caſu l. 1. C. quando lice. ſe. ſine iudi. ven. in nocturno depopulatore & aggreſſore itinerum.

Septimò in caſu l. 2. C. vt ne priuen. titu. prædio.

Octauò

Octauò in caſu l. furem. C. ad legem Cornel. de ſicar. & l. 4. §. 1. & l. ſequ. in princip. ff. ad legem Aquil. & in c. ſi perfodiens. & c. ſuſcepimus. de homi.

Nonò fallit in caſu Authen. ſi quis ei quem. C. de adulte.

Decimò in caſu l. patri. & l. ſequ. ff. ad legem Iuliam. de adulte.

Vndecimò in caſu d. l. generaliter.

Duodecimò in caſu l. deuotum. C. de metha. lib. 12.

Decimotertiò in caſu l. prohibitum. C. de iure fiſci.

Decimoquartò in caſu l. quemadmodum. §. 1. ff. ad legem
30 Aquil. vbicunque † aliquid fit in meo citra ius ſeruitutis poſſum propria auctoritate tollere. Secùs ſi ſupra meum, vt ibi.

Decimoquintò in caſu l. 1. §. licèt. ff. de pericu. & commo. rei vendi.

Decimoſextò in caſu. l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſt. tuto. & l. quæ omnia. §. fi. ff. de procurator. ratio. offi.

Decimoſeptimò in caſu l. 3. C. loca. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. eod.

Decimooctauò in emphyteota ceſſante in ſolutione canonis per tempus à lege diffinitum, text. in l. 2. & ibi gloſſ. Dd. antiqui. & Iaſ. C. de iure emphyteo. & in c. potuit. de locat.

Decimononò in caſu l. pignoris. C. de pigno.

Vigeſimò in caſu l. 1. ff. de via publi. & ite. Et ex his quoſdam & nonnullos alios ponit Specul. in d. verſic. item quod vult. Et alios in corpore iuris diſperſos congregare potius eſſet laborioſum, quàm ſubtile, & in ſimili dicit gloſſ. in l. 1. ff. ſolu. matri.

k *Excedit.* Et ſi cognouerit, ſententia eſt nulla, vt infrà de impe. & cau. nul. §. ratione quantitatis. & ibi vide quæ poſui in addi. in ver. delegatus. Ant. de Tremo.

l *Iuriſdictionis.* Putà defenſor ciuitatis, vel iudex pedaneus de cauſis meri vel mixti imperij, vel iuriſdictionis magnæ, de quibus præſides cognoſcere debent, nec poſſunt illas delegare: quia iure cuiuslibet magiſtratus non competunt, l. placet. l. 1. C. de peda. iudi. hic all. l. 1. in princip. ff. de offi. eius cui man. eſt iur. exceptis cauſis criminalibus, leuibus, & pecuniarijs intra 300. aureos, de quibus, quia iure cuiuslibet magiſtratus competunt, poſſunt defenſores cognoſcere

ſcere

ſcere & iudicare, in Auth. de defen. ciui. §. iudicare. & §. audient. hic alle. col. 3. Sed cùm hodie ſingulæ ciuitates habeant ſua regimina, ſicut olim prouinciæ, vt dicit gloſſ. ſingularis reputata, in l. fin. in ver. id eſt, in vna. C. de præſcript. long. temp. 10. vel 20. ann. Ideò defenſores, quos Itali appellant præſtantes, habent ea, quæ ſunt meri & mixti imperij, ſicut præſides, ſecundum Ioan Andr. in addi. ad Specu. tit. de iur. om. iu. ver. infirmi. & Ange. in l. 1. §. ſolet. ff. quando app. ſit. Iaſ. in d. l. 1. in princ. in 5. col. de offi. eius cui man. eſt iur. Sicut etiam videmus in ordinarijs iudicibus regis in regno Francorum. Secundò poteſt exemplificare in iudice ſeculari volente cognoſcere de cauſa ſpirituali, quæ ad eius cognitionem nec principaliter nec incidenter ſpectat, c. cauſam quæ. qui filij ſint legi. c. tuam. de ordi. cog. vel de cauſa ſpiritualitati annexa, putà † iuriſpatronatus, cuius etiam cognitio eſt iudici ſeculari interdicta. c. quanto. de iud. 31

Niſi cum vniuerſitate cognoſceret acceſſoriè, prout voluit glo. ſingula. in c. filijs. glo. 1. in cauda. 16. q. 7. dicens iudicem ſecularem poſſe priuare iure patronatus laicū eius bona confiſcando. quam facit ſingularem: & ſequitur Pa. in d. c. quanto. col. 3. ita etiam ibi Antou. de Butr. argumen. tex. in c. ex literis. de iure pa. quem text etiam allegat gloſſ. præalle. idem tenet Pa. in c. cùm laici. de iure pa. dicens illam gl. notā. idem Panorm. in c. 2. de feu. tenuit etiam Cardi. Flo in Clem. 2. in 8. quæſtio. de iu. pa. & ſatis ſentit Barto. in l. Aufidius. de priui. cre. ff. licèt Ioan. de Imol. in repe. l. in inſulam. ff. ſolut. matrim. & Felin. in d. c. quanto. teneant contrarium, quòd nec etiam acceſſoriè.

Sed cum ius patonatus poſſit vendi acceſſoriè cum vniuerſitate, & etiā pignorari, c. cùm ſeculum. & c. ex literis. de iure pat. ſatis poteſt prima pars ſuſtineri, propter glo. auctoritatem, quæ omnes alias antecellit auctoritates, ſecundū Bal. in l. cùm hæreditas. C. depo. cuius opinio in dubio eſt tenēda ſecundū Bal. in l. 1. in fi. ff. de vul. & pu. & à cuius opinione in curia Romana non receditur in iudicando, ſecundum Pa. in c. edoceri. de reſcri.

Iutellige tamē ſecundū Pa. in d. c. quanto. dummodò ius patronatus nō exprimatur in libello neq; in ſentētia: quia tūc ius patronat⁹ veniret principaliter, & nō valeret iudiciū, ſicut nec venditio dicendo, vendo villā & ius patronatus in ea. exiſtens,

exiſtens, vt dicit Ioã. And. in Nouel. in c. vno. de iur. pa. in 6. quod Pa. vbi ſuprà dicit ſingulariter notan. In tribus tamen
32 caſibus † poſſet ius patronatus nominari in libello, ſententia, vel venditione: primò hoc modo, peto hereditatem cum iure patronatus. Secundò, peto hæreditatem cum pertinentijs & iure patronatus, in ablatiuo, ſecùs ſi diceret, & ius patronatus: quia cùm contingit acceſſoriè, & verò æquè principaliter, per Dd. Bartol. in l. ſi cui legatum. ff. de fun. inſtr. & inſti. le. Ita voluerunt Pa. Maria Socin. & Ioan. de Ana. in c. querelam. de ſimo. refert Felin. in d. c. quanto. col. pe. Tertiò, ſi diceret, peto hæreditatem Titij: videlicet domum talem, & villam illam, & ius patonatus talis eccleſiæ: quia tunc ius patro. venit declaratoriè, ſecundum Do de S. Gemi. in d. c. vno. in prin. col. 1. de iu. pa. lib. 6. poſt Ioan. Cal. ibi De Tremo.
33 m *Actoris.* Notanter dixit actoris, quia ſi filius † & cæteri conuenirentur coram patre &c. teneret iudicium, tex. in l. lex Cornelia. in prin. ibi, ei qui agit. hic alle. ſicut enim vocans ſeruum in ius, videtur ipſius perſonam legitimare, vt per Bart. in l. de pupillo. §. 1. ff. de oper. no. nun. ita vocans filium coram patre: & ſic de cæteris iudicis perſonã videtur approbare, & tacitè in eum conſentire. licèt enim cùm vult iudicare in cauſa propria non poſſit conſenſus partis validare iudicium, vt dixi ſup. eo. in ver. cauſa propria. Attamen in cauſã ſuorum ſecus. Et ideò dicunt Albe. Raph. Ful. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. quod in cauſa ſuorum poteſt quis iudicare: & tam iudicium etiam agentibus ſuis, ſi non opponatur à reo propter tacitum conſenſum inductiuum prorogationis iuriſdictionis, aliàs declinabilis, per tex. in l. in priuatis, in ver. poteſt. de iudi. ff. adde alium text. in l. quinetiam. ibi & iudicem eum eſſe poſſe, ff. de arbi. Quod procedit in ciuilibus cauſis, ſecùs enim in criminalibus, in quib⁹ nec pater filio, nec filius patri erit iudex per d. l. in priuatis à contrario ſenſu. & tenet gloſſ. in d. l. quinetiam. & d. l. qui iuriſdictioni. & ibi Alex. & Iaſ. & ex his habes duas fallẽtias ad principale dictũ Dd. noſtri. Alias duas collige ex ſequentibus verbis eiuſdem, videlicet in delegato, & vſque ad litis conteſt. quando actio eſſet tempore peritura, quos etiam ponunt Moder. in d. l. quæ iuriſdictioni. Limita hoc in iuriſdictione contentioſa: quia in voluntaria poteſt, l. ſi conſul. ff. de adopt. dummodò cauſæ cognitionem non exigat:
ſecun-

ſecundum Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. Vnde dicit Archi. in c. omnes. 30. q. 1. quod † ſacerdos poteſt abſoluere ſuam con- 34
cubinam de cōcubinatu cum ea commiſſo donec ab eccleſia tolleratur, licèt honeſtius faceret alteri committere.

Sextò † fallit in epiſcopo, qui de cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt 35
cognoſcere, glo. in c. ſi quis erga epiſcopum. 2. q. 7. Canoniſt. in c. cùm veniſſent. poſt glō. ibi de iudi.

Septimò fallit, vbi par affectio tollit ſuſpitionem, putà quia litigatores eſſent pariter coniuncti iudicanti, l. non ſolum. §. denuò. ff. de ritu nup. & ibi per Bart. gl. & Dd. in c. poſtremò. de appel. Bar. & omnes in d. l. qui iuriſdictioni.

Octauò fallit, quando conſuetudo eſſet in contrariū, tex. cum gl. in verſ. punire. in c. 1, de pe. lib. 6. gl. & ſcriben. in c. cū contingat. de foro comp. Alex. & Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. Nonò fallit quia Archiepiſcopus etiam in diœceſi ſui ſuffraganei iniurias notorias ſuæ familiæ illatas punire poteſt, tex. in d. c. 1. de pe. lib. 6. Decimò, quia iudex delicta ſuorum officialium in officio delinquentium punire poteſt, tex. in l. nulli. C. quo. appella. non reci. canoniſata. 2. q. 6. c. nulli. & ibi glo. Bart. & Ang. in d. l. nulli. Ange. Sali. Alex. & Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. hos autem caſus & alios paucos proſequere, vt ibi per eos. Anto. de Tremo.

n *De eius familia.* Ad text. hic allega. per Do. Huber. adde text. in c. inſinuante. de offic. delega. & facit text. in c. 1. & c. accuſatores. in tertio. 3. quæſt. 5. vbi teſtis ob familiaritatē repellitur. Sed minor cauſa repellit iudicem, quàm teſtem: quia multi iudices pauci teſtes, gloſſ. in d. c. inſinuante. & in c. cum R. canonicus. eod. titu. & vtrobique per ſcribentes. Intellige in familiaritate magna, ſecùs ſi eſſet leuis, gloſſ. Pa. & alij in d. c. inſinuante. Qui autem dicantur familiares? dic, quòd propriè † familiares alicuius dicuntur dome- 36
ſtici continui commenſales illius expenſis, ita text. in c. fin. de verbo. ſignifi. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. domi.

Idem tamen dicas, ſi eſſet ſocius in eadem domo habitās, licèt non illius expenſis, c. cum R. canonicus præalleg. & ibi Pa. & Specu. in titu. de deleg. §. ſupereſt. verſic. quid ſi ſit ſocius in eadem domo. Ange. Aret. in §. præterea. in 2. col. 11. de excep. inſti. Cardi. in c. poſtremo. de appella.

Idem etiam & tertiò dicas in ſocio ſtrictè ſumpto, cum quo ſocietatem contraxiſti: quia poterit in tua cauſa iudex

datus recuſari, licèt extra domum habitet, ſecundum Spe. in d. §. ſupereſt. verſi. item ſi eſt canonicus. & ibi Ioan. And. poſt Guil. Angli. per tex. in l. verum. in prin. ff. pro ſo. vbi ſocietas ius quodammodò fraternitatis habet, quod idem Spec. in d. verſ. quid ſi ſit intelligit procedere durãte ſocietate, poſt nõ, arg. d. c. cum. R. & ita tenuiſſe Pet. & Abb. in d. c. cum. R. refert Ioan. And. in addi. ad Spec. vbi proximè.

Et quia Do. Huber. hic tangit aliquas legitimas cauſas ſuſpicionis, non tamen plenè, adde gloſſ. in c. cauſam quæ. de offi. deleg. & Hoſt. in ſum. illius titu. §. quæ autem ſunt legitimę. vbi ponit 18. quas proſequuntur Ioan. Andr. Domi. de S. Gemin. & Philip. Fran. in d. c. legitima. de appe. lib. 6. Cardi. verò Alexand. ponit 70. in d. c. poſtremo. & quaſdam. Iaſ. in l. apertiſſimi. C. de iud. & vide Spec. in d. §. ſupereſt. Anto. de Tremolis.

o *Conſanguineus*. Adde text. in c. poſtremo. de appella.
37 Sed quis dicetur † conſanguineus? dic, quòd propriè conſanguinei ſunt fratres ex vtroque latere, vel ex parte patris coniuncti, l. 1. §. fin. & l. ſequen. in princip. ff. de ſuis & legi. hære. §. 1. Inſtit. de legi. ag. ſucceſſ. Sed magis larga ſignificatione conſanguinei dicuntur cognati. glo. Bart. & omnes in l. cùm quidam. §. 1. ff. de acquiren. hæred.

Tertiò dicitur conſanguineus ſecundum iura canonica, quæ quocunque ſanguine coniunctus eſt, vt in rubr. de conſang. & affini. ita voluit Barto. in d. §. 1. poſt Azon. in ſum. de ſuis & leg. hæred. benè facit text. in c. non debet. de conſang. & affin. & ita accipimus in communi vſu loquendi, qui eſt attendendus, & præfertur propriæ ſignificationi, l. Labeo. & ibi Bart. de ſup. leg. cum ſi. Barto. & alij in rubr. de noui ope. nunc. ff. vnde dicebat Bald. in l. fina. C. de verb. ſig. quod licèt mater & auia non ſint conſanguineæ, tamen abuſiuè eas conſanguineas appellamus. Dicit tamen Bald. in d. l. cùm quidam. §. 1. quòd à propria ſignificatione non eſt recedendum, niſi conſtet de communi vſu loquendi contrario. Et quæ ſignificatio huius vocabuli, conſanguineus, ſit attendenda an ciuilis an canonica, vide Alexand. ibidem. in 3. col. Vſque autem ad quem gradum repellantur conſanguinei? dic, quòd vſque ad decimum, vſque ad quem hodie admittitur ſucceſſio inteſtati. §. fin. Inſti. de ſuc. cog. ſecundum Pa. & Car. Alexan. in d. c. poſtremo. licèt gl. ibi dicat de ſeptimo,

de

de quo tamen latius vide ibi Ioan. Andr. & Pa. dicentes conſuetudinem patriæ attendendam. Antó. de Tremo.

p *Vidua.* Hæ enim † perſonæ non poſſunt trahi extra prouinciam ſuam. Sed benè poſſunt alios trahere coram Principe, ſi velint. d. l. vnica. hic allega. & ibi Barto. notat caſum, in quo ordinaria iuriſdictio declinatur. Non tamen intelligas, quòd per modum exceptionis poſſunt declinare iudicium ordinarij: quia ille textus contradiceret: ſed per modum querelæ Principem adeundo, & literas impetrando, ſecundum Bald. & Salice. ibi. ad quod facit quod ſtatim dicam poſt Innocen. Et dicit gloſſ. ibi. quam Bald. dicit diligenter notandam & Salice. nota. & ordinariam & flori. ſingularem próut ibi refert Alexand. in addit. ad Bald. quod tali priuilegio non poſſunt perſonæ iſtæ renunciare. 38

Non omitto etiam, quòd de iure canonico eſt talibus perſonis aliud indultum priuilegium, quòd † poſſunt laicos coram iudice eccleſiaſtico conuenire, c. ex tenore. & c. ex parte b. de for. compet. ſunt enim ſub protectione eccleſiæ, text. in c. licet. & c. defenſionis. 87. diſt. 39

Intellige primò, quòd poſſunt trahere agendo, ſed conuenti coram iudice ſeculari non poſſunt eius forum declinare, ſecundum Innocen. in c. ſignificantibus. de offi. deleg. quod Panormi. in 2. colum. in fin. dicit nota. & menti tenendum. Secundò inteellige, dummodò ſint miſerabiles perſonæ, & & pauperes, vel oppreſſæ. dicto c. ſignificantibus. & d. c. ex parte b. aliàs enim laicum ad iudicium eccleſiaſticum trahere non poſſent, niſi data negligentia iudicis ſecularis, d. c. ex tenore. & ita ibi tenet Panormi. & idem Panorm. in d. c. ſignificantibus. & in c. licèt ex ſuſcepto. colum. 2. & 3. de for. compe. Ant. de Tremo.

q *Euitare.* Habet enim ſcholaris † electionem coram quo de tribus iudicibus velit conueniri, putà Epiſcopo præſide prouinciæ, quem Seneſcallum appellamus, & Rectore, dicta Authenti. habita, ad fin. & in procem. fforum. §. penultim. 40

Priuileg. Auth. habita. C. ne filius pro patre.

Et quia etiam † Rector habet iuriſdictionem à lege, erit dicenda talis iuriſdictio ordinaria, l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. iudi. vnde poterit eam delegare, vt etiam vult gloſſ. in dicta Authen. habita. in ver. dedimus. quam ibi ſequitur Salice. & Bartho. Bolog. in repe. col. 30. & Alex. in l. ſolet. 41

col.fin.ff.de iuriſdi.om iud. Poterit ſimiliter exequi ſuam ſententiam, quod non faceret delegatus, l. à diuo Pio. in prin. Ita Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de ſenten.excu. §.2. verſicu. quid de ſententia Doctoris, Bartò. in d l. à diuo. §.1. verſ. quæro pone. Alexand. in l. iubere. colum.2. ff. de iur. om. iudic.

Et licèt de iure huiuſmodi priuilegium procedat tam in criminalibus quàm in ciuilibus cauſis propter generalitatem dictæ Authen. habita: tamen quóad cauſas criminales de conſuetudine non ſeruatur, quòd Rector cognoſcat, vt per gloſſ. in d. §. penul. maximè Bononiæ, vbi fuit illi priuilegio renunciatum. de qua renunciatione vtrum valuerit, & potuerit alijs vniuerſitatibus vel etiam alijs ſcholaſticis tunc Bononiæ non exiſtentibus præiudicare, vide gloſſ. Bal. Salice. & Bart. de Bolog. colum. 29. in d. Authen. habita.

42 Et adde, quòd ſcholaris † pro contractibus initis in ſua patria non poteſt conueniri in loco ſtudij, ſed habet ius reuocandi domum: quia ſola habitatio non facit eum ſortiri forum, Cyn. & Bartho. Bolog. in d. Authen. habita gloſſ. in ver. domicilium. Bartol. Ang. & Paul. de Caſtr. in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudic. Barto. & ibi Alexand. in addi. ad eum, in l. lex Cornelia. §. ſi tamen in fundum. ff. de iniur.

Niſi haberet animum verum vel præſumptum conſtituendi ibi domicilium: vt quia conſtituit ſedens, & deſeruit animum domum redeundi, vel lapſum eſſet decennium. Sed ſi retineret animum reuertendi domum, etiam ſi per mille annos ſtaret in loco ſtudij, forum ibi ex habitatione non ſortiretur, vt per Bartol. ibi & per Dd. in d. §. proinde. Anto. de Tremo.

r *In legatione*. De legato & alijs hic enumeratis eſt text. in l.2. §. legatis. ff. de iud. & generaliter licèt vbicunque aliàs
43 † quis ſortitur forum in aliquo loco, vel ratione communis patriæ, vt l. Roma. ff. ad muni. vel ratione originis propriæ vel paternæ. l. aſſumptio. in princip. & §.1. ff. eod. vel ratione contractus, vt l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudic. ſi ibi fuerit inuentus, ibi poſſit conueniri, d. §. proinde. & c. Romana. §. contrahentes. de for. competen. lib.6. Attamen ſi in aliquo dictorum locorum repertus ibi fuerit ex cauſa neceſſaria, vt caſibus hic enumeratis, & ſimilibus, vel ex cauſa probabili, putà religionis, vt cauſa conſequendarum indul-

indulgentiarum, vel cauſa ſtudij habebit conuentus ius reuocandi domum : etiam ſi eſſet pater viſitans filium ſcholarem, vbi in d.§.legatis. vbi per glo. Bart. Paul. & Modern. & Pau. ibi dicit hos caſus menti tenendos. Sed quod dixi ſi ibi ſortiatur forũ ratione contractus, quòd poſſit petere ius reuocandi domum, procedit in ſolo legato. Cæteri enim ibi contraxerint, vel alibi, quàm in prouincia ſua, ius domum reuocandi non habebunt, d.l.2.§.omnes. vbi Paul. de Caſtr. ponit bonum verbum, quòd iſtud ius domum reuocandi conceditur à lege quadam æquitatę : quia mero iure poſſunt ibi conueniri, poſtquàm ibi ſortiuntur forum, & ibi repeiuntur : & ideò tales conuenti neceſſe habebunt dictum priuilegium allegare, vt eſt caſus in c.fina.ibi, quam ſi allegaſſet. de for. competen. aliàs tenebit iudicium tanquàm coram iudice competenti agitatum, etiam ſi per errorem fuiſſet omiſſa allegatio. allegat gloſſ. in d.l.2.§.1.in verſicu. conſenſus. quam etiam ibi ſequuntur Bar. Bald. & Ang. Anto. de Tremo.

ſ *Pro parte.* Ita quod ratione † ſuæ partis impedietur cognoſcere de parte cohæredis, per illum text. & ibi Alb. Bart. Bald. Angel. & Paul. & eſt ratio ſecundum Bald. Angel. & Paul. quia iudicis officium eſt indiuiduum. ideò ratione partis impedietur totum. & ad hoc illum text. debet allegari, Paul. ibi, Albe. verò dicit, quòd hoc ideò, quia ſententia, quam iudex ferret ſuper parte cohæredis, afferret quale quale præiudicium aduerſario, & præſumptionem pro ſua parte, per not. in l. à ſententia. in princip. ff. de appella. Plus voluit ibi Bartol. per illum text. cum gloſſ. & ſequitur ibi Paul. quod ſi res ſit communis tribus, & inter duos ratione illius rei oriatur controuerſia, tertius non poterit eſſe iudex in illa cauſa. 44

Dicunt etiam Iaco. de Rauen. Alber. & Paul. ibi, quòd iſto caſu non poterit illam cauſam delegare alteri, ſed alius aſſumetur à ſuperiore vel de conſenſu partium. & ſatis hoc ſonat illa litera. licèt ſecùs ſit in aduocato, qui poſteà aſſumptus eſt iudex, qui poteſt cauſam alteri commitere, l. prætor. & ibi per omnes, ff. de iuriſdict. omnium iudi. de quo ſuprà eodem titulo, verſic. ratione cauſæ.

t. *Litigatoribus* . Iſtum titulum ſupple ex dictis per

eundem authorem, infrà titu. de impe. execu. & cau. nul. videlicet quòd ordinarij iuriſdictio poteſt declinari ratione temporis, vt quia die feriato, vel tempore noctis vult cognoſcere, vel poſt finitum tempus ſuæ iuriſdictionis. Et ibi dico. Addidi præterea quòd ratione loci, putà extra territorium, vel extra locum maiorum, vel intra territorium, in loco tamen exempto, ſeu priuilegiato, vt quia iudex ſecularis intra eccleſiā vult de cauſa cognoſcere, de quibus omnibus ibi vide. Anto. de Tremo.

# De impedimentis ſiue exceptionibus [a] quæ contra reſcripta & delegatos iudices opponuntur. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Delegationes communiter per reſcripta committūtur reſcripta autem diuerſimode dici poſſunt vitioſa.

2 Bulla quibus caſibus poſſit dici nulla.

3 Viſibilia aut inuiſibilia alicuius ſcripturæ quæ ſint, & qualiter ipſam ſcripturam impediant.

4 Reſcriptum quibus caſibus veniat caſſandum. & nu. 49. & 52.

5 Reſcriptum non poteſt per hæreticum vel excommunicatum aut ſeruum impetrari.

6 Reſcriptum an falſa latinitate aut ſyllabæ omiſſione corrumpatur.

7 Iudici delegato quæ poſſint opponi.

8 Ordinarij proceſſum impedientia, à fortiori debet impedire delegati, ſed non econtrà.

9 Exceptiones dilatoriæ iudicij ſeu quælibet impedimenta cuiuslibet proceſſus debent ante lit. conteſtą. proponi & terminari.

10 Iudice interlocutorio pronunciante exceptiones ſibi oppoſitas eſſe nnllas nec admittendas, an poſſit ab illa interlocutoria appellari.

11 Appel-

11 Appellari an liceat à beneficijs per iniuriam iudicis denegatis.

12 Iudex an in vno termino poſſit litigatorē coarctare ad omnes exceptiones opponendum.

13 Accuſatori & diffamatori certa tempora per iudicem cauſæ ſtatui poſſunt ad probandum, quibus elapſis ſilentio eis impoſito amplius audiendi non ſunt.

14 Malitia alteri impoſita quando & qualiter veniat ſuperanda.

15 In teſtibus producendis dabilis eſt etiam quarta dilatio cum ſacramento.

16 Renuncians omnibus exceptionib9 an cenſeatur renunciare illis quas ignorat ſibi competere.

17 Exceptiones contra iudicem oppoſitę, non ſunt propriè exceptiones, ſed quæ contra partem aduerſam vel reſcripta obijciuntur.

18 Delegata iuriſdictio per literas delegantis ſolum probatur, & nō per teſtes, niſi ordinarius delegans ſit præſens, aut non fiat alteri præiudicium, & delegatus ſit vir bonus, aut reſcriptum ſit perditum.

19 Scriptura in charta veteri recenter ſi ſit raſa, aut ſi ſit diuerſitas literarum, aut corruptum ſigillum producētem falſi non arguunt, ſi aliter reſcripti veritas probetur.

20 Solennitas non neceſſaria vitiosè adhibita, actum non vitiat: ſic & ſigillū inſtrumēto appoſitū, ſi ſit vitioſum, & nō neceſſariū, nō vitiat literas reſcripti: ſic & ī libello.

21 Raſura ſcripturæ in loco non ſuſpecto nō vitiat: vt nec modica in loco ſuſpecto.

22 Diem neq; conſulē requirūt ſcripta priuata: ſed reſcriptis tam pſonalibus q̄ realibus & publicis diē intantum apponi eſt neceſſarium, vt conſuetudo contraria nōvaleat.

23 Clauſ. Si preces veritate nitantur, vel, ſi ita eſt, quādo faciat & non faciat conditionem.

24 Reſcriptum ad lites quando per obreptionē ſit ipſo iure nullum, vt nullam tribuat iuriſdictionem.

25 Archidiaconus ſe exprimens in literis nō tenetur curā animarum, quam habet de iure communi exprimere.

26 Monachus nobilis per ingreſſum monaſterij nobilitatē amittit.

27 Iuris communis taciturnitas non vitiat, ſed conſuetu-

dinis & ſtatuti: niſi ſit in corpore iuris aut generalis con ſuetudo, quam ignorare non licet, vt & leges generales.

28 Reſeruationis Papæ notoriæ & in Curia vulgatæ non eſt neceſſariò facienda mentio.

29 Reſcriptum ſecundum ius eſſe debet: nam contra id impetratum non valet, ſi iuris contrarij cum clauſula derogatoria fiat mentio.

30 Factum non expreſſum non ſolùm vitiat reſcriptum, ſi & qualitas facti reticeatur.

31 Literarum gratioſarum alteri conceſſarum non modò, verùm etiam cauſarum conceſſionis in literis expreſſarũ meminiſſe oportet.

32 Gratia ſuper ſecundo homicidio adepta non facta mentione de gratia ſuper priori conſecuta, non valet.

33 Reſcriptio quando per ſubreptionem non vitietur.

34 Reſcriptum ſub nomine dignitatis impetratum, eo, ꝓ quo obtinetur, mortuo valet.

35 Reſcriptum re non integra tranſit in ſucceſſorem ſingularem: re autem integra etiam in vniuerſalem heredem.

36 Delegati, qui nondum iuriſdictionem egit, reſcriptum morte delegantis expirat, ſiue à Principe, ſiue ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue partium conſenſu delegatio data aut continuata ſit.

37 Ordinaria iuriſdictio morte concedentis non expirat: delegati autem à Principe morte delegantis expirabit iuriſdictio: etiamſi hæc illa ſit maior & dignior quacunque ordinaria.

38 Reſcriptum legati à latere, executoris gratiarum Apoſtolicarum, & ad piam cauſam morte concedentis non irritatur.

39 Procuratoris à mandato ad mandatum iuriſdictionale, bonum eſt argumentum.

40 Mandatum procuratoris ad pias cauſas morte domini non exſpirat, nec hæres id reuocare poteſt.

41 Sententia lata pro mortuo valet in cauſa beneficiali ad fauorem eccleſiæ, eſtque ad ſubrogati inſtantiam executioni mandanda.

42 Mandatum de danda dote nõ exſpirat morte mandãtis.

43 Iuriſdictio cœpta dicitur agi per citationem.

44 Reſcri-

44 Reſcriptum lite pendẽte impetratum, etiam motu proprio Principis conceſſum, niſi motæ litis facta ſit mentio, non valet.
45 Lis citatione facta pendere dicitur in materia reſcripti.
46 Reſcriptum quot modis cauſæ continentia ſeu cohærentia vitietur, & procedat.
47 Contumax non poteſt excipere de litiſpendentia, aut diuiſione continentiæ cauſæ, etiamſi cõtumaciam purgare, & expenſas refundere paratus ſit.
48 Latinitas falſa quando caſſet aut non caſſet reſcriptum.
50 Dieta quomodo in reſcripto computetur: & qui poſſint vltra vnam trahere dietam.
51 Excõmunicatus non poteſt aut pro ſe aut pro alio impetrare reſcriptum.
53 Imperij quæ ſunt meri & mixti, delegabilia ſunt de iure Canonum: Papę autem reſeruata ſubdelegabilia non ſunt.
54 Criminalem cauſam delegatam ſibi poteſt non tãtùm Princeps, ſed & delegatus Principis alteri ſubdelegare: ſubdelegatus autem ſubdelegati non poteſt.
55 Ordinarius poteſt ſuo delegato ſubdelegandi facultatẽ in cauſa delegabili conferre: quod delegatus à Principe non poteſt.
56 Imperij quæ ſunt meri & mixti, nõ tantùm propter abſentiam, verum etiam propter infirmitatem grauem & diuturnam de I. Ciuili delegari poſſunt.
57 Reſtitutio in integrum, & remotio ſuſpecti tutoris, licèt mixti ſint imperij, delegari poſſunt.
58 Sententiam definitiuam expectantia delegari poſſunt, non autem quæ cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem exigunt.
59 Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis & extendenda: delegata, odioſa & reſtringenda.
60 Recuſatio iudicis in ſcriptis non verbotenus eſt interponenda.
61 Recuſationem ex cauſa ſuſpitionis an poſſit tollere Papa aut Princeps.
62 Reus præponendo alteram dilatoriam videtur in iu-

iudicem conſentire, & ab exceptione recuſationis excluſus.

63 Litis prima conteſtatio terminus eſt excluſiuus dilatoriarum: ideoq; dilatoria non oppoſita in prima inſtantia ante litis conteſtationem, non poterit etiam in cauſa appellationis prius obijci.

64 Dilatoriæ exceptiones quot modis poſſint poſt litē conteſtatam opponi.

Conſtitutionum Nouarum vna eſt de fideiuſſoribus, altera eſt de duobus vel pluribus Reis. ibid.

65 Fideiuſſor de identitate quantumcunque beneficio nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus renunciet, non tamen niſi principali excuſſo conueniri poteſt: vt & is qui promiſit quanto minus debitor ſoluerit, & numero 68.

66 Fideiuſſor quot habeat beneficia.

Fideiuſſori ſoluenti nedum eſt cedenda actio contra principalem Reum, verùm etiam contra eius fideiuſſorem pro rata. ibid.

67 Exceptio ordinis ſeu excuſſionis eſt dilatoria: & niſi lite pendente Reus fiat ſoluendo, ante litem conteſtatam eſt opponenda.

68 Differentia inter fideiuſſores.

69 Creditor negligens à debitore ſoluendo exigere, ſi poſt fideiuſſoris denunciationem fiat debitor non ſoluendo, non poterit contra fideiuſſores indemnitatis & quāto minus agere.

70 Reis debendi pluribus conſtitutis, alij fideiuſſorum beneficio gaudent, & eorum loco habentur.

71 Diuiſionis ex epiſtola Diui Adriani exceptio & ante & poſt litem conteſtatam obijci poteſt, quin & poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam.

72 Cedendarum actionum beneficij exceptio non tantùm ante & poſt litem conteſtatam, ſed & poſt ſententiam opponi poteſt.

73 Duobus Reis debendi conſtitutis, poteſt eodem libello peti, vnumquemque inſolidum condemnari, ſi proteſtetur ſe vnius ſolutione fore contentum.

74 L. Paulus reſpondit eos. ff. de re iud. verus intellectus, & explicatio.

75 Reum vtrumq; ſe petitum ſit in eodem libello in ſolidum condemnari, & ſententia ſimpliciter feratur, quilibet tantùm pro rata tenebitur.

76 Iudex poteſt aliter condemnare, quàm petitū ſit, dummodo illud, in quo condemnat, comprehendatur in eo quod petitum eſt.

77 Dilatoriæ ſolutionis exceptionis vnde & quæ dicantur.

Maritus de dolo conuenitur infrà annum, in rebus mobilibus per ſe mouentibus & in corporalibus. ibid.

78 Exceptio dilatoria ſolutionis ſi ad proceſſum opponatur, & litis ingreſſum impediat, ante litē conteſtatam opponi & probari debet.

79 Dilatoria ſolutionis quando dicatur ineſſe obligationi.

80 Dilatoria, ſolutionis ſi non ad proceſſum ſed merita cauſæ opponitur, & ante litem conteſtatam opponatur, poſt verò probetur, impeditur cōdemnatoria, & ab obſeruatione iudicij abſoluendus eſt Reus, induciæque duplicabuntur.

81 Solutionis dilatoria ſi opponatur & probetur poſt litem conteſtatam, pergit proceſſus, nec impeditur ferri condemnatoria, amittiturq; duplicandarum induciarū commodum.

82 Dilatoria ſolutionis à Reo nō oppoſita, & ſi iudici conſtet eam Reo competere, quomodo iudex condemnare debeat.

Reus conſequitur duas vtilitates ex dilatione incontinenti oppoſita ad obligationem. ibid.

83 Appellari quibus in caſibus liceat ab interlocutoria.

Appellari poteſt de iure Canonico indiſtinctè, & ante litem conteſtatam & poſt, tempore promulgationis ſententiæ, & poſt, cauſa rationabili ſubſiſtente. ibi.

84 Appellare an ſit neceſsè, an verò proteſtari ſufficiat ab interlocutoria, vt dilatoriæ poſt litis conteſtatam poſſit opponi.

85 Inter-

85 Interlocutoria denegans admiſſionem dilatoriæ tranſit in rem iudicatam.

86 Dilatoriæ exceptiones poſt litem conteſtatam non obſtante interlocutoria dilatorialium repulſiua, ſi non fuerit appellatum, opponi quot modis poſſint.

87 Reo quo iure poſſit ſtatui terminus ad dilatorias & declinatorias opponendas, poſt quem non ſit audiendus.

88 Terminus ad dilatorias proponendas ſimpliciter aſſignatus intelligitur peremptorius, ſic vt vlterius oppoſitio non concedatur.

89 Peremptorio termino expreſsè à iudice aſſignato, non datur purgatio moræ etiam intra paucos dies: quod licèt, ſi ſimpliciter ſtatutus eſt terminus.

90 Comminatoria iudicis, quod elapſo tetmino non audietur Reus, habet locum peremptorij expreſſi.

91 Termino aſſignato effluxo ſi à Reo opponatur dilatoria, cùm non poſſet, & à iudice parte non opponēte, nec contradicente, aut contradicente & non appellante admittatur, an valeat proceſſus.

92 Iudex admittens poſt terminum exceptionem, videtur tacitè reuocare dilationem, ſi parte præſente hoc faciat.

93 Reus an exceptionem dilatoriam fruſtra oppoſitam eſſe iudice pronunciante, ſtatim in expēſis poſſit condemnari, an verò debeat expectari definitiua.

94 Sententia exceptionem obiectam reijciens eſt interlocutoria: & in ea ſuccumbens debet in expenſas cōdemnari, quas in definitiua vincens non repetit.

95 Actor, ſi Reus ignorantiam competentium dilatoriarū iurauerit, contra iuramentum ad probationem ſcientię admittitur

96 Periurus ſi velit in iudicio iurare exceptionē poſt litem conteſtatam ad ſuam perueniſſe notitiam, non admittitur ad iuramentum: cùm iuramentalis probationis beneficium amiſerit perpetuò.

97 Iuratoriam volens cautionem præſtare ſi ad illam admittatur, & deierauerit, amittit iſtud beneficium: vt & periurus ſtatuti beneficium, ſtatuentis iuramento damnum paſſi ſtandum eſſe.

Opi-

98 Opiniones plures cùm recenſentur à gloſſa aut Doctore, nec aliqua eligitur, vltima cenſetur approbari.
99 Citatio facta ad diem feriatam in honorem Dei an valeat, remiſſiuè.
100 Dilatione vna pendente altera aſſignari non poteſt diuerſo tempore, aut ex poſt facto, ſed à principio licet.
101 Citatio trina non niſi ad ſententiam definitiuam, vel miſſionem in poſſeſſionem ex primo vel ſecundo decreto neceſſaria eſt.
102 Citatus in prima aut ſecunda citatione non comparẽs, tenetur ad expenſarum primæ & ſecundæ citationis reſtitutionem.
103 Fideiuſſor datus ex conuentione partium ſi non ſit idoneus, non poteſt peti vt ſatiſdetur, ſed ad intereſſe agetur.
104 Fideiuſſor datus ex diſpoſitione legali ſi ſit inidoneus ex obligationis defectu, etiam ſciente receptus, non tenetur iterum ſatiſdare.
105 Vtile per inutile quando vitietur: & inutile per vtile.
106 Indiuiduum quot modis dicatur, & de diuiduo & indiuiduo. remiſſiuè.

*VIdimus quibus modis examen iudicis ordinarij declinetur: ſic quod eſt dicendum de impedimentis ſiue exceptionibus, quæ delegatis iudicibus opponuntur:† ſed quia delegationes per reſcripta*b *aſſiduè committuntur, ideò de exceptionibus opponendis contra reſcripta breuiter videamus. Circa quæ talem faciamus diuiſionem: quia aut in reſcripto apparet vitium viſibile, aut intellectuale, aut nullum. † Viſibile, putà ſi bulla à Lino reſcripti ſit diſſoluta* c: *vel ſi ipſa bulla, ſiue plumbea, ſiue cerea, deſtructos habeat caracteres* d: *vel etiam reſcripti litera ſit interleta, vel cancellata, vel raſa,* e*vt C. de edict. diui Adria. tol. l. vltim. & ff. ad l. Corn. de fal. l. Paulus reſpondit. & l. 1. §. qui rationibus.*

*tionibus. & l. qui teſtamentum, & ff. de his quæ in teſtam. delen. l. 1. in princip. & l. cancellauerat. & ff. de teſta. l. ad teſtium. §. ſignum. & §. vlt. & C. de proba. l. chyrographum. Vel etiam ſi in reſcripto non contineatur dies* f, *in quo impetratum fuit, & etiam dies Natiuitatis Domini noſtri IESV Chriſti:* g *& dies noſtri Imperatoris, vel Papæ: & tempus indictionis* h, *& locus, in quo reſcriptum conceſſum fuit, vt hæc colliguntur in Authent. vt præpo. no. impera. ſing. Dd. colla. 5. & C. de diuer. reſcrip. l. ſi qua* i.

f g h i

*Item dicimus ſi illa clauſula non ſit inſerta: Si preces veritate nitantur* k, *cuius clauſulæ loco, ponunt vtriuſque culminis curiales verbum, ſi ita eſt: vt C. de diuerſ. reſcrip. l. vltim.*

k

† *Inuiſibilia verò doctrinæ cauſa, ſi dicantur per mendacium* l *impetratæ ſiue in iure* m *ſententiæ, in narratione facti: ſiue tacendi fraude* n, *vt C. ſi contra ius vel vtilit. public. l. præſcriptione. & hoc eſt, quod cantant Decretiſtæ, per falſi ſuggeſtionem, vt in extrauag. de reſcript. ſuper literis.*

3 l m n

Quinam teneat ſbare falſitatem aut taciturnitatem ſimulatam vid. Vantium de Nullitat4 nib; fol. 245.

† *Item excipitur, quòd tempore impetrati reſcripti ille erat mortuus* o, *cuius nomine impetrabatur: vt ff. de re. iu. iu. l. Neratius conſultus. Vel quòd non erat in rebus humanis ille, contra quem* p *reſcriptum impetratum fuit; vt ff. quæ ſenten. ſine appell. l. 2. Si tamen tale quid erat impetratum, de quo hæres iure hæreditario poterat conueniri* q, *videtur, quòd cõtra hæredem habeat reſcriptum vires, arg. C. de con. & con. ſtipul. l. veteris. & ff. de fideicom. liber. l. cum quæſi. in princip. & in Authent. de iureiur. à maiori. præſt.*

o p q

*Item ſi mortuus eſt delegans* r, *antequam iuriſdictio agi cœperit à delegato, vt ff. de iuriſdi. omn. iudi. l. & quia. & ff. de iudi. l. mortuo. Item caſſatur reſcriptum, ſi lite pendente*

*pendente eſt impetratum* [s], *vt C. vt lit. pend. per totum.* ſ
† *Vel quòd imperator eſt hæreticus* [t], *vel excommunica-* t
*tus, vel ſeruus, vt C. de ſumm. Trin. l. 2. & C. de preci. im-* ſ
*pera. offe. l. 1. & in extrauagan de æta. et qual. bonæ memo-*
*riæ. Item ſi per reſcriptum cauſæ continentia* [v] *diuidatur, vt* v
*C. de iudi. l. nulli.*

*Item ſi poſterius reſcriptum prioris non fecit mentionem, vt ff. de lega. 3. in l. ſi quis in principio teſtamenti. & C. de teſta. Auth. hoc inter liberos. ſecùs ſi prioris faciat mentionem. quia tunc poſterius obtineret, arg. ff. de procur. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. & ff. de iud. l. iudicium ſoluitur. & ff. de iure codi. l. diuus. §. licèt ſed de reſcriptis melius & plenius per iura Canonica eſt tractatum.*

† *Item obijcitur de falſa* [x] *latinitate, & de ſyllabæ omiſſio-* 6
*ne, quòd quoad ſyllabam nihil facit, vt ff. de manu. teſta. l.* x
*qui habebat. & C. de formi. Si verò nullum vitium* [y], *nec* y
*viſibile, nec intellectuale, contra reſcriptum opponi poteſt:, contra iudicē delegatū infraſcriptis alludetur exceptionib.*

† *In primis obijcietur non habes iuriſdictionem: quia non* 7
*pertinebat iuriſdictio ad delegantem, vt C. qui pro ſua iuriſd. iud. dare da. ve poſ. l. vna. Vel delegans te in tali cauſa te non potuit delegare: quia cauſa eſt liberalis, vel eſt cau-*
*ſa, quæ ſpectat ad merum imperium, nec* [z] *contingit delegan-* z
*tem proficiſci,* [a] *vt C. de peda. iudi. l. placet. & ff. de of. eius* a
*cui man. eſt iu. l. 1. reſp Vel delegatus fuiſti ad certum tempus, & iam tuæ delegationis tempus tranſiuit, vt ff. de iudic.*
*l. 2. §. ſed ſi iudex. Vel es delegatus ad certam quantitatē* [b], b
*vel ad certam rem, & vis cognoſcere de maiore, nec ego conſentire volo, vt ff. de re iud. l. de quare. §. 1. & ff. ad muni. l. inter conuenientes. Vel es delegatus in his cauſis, quæ exigunt cauſæ cognitionem, ſecundum quod notatur, ff. de offic.*
*procon. l. nec quicquam. §. vbi decretum.* [c] *& ff. de re iud. l.* c

omnia

8 *omnia quæcunq;. Et † generaliter omnes exceptiones, quæ in perſonis ordinariorum opponi poſſunt, eædem & multo-*
d *fortius* [d] *proceſſum impedient delegati: quæ & quales ſint, ſuprà in proxima rubricella examinauimus diligenter.*

*Nouiſſimè ſi omnes tibi deficiant ſupradictæ exceptiones,*
c *quod de facili non continget, recurras ad libellum* [c] *recuſationis cõtra iudicem delegatum, per quem ſecundum noſtrorum ſententiam præceptorum ipſum faciliter remouebis, ſecundum ſententiam aliorum & Canoniſtarum cum magna difficultate, vt notauimus ſuprà in proœm. huius operis verſ.*
f *& quanquam* [f]. † *Et eſt ſciendum quòd præfatæ exceptiones*
9 *dilatoriæ, & ſupraſcripta impedimenta legitima, per quæ proceſſus ex perſonis actoris, accuſatorum, iudicum, ordinariorum & delegatorum, impediuntur, debere ante litem*
g *conteſtatam* [g] *proponi & terminari, vt ff. de procur. l. Pomponius. §. ratihabitionis. & C. de adul. l. quoniam Alex. & ff. de iu. l. ſi quis ex aliena.*

h *Idem puto in beneficijs nouarum* [h] *Conſtitutionum: &*
i *in beneficio epiſtolæ diui Adriani* [i], *& in conuentione officialium, qui ſunt per nominatores ſeu electores ad honores ſiue munera euocati, vt C. de conſti. pecu. l. vltim. & in Authen. de duob. reis. in princip. & C. de duob. re. Auth. hoc. et C. quo quis ordin. conue. l. 2. lib. 1. & aliquantulum tetigi, ſup. quib. mo. ſuo nom. agen. verſ. item creditor.*

*Propter ſtultitiam tamen aduocati non petentis in duo-*
k *bus Reis debendi vnumquemq; condemnari* [k] *inſolidum, interdum poſt ſententiam actio ſcinditur iudicati, vt ff. de re*
l *iud. l. Paulus reſpondit* [l] *eos. Attende tamen, quia dilato-*
m *riæ ſolutionis* [m] *licèt ſint ante litem conteſtatã opponendæ* [n],
n *tamen poſt litem conteſtatam probari poſſunt, vt C. de prob. l. exceptionem.*

*Et in*

*Et in hoc ſibi caueat* [o] *aduocatus, ne poſt litem conteſta-* o
*tam præpoſterè opponat eas, vt dicit l. illa. C. de except. l. ſi*
*quis aduocatus. licèt circa declinatoriam iudicium diſtin-*
*guatur, erretur in facto vel in iure, vt nota. ff. de iudi. l. 2.*
*& C. ſi à non compet. iudic. per totum.*

† *Et quid ſi iudex interloquendo pronuntiauit nullam* 10
*obiectarum exceptionum, habeat locum, nec earum ali-*
*quam admittendam: nunquid ab iſta interlocutoria pote-*
*rit appellari? reſpondeo, non: quia ab interlocutoria non ap-*
*pellatur,* [p] *vt C. quorum appellatio. non reci. l. ante ſen-* p
*tent.*

† *Puto contrarium* [q]: *quia à beneficijs per iudicis in-* q
*iuriam denegatis appellatur, vt C. ſi ſæpi. in integr. reſti-* 11
*tut. poſt. fue. l. 1. in fin. & C. de appellat. l. ſi quis prouocauit.*
*& ff. de minorib. l. ait prætor. §. permittitur. nam ab excu-*
*ſationis beneficio denegatio denegato appellatur, vt ff. quan-*
*do appellandum ſit, l. 1. §. ſi quis tutor & ff. de adminiſt. tu.*
*l. tutores qui. poſt fin. § tutor datus.*

† *Sed nunquid in vno termino iudex litigatorem po-* 12
*terit coarctare ad omnes exceptiones tam dilatorias quàm*
*declinatorias opponendum, vt tota die faciunt decretiſtæ* [r], r
*quod videtur: quia materia dandarum dilationum eſt am-*
*putanda, vt C. de tempo. appell. l. 2. in princip. & C. de di-*
*la. l. 1. in fi.*

*Nam & tutores plures excuſationes habentes te-*
*nentur* [s] *omnes proponere, & poſt quinquaginta dies non*
*audiuntur, vt C. de excuſa. tutor. l. quinquaginta.*
*Nam & iudex vnum peremptorium dat pro omnibus, vt ff.*
*de iu. l. nonnunquàm.* † *Nam diffamatori & accuſato-* 13
*ri certa tempora per iudicem cauſæ ſtatuuntur, quibus ela-*
*pſis ſilentio eis impoſito amplius non audiuntur, vt C. de*
*inge. ma. l. diffamari. & C. de remiſ. pign. l. ſi eo tempore.*

& C. de his qui accuſ. non poſſ. l. ſi tanquàm.

14 † E contra videtur, quòd non poſſit: nam & poſt litem conteſtatam poſtquàm vna pars allegationibus renuntiauit, & alia dicit, ſe habere aliquid, quod proponat, datur trium menſium dilatio ad malitiam ſuperandum, in Authent. vt cùm de appellat. cog. §. 1. colla. 8. iacet. C. de iudic. Authent. iubemus. † Nam & in teſtibus producendis datur prima, ſecunda, & tertia, & cum ſacramento quarta dilatio, vt in Authentic. de teſti. §. quia verò multi. Præterea non videtur, quòd poſſit mihi terminum ſtatuere ad proponendas futuras exceptiones, quæ nondum ad meã notitiam peruenerunt, cùm & decretum interpoſitum in cõſtituendo actore vniuerſitatis ad omnes lites, quæ incidere poſſent in futurum, non teneat, vt ff. quod cuiuſq; vni. nomi. l. item eorum. §. ſi decuriones.

15

16 † Nam & ſpontè renuntiando omnibus meis exceptionibus, non videor illis renunciare, quas tempore renuntiationis mihi competere ignorabam, vt ff. de inoffi. teſtam. l. mater decedens. & ff. de pac. l. tres fratres. & ff. de tranſact. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. fin.

Nec enim tenet generalis renuntiatio niſi ſpecialiter exceptiones enumerentur, vt ff. ſi quis cau. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Fortius ad propoſitum, non obſtat mihi rei iudicatæ exceptio, quominus rem petitam, de qua poſſeſſor eſt abſolutus, valeam vindicare, ſi ex noua cauſa dominium acquiſiui, vt ff. de except. rei iud. ſi mater. §. eadem multo fortius non obſtabit interlocutio. Proponas ergò vnam vel duas exceptiones, & ad probandum terminus ſtatuatur: f quo elapſo de nouo alias [f] propones exceptiones, conteſtationem litis, in quantum fieri poterit, protrahendo.

Sed hodie per decretiſtas quæſtio non procedit: quia datur dilatio ad proponendas omnes exceptiones, & elapſa dila-

*dilatione non auditur volens proponere alias, niſi primò iuret [t] iſtas, quas nunc proponit, de nouo ad eius notitiam perueniſſe, vt in extraua. de excep paſtoralis.* t

*Quid ſi iudex [u], vt tota die faciunt Canoniſtæ, & incipiunt facere [x] quidam iudices delegati à Principe, dicat: Mandamus vobis, vt vſque ad 20. dies compareatis coram nobis, vel ſi non poteritis, tunc adeſſe alium decem dierum terminum aſsignamus. Quod ſi nec tunc veneritis, alios quinque dies duximus peremptorios aſsignandos, & in aliqua iſtarum trium dilationum dies incidat feriata, & vocatus illa die feriata ſe præſentauerit, nunquid videtur iudici paruiſſe, vt etiam videatur alias dilationes conſumpſiſſe: argumentum, quod ſic, vt ff. de iure dotium. l. plerumque. §. ſi res. & ff. de verbor. obligat. l. vbi autē non apparet. §. qui illud. & ff. de eo quod certo loco. l. 3. §. qui Stichum. & C. de inſtitut. & ſubſtitut. & reſtitut. ſub condition. fac. l. generaliter. & ff. de ſolut. l. qui certo die. & ff. de verbo. obligation. l. continuus. §. cùm ita. Immò videtur, quòd poſsit expenſas conſequi ab actore, qui tali die eum temerè vocari fecit, argum. ff. de iudic. l. eum quem temerè. & argum. C. de epiſcop. & clericis. l. omnes quicunque. §. ſanè. quanquàm vocatus venire non cogatur, vt ff. ſi quis in ius voca. non ier. l. 2. in fine. & ff. de ferijs. l. 1. Nec poterit ea die, qua venit, & ſe iudici præſentauit, aliquis ei præcipi, vel alius terminus aſsignari, maximè ſi dies cauſa DEI ſit feriata, vt C. de fer. l. vltim. verſicul. nulla quemquam vrgeat admonitio, &c. Et ita apparet, quòd de nouo ſit alia citatio facienda, & ſic actor & iudex erunt deluſi. E contra videtur, quòd veniendo & ſe repræſentando die fieriata, non videatur veniſſe nec alios terminos conſumpſiſſe. Nam hominis electione data, ſi liber homo, vel alienus ſeruus à legatario eligatur, ele-* v x

*ctio non conſumitur, immò durat facultas legatario iterum eligendi: vt ff. de opt. leg. l. 2. in princip. & cauere debet*
y *iterum qui vitioſè cauit, vt ff qui ſatiſ. cog. l. quoties* [y]. *Et*
z *ad idem illud generale vtile* [z] *per inutile non vitiatur.*

a EXceptionibus Aduerte † quia exceptiones, quę oppo-
17 nuntur contra iudicem, nō ſunt propriè exceptiones, ſed illę quę contra partem aduerſam vel reſcriptum, glo. eſt ſingularis, in c. quoniam contra. in ver. exceptiones. de prob. quam Ant. de But. ibi. col. 11.. reputat ſingularem ad intellectum ſtatutorum, & eum refert Fel. in rub. de except. in fin.

Hæc adde supra dictis de definitione Exceptionis in princ. operis huius

18 b *Per reſcripta.* An autem † iuriſdictio delegata probetur non ſolùm per literas delegantis, ſed etiam per teſtes, breuiter dic, quòd non, per tex. in c. nobiliſſimus. & ibi gl. 97. diſt. in l. vna. C. de mand. Prin. & in c. cum iure. de offic. deleg. & ibi dicit gloſ. multū notanda. & quę ſolet allegari in iudicijs ſecundū Pa. ibi in fi. 1. col. quòd qui obtinuit ſententiā pro ſe coram iudice delegato, ita debet cuſtodire commiſſionem, ſicut ipſam ſententiā, aliàs ei non prodeſſet ſententia, ſi non doceret de delegatione. Fallit tamen primò in delegato à Papa, & etiam à quolibet ordinario, ſi præſens deleget viua voce: quia ſi de eius iuriſdictione dubitetur, de facili poterit haberi recurſus ad delegantem præſentem: ita Spec. in tit. de proba. §. videndum reſtat. verſic. quid de auditoribus. Ludo. Rom. in l. ſciendum. ff. de ver. obli. Fely. in d. c. cùm in iure. col. 2. ver. nota tertiò. Secundò fallit, vbi non ageretur de pręiudicio alterius, & delegatus eſſet vir notus & bonus: quia crederetur eidem, vt voluit gloſſ. not. in c. cùm olim. in primo, & ibi Pa. de priuileg. Secùs verò ſi ageretur de graui pręiudicio alterius: quia non crederetur ſibi, etiamſi eſſet Cardinalis legatus: iſta eſt glo. ſingularis, in c. ſicut. de ſen. excō. gl. fin. quam dicit ſingularem Panor. in c. cùm in eccleſijs de maior. & obed. quam refert & ſequitur Felyn. in d. c. ad eminentiam. de ſen. excom. licèt Panor. eam appellet bonam. illam etiam ſingulariter notat Fely. ibi, quem vide. Tertiò fallit, vbi reſcriptum fuiſſet caſu aliquo deperditum, & extarent teſtes, qui illud vidiſſent non vitiatum nec ſuſpectum, & ſcirēt eius tenorem: quo caſu poterit per illos teſtes tenor probari,

probari, gloſſ. not. in d. c. cùm olim, in cauda, glo. fin. & ibi Panor. in vltimis verbis ſequitur eam, & dicit menti tenendam, Ant. de Trem.

c *Sit diſſoluta* Iſti ſunt modi cognoſcendi reſcriptum falſum, de quibus alijs pluribus in c. licèt. de crimine fal. & per Specul. in titul. de reſcript. §. 1. in princip.

19 Aduerte tamen, quòd vitia † raſuræ recentioris ſcripturæ in cartha veteri, diuerſitatis literarũ, corruptionis ſigilli, & ſimiles, tunc demum concludunt falſitatem, vt poſſit contra prducentem pronunciari, quando producens non probat aliter de reſcripti veritate: quia iſta non eſt iuris & de iure præſumptio, contra quam probatio in contrarium non admittitur. ſecundum Inno. & alios in c. inter dilectos. & ibi Fel. in 3. colum. verſic. in tex. de fide inſtrum. Anto. de Tremo.

d *Deſtructos habeat caracteres.* Putà, quia ſigillum eſt diſſolutum, vel confractum: quo caſu non probat, d. c. inter dilectos. verſicul. ſed & ipſum: niſi fuiſſet appoſitum ſigillum in inſtrumento aliquo, in quo tamen non erat neceſſarium apponi, ſecundùm Innocen. in d. c. inter dilectos. cuius dictum reputat ſingulare Pan. ibi. & tenet ibidem Felyn. dicens alios ita tenere. Quod confirma per illud generale,

20 quòd † ſolennitas non neceſſaria adhibita vitiosè non vitiat actum. l. 1. in prin. C. de rei vx. act. gl in l. vinum. glo. mag. in fi ff. ſi cert. pet. quam facit ſiugularem Ludo. Ro. ibi ad hoc, quòd licèt ſententia ſuper libello inepto lata, ſit nulla, vt eſt glo. ſingul. in ver. ſecundum noſtr. inſtit. de oblig. in princ. c. quam dicit ſingularem Bal. in l. actori. C. de iureiu. & alibi ſæpè. Attamen vbi non eſſet neceſſarius libellus, & porrigeretur ineptus, non vitiaret. Ad idem glo. ſingul. in §. multis. in verſi. in tranſitu. Inſtitu. de liber. quam facit ſingularem Bal. in l. conſentaneum C. quomod. & quando iu. col. 4. & Alex. in l. 1. in 3. col. ff. de iu. om. iu. facit etiam gloſ. in c. cùm non deceat. & in c. ſi poſtquàm vtraq;. in ver. iuxta. de elec. lib. 6. & glo. ſolennis in l. qui teſtamento. §. per contrarium. ff de teſt. Ant. de Trem.

21 e *Vel raſa.* Tu dic, quòd raſura † in loco non ſuſpecto, putà in facti narratione, non vitiat. c. ex literis. de fi. inſtr. ſed ſi eſſet in loco ſuſpecto, putà indictionis vel in diei tunc vitiaret, c. cũ venerabilis. de reli. do. & c. inter dilectos. de fi. inſtr.

Niſi eſſet modica raſura, quæ non haberet animum ſapientis in dubium vertere. c. fin. de crimine fal. de quo per Pan. & alios, in d. c. ex literis. Ant de Trem.

f *Non contineatur dies*. Idem dicit Specul. titul. de reſcrip. præſen. §. ratione formæ. ver. item quòd non eſt ibi.

Et licèt tex. in l. ſi qua: hic alleg. loquatur tantùm de perſonalibus reſcriptis, tamen ex identitate rationis idem eſt dicendum in realibus, ſecundum Petr. de Bel. Perti. Cy. Io. Fa. & Iaſ. ibi. Et idem dicas in inſtrumentis publicis confectis, vt ex ipſis oriatur probatio, ſecundum Cy. Bal. & Ioan. Fab.
22 ibidem. ſed in † priuata ſcriptura non requiritur dies neque conſul. per text. in l. cùm tabernam. §. 1. & ibi Bart. no. ff. de pig. cum ſimilibus adductis per Iaſ. in d. l. ſi quæ. Et vſque adeò debet apponi in inſtrumentis & reſcriptis dies, vt non valeat conſuetudo in contrarium, ſecūdum Do. de Ro. conclu. 45. incip. vtrùm valeat, in nouis.

g *Ieſu Chriſti* Quid autem de inuocatione nominis diuini an eius omiſſio vitiet. vide Doct. in rubric. ff. de no. oper. nuncia.

h *Indictionis* Qualiter cōputetur indictio, & vnde ſit dicta, vide gl. in Auth. hic alleg. in prin. in ver. indictionis. & gl. in c. inter dilectos. de fid. inſt. & C. de no. co. cōfir. in fi. gl. pen.

i *Si qua*. Canonizata 25. q. 2. §. ſi qua. ſub c. dicenti. & ibi bona gloſſ.

k *Veritate nitantur* Sed de iure Cano. tacitè ſub intelligitur, c. 2. de reſcrip. gloſſ. Bald. Ioan. Fab. Sal & Iaſ. in l. final. hic alleg. Ex quo inferri poteſt, quòd cùm tacitè intelligatur, quòd non faceret reſcriptum conditionale, etiam expreſſa, l. 3. de leg. 1. & l. quęliberis. in princip. ff. de vulg. & pu. hinc dicunt Bald. in c. ſuper literis. de reſcript. Andr. Si-
23 cu. & Fel. in d. c. 2. ver. clauſula. quòd † clauſula, Si preces veritate nitantur, nō facit conditionem, nec fundat nec inchoat iuriſdictionem: quod eſt verum quóad effectum reſolutiuū, id eſt, quòd actus aliter geſtus non teneat: ſed quóad effectū ſuſpendi pœnam in reſcripto contentam benè ſapit conditionem. ideò ſi Papa narrans aliqua, aliquid ex narratis præcipiat ſub pœna latę excommunicationis ſententiæ: ſi narrata non ſunt vera, & non fiat, quod præcipitur, non incurretur excommunicatio: ita conſuluit Pet. de Anch. conſ. 235. incip. per prædicta ad fin. quem refert & ſequitur Felyn. in

d. c.

d.c.2.colum.4. Facit, quod voluit gloſſ. in l. item. §.1. gloſſ. magna. ff. de pac. quòd tacita conditio ita impedit natiuitatem obligationis, ſicut expreſſa & licèt illam gloſſ. aliqui reputent ſingularem, eſt tamen ſimilis illi, in l.2. §. final. in verb. nuptias. ff. ſi cert. peta. quam modern. ponderant. tu verò adde aliam in l. in omnibus oligationibus. de regul. iur. Secundò eſt verum, niſi in literis ad beneficia exprimeretur aliqua qualitas, quæ non præſumitur à iure: quia tunc clauſula, ſi ita eſt, faceret conditionem, & eſſet pro forma: vt ſi diceret, conferas tali doctori: vel de tali vico. vt per Felyn. in d.c.2.colum.3. poſt gloſſ. in Clemen. vna. gloſſ. mag. poſt princip. de offic. delega. Secùs ſi à lege præſumeretur, vt tali caſtro bono, & ſimilia, c. ſi fortè. vbi glo. de elect. libr. 6. tunc enim non faceret conditionem clauſula illa, nec daret formam. vt in d. Clemen. vna. not. Anton. de Trem.

l *Per mendacium.* Sed dubium eſt, vtrùm obreptio † vel ſubreptio vitiet ipſo iure reſcriptum, ita quod nullam tribuat iuriſdictionem, an verò ope exceptionis: breuiter conclude, quod ope exceptionis, per text. clarum ſecundum Iaſ. ibi in d. l. præſcriptione. in ver. oppoſita. & ibi ponderant ad hoc Bar. & Fulg. & tamen latè in reſcriptis ad lites, de quib9 hic Felyn. Sand. in c. ſuper literis. hic alleg. in 5. colum. verſi. 2. no. & latè in c. ad audientiam. in 2. colum. 13. de reſcript. dicens eſſe communem, & per ea eſt text. in c. ſi autem. & c. plerumque & c. cùm dilecta. eod. titul. In literis autem ad beneficia ſiue gratiæ ſecùs: quia in illis obreptio vitiat ipſo iure. c. ad audientiam, & c. conſtitutus. de reſcript. c. 2. de fil. presb. lib. 6. & c. ſi motu proprio. de præben. eo. li. & Cle. 1. de præben. de quo latius per Felyn. in d. c. ad audientiam. colu. 17. verſi. literæ beneficiales. Primum fallit tamen in reſcripto ad lites ab excommunicato impetrato. c. 1. de reſcrip. li. 6. quia ipſo iure eſt nullum, ſi tempore impetrationis erat excommunicatus: quia excommunicatio ſuperueniens tantùm ſuſpenderet ea oppoſita, c. 1. de excep. in 6. Secundo & tertiò fallit in caſu Clem. 1. de reſcrip. & in caſu. c. ſtatutum. eod. titul. in 6. & ibi glo. fi. & Dd. Fel. in d.c. ad audientiam. colum. 15. 24

Quartò fallit, quando eſſent conceſſæ literæ ad lites à non habente poteſtatem, per c. tua. cum gloſſ. fi. de offic. vic. Anton. de Butr. Imo. Domi. & Felyn. in d. c. ad audientiam.

Quintò fallit, quando reſcriptum ad lites eſſet conceſſum ſuper eo, quod non ſolet concedi ſine certa ſcientia principis. de qua & alijs quibuſdam, vide eundem Fel. vbi ſup. Anto. de Tremo.

m *In iure*. Municipali vel conſuetudinario: quia ſecùs, ſi taciturnitas fuiſſet in iure communi, text. iuncta gloſſ. in l. intellectu, in l. præſcriptione hic alleg. quia cùm Papa habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, c. 1. de conſtit. libr. 6. l. omnium. C. de teſta. non poteſt dici deceptus. vnde dicitur Papam Vrbanum reſpondiſſe cuidam auditori, non eſſe mentionem habendam de qualitatibus, quæ à iure inſunt, vt refert poſt Rotam Felyn. in d. c. ſuper literis. colum. 7.

25 Et ideò † cùm Archidiaconus habeat de iure communi curam animarum, c. ad hæc. de offic Arch. dicens ſe eſſe Archidiaconum, non habet facere mētionem de cura alarum, ſecundum eundem Fely. in d. c. ſuper literis. colum. præalleg. poſt Do. de Rot. in antiq. concluſ. 13. de præben. Facit, quod refert de monacho ſe nobilem dicente, Lud. Roman. in ſingulari. 37. incipien. vtrùm nobilis, quem referunt Felyn. vbi
26 ſuprà, & Iaſ. in d. l. præſcriptione. colum. 2. quia † cùm perdat nobilitatem per ingreſſum monaſterij, gloſſ. in c. 1. de purga. ca. & in c. fin. de ſta. mo. & Cano. reg. & in c. ſcripſit. 27. quæſt. 2. non dicetur obrepſiſſe, ad idem quod voluit Bal. in c. cùm ordinem. de reſcrip. quòd id quod à iure eſt certum non indiget expreſſione.

27 Non ergò iuris † communis taciturnitas vitiat, ſed conſuetudinis vel ſtatuti: quod limita niſi conſuetudo eſſet in corpore iuris clauſa, Bald. in d. c. cùm ordinem. Felyn. in d. c. ſuper literis. & Iaſon in d. l. præſcriptione: exemplum in conſuetudinibus feudorum. Secundò limita, niſi conſuetudo eſſet generalis & multum vulgata in curia Romana. ita Bald. in l. 2. in fin. C. quæ ſit lon. conſuet. dicens ita limitandum, c. 1. de conſti. in 6. & ſequuntur Fel. & Iaſ. vbi ſuprà. Vnde dicēbat Bad. in rubr. de conſuet. rec. feu. in vſi. feu. poſt Iac. de Aret. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit. & fide Cath. quòd ſicut non licet ignorare generales leges, ita nec generalem conſuetudinem. Confirmatur, quia
28 de † reſeruatione Papæ notoria, & in curia vulgata non eſt fienda neceſſaria mentio, per ea quæ voluit Frederi. de ſen. in tract. de permut. quæſt. 4, de quo per Felin. vbi ſupra.

Eſt

Eſt benè aduertendum, quòd licèt de iure communi non ſit facienda mentio in reſcripto, attamen † reſcriptum debet 29
eſſe ſecundum ius: quia contra ius impetratum non teneret. l. reſcripta. C. de preci. imper. off. & l. fina. C. ſi contra ius vel vti. ſi fieret mentio de iure contrario cum clauſula derogatoria, vt not. per gloſſ. & omnes in d. l. fin. Barto. in extraua. ad reprimendum, in verſicu. non obſtantibus per Cano. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Ioan. Andr. in c. vno. de exceſ. præla. lib. 6. ſed an ſit expreſſa derogatio neceſſaria, an ſufficiat generalis, videto Felin. latiſſimè in c. nonnulli. in princ. per multas colum. de reſcrip.

n *Tacendi fraude*. Etiam ſi modicum quid taceret, c. ſi proponente. de reſcript. & c. ſi motu proprio. de præbend. in 6. etiam ſi factum † exprimeretur tacita qualitate facti, non 30
ſolùm enim vitiat reſcriptum tacendo factum, verùm etiam tacendo qualitatem facti, videlicet quomodo & ex qua cauſa ſit factum. iſte eſt text. menti tenendus cum ſua gloſſ. in c. dilectus. in 1. de reſcript. & ibi Dd. ſignanter Felin. in penult. colum. adducens conſil. Cardi. 141. incipiẽs ſanctiſſimus dominus noſter. quod † nedum eſt fienda mentio de literis gra- 31
tioſis alteri cõceſſis, ſed etiam de conceſſionis cauſa in literis expreſſa, putà quod erat Doctor in ſacra pagina: cauſa enim magis eſt inquirenda, quàm factum. gloſſ. in c. occidit. 23. q. vlti. & in d. c. dilectus. gloſ. 1. quod dicit nunquam tradendũ obliuioni, Felin. ibi. Vnde dicebat Guiliel. de Cug. per illũm text. in l. 3. C. de epiſco. audien. quod gratia † ſuper homici- 32
dio ſecundo non facta mentione de gratia obtenta ſuper primo, non valet. Vnde refert Andr. Sicul. in d. c. ſuper literis. vidiſſe quendã decapitari non obſtante gratia obtenta tanto de prima: quod valde cordi tenendum dicit Iaſ. in l. præſcriptione. in fin. C. ſi contra ius vel vti pub.

Adde etiam quòd ſanitas impetrantis non releuat reſcriptum à vitio obreptionis aut ſubreptionis: quia propter vitæ meritum non eſt recedendum à iuris diſpoſitione, ſecundum Bald. in c. 1. in fi. vt lit. penden.

Præmiſſa ſanè intellige, ſi ſit talis † ſubreptio, quæ mo- 33
ueret principem ad non concedendum, vel difficilius concedendum, aliàs non vitiaret, text. in c. ſuper literis. & in c. poſtulaſti. in fin. ibi, de leui non ſcriberemus. de reſcript. per Felin. in c. cæterum. eo. tit.

o *Erat mortuus.* Sicut in ſimili non acquiritur mortuo actio per alicuius ſeruũ nomine mortui domini ſtipulantẽ, vt eſt tex. in l. eius qui in prouincia. ver. quod ſi ſtipulatus. ff. ſi cer. pet. per quem text. inferunt ibi Paul. Alex. & Iaſ. quòd ſententia lata etiam pro mortuo non valet, nec prodeſt hæredi, vt dicã inf. de imped. execu. & cauſa nulli. ratione. ver.
34 perſonæ. Intellige, niſi reſcriptum † eſſet impetratum ſub nomine dignitatis: quia illa nunquàm moritur. c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & c. dilecti. de fo. compe. gloſ. & Dd. in c. ſignificauit. de reſ. Ant. de Tremo.

p *Contra quem.* Similiter etiam non videtur ſentẽtia contra mortuum lata, de quo dixi inf. in tit. de impedi. execu. & cauſa nul. verſ. ratione perſonæ. in 1. addi. Intellige tamen ſignanter, ꝙ reſcriptum impetratũ contra mortuum nõ valet, ſi erat iam mortuus tẽpore impetrationis, ita loquitur. d.
35 l. 2. hic alle. Sed ſi poſteà moriatur, vtrũ † tranſeat in ſucceſſorem? breuiter dic, ꝙ re nõ integra, putà citato defuncto trãſit in ſucceſſorem: re verò integra magis communis opinio eſt, quòd tranſeat in vniuerſalẽ ſucceſſorem: quando defunctus erat expreſſus in reſcripto, c. ſignificauit. de reſcript. ſecùs ſi nõ erat expreſſus, ſed per clauſulam, & quidam alij, erat conueniendus, vt ibi. Et quid de ſingulari ſucceſſore, vide ibi latè Cald. & Pa. & Ioan. And. in regul. is qui in ius, lib. 6. & adde quæ ſtatim ſcribentur.

q *Conueniri* id eſt, ſi erat impetratum in materia tranſmiſſibili ad hæredem, ſecùs verò ſi non erat tranſmiſſibilis ad hæredes, putà quia fuerat impetratum ſuper beneficio vel delicto, ſecundum Io. Cald. & Pa. in d. c. ſignificauit. & Ioan. And. in regula iuris, is qui in ius. lib. 6. Sed dubia videtur iſta Do. Huber. ſententia, quòd reſcriptum tranſeat in ſucceſſorem in materia tranſmiſſibili, etiam ſi iam erat mortuus prædeceſſor tempore impetrationis. Et contrarium videtur velle. text. in l. 2. hic alleg. cùm dicit iudicis dationem non valuiſſe. Et contrarium tenet apertè Pa. in d. c. ſignificauit. circa med. ver. ſed conclude breuiter. & in fin. verbi. per text. quem dicit multum notandum in l. Neratius. ff. de reg. iur. Sed hoc dictum poſſet procedere, quando poſt impetrationem re integra mortuus eſt, vt ſuprà proxima addit. Ant de Tremo.

r **Delegans.** Adde text. in c. gratum. & c. relatum. & c.

licèt

licèt vndiq;. de offi. deleg. & c. ſi à ſubdelegato. eo. ti. lib. 6. cũ ſimilibus. Et procedit, etiamſi eſſet delegatus Principis: quia
licèt delegatus † à Principe ſit maior quocunq; ordinario in 37
cauſa ſibi commiſſa, c. paſtoralis. §. quia verò. de off. deleg. & dignior, c. ſanè. eo. ti. attamen eius iuriſdictio eſt debilior, vt voluit Archid. in c. ſi quis epiſcopus. 2. quæſt. 6. quem refert & ſequitur Bald. in l. ſi vt proponis. in 1. colum. 2. verſicu. Sed hic dubitatur. C. quomodo & quando iud. per Alexand. plenè in rubr. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdi.

Et ideò licèt † ordinaria morte concedentis, non expi- 37
ret, l. & quia. hic alleg. à contrario ſenſu, tamen delegati à Principe expirabit morte delegantis, c. relatum. de re-ſcript. gloſſ. in ver. principaliter. & ibi ſcribentes in d. l. & quia.

Secundò procedit etiam in delegato ad vniuerſitatẽ cauſarum: quia ſi delegans moriatur, antequàm aliqua cauſa ſit per eum cœpta geri, expirabit eius iuriſdictio, text. in c. fin. §. officium. de offic. delega. libr. 6. vbi de conſeruatoribus ad vniuerſitatem cauſarum. melior text. argu. ab ſpeciali. in c. ne aliqui. de hære. lib. 6. vbi fauore fidei non expirat. per quẽ. ita dicit Panorm. in d. c. relatum.

Sed an de vna cauſa cognoſcendo perpetuetur eius iuriſdictio quóad omnes etiam nondum cœptas? vide Bartol. & alios, & maximè Iaſ. in d. l. & quia. quam legit cum l. moræ. colum. 9.

Tertiò intellige, etiam partium conſenſu accedẽte: quia cùm iuriſdictio expirauerit, & per conſequens non ſit iuriſdictio apud delegatum, partium conſenſus non faciet iudicem eum, qui nulli præeſt iuriſdictioni, l. priuatorum. C. de iuriſdict. om. iudi. Ita gloſſ. nota. à canoniſtis & legiſtis communiter approbata in c. cùm veniſſent. gloſſ. mag. in verb. egerint. de teſti.

Reſtringe, niſi † in legato de latere ſedis Apoſtolicæ. c. 2. 38
de offi. deleg. ſed ille eſt ordinarius vt ibi.

Secundò reſtringe, niſi delegatio eſſet facta ſub nomine ſedis apoſtolicæ: quia illa nunquã moritur, c. ſi tibi gratioſè. de reſcrip. in 6. & Hoſti. & alij in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. Bal. Sali. Alex. & Iaſ. in d. l. moræ.

Tertiò in executoribus gratiarum Apoſtolicarum iam factarum, putà ſi ſedes Apoſtolica creauerit me canonicum

alicuius eccleſiæ, & contulerit prebendam præuacaturam, & dederit executorem, illius iuriſdictio nō expirabit per mortem concedentis, c. ſi ſuper gratia. de offic. delega. in 6. Secùs ſi nō eſſet facta gratia, ſed fienda. putà prouideas tali. text. in c. ſi cui nulla. de præbend. in 6. Dd. in locis præallegatis.

Quartò reſtringe inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. d. c. ne aliqui. Ange. Paul. & Iaſ. in d. l. morę.

Quintò procedit vbi literæ eſſent attributiuæ iuriſdictionis, ſecùs ſi tantùm excitatiuè, putà ſi is, cui mandatur, aliàs illud potuiſſet, tunc enim ſuperioris mors etiam re integra non efficit, text. cum gloſ. in verbo. in Authen. vt nulli iudi. lice. ha. lo. conſer. §. quia verò. colu. 9. glo. 9. in d. l. quia. Pa. in d. c. relatum. colum. fi. ad finem. Bart. & cæteri in d. l. more. eo enim caſu non dicitur delegatus. c. licet. & c. penult. de offic. ordi.

Intellige ſanè, niſi diceret auctoritate noſtra cognoſcas: quia tunc eſſet delegatus, text. in c. cum aliquibus. de reſcrip. in 6. Bart. in d. l. moræ. in 2. col. verſicu. circa hoc. & in l. ambitioſa. in vltima colum. de decre. ab ordi. fa. ff. vel niſi detraheret, vel adderet aliquid iuriſdictioni ordinariæ, vt quod cognoſcat ſummariè de cauſa, de qua non poterat via ordinaria cognoſcere, niſi ordine iuris ſeruato, ſecundum Bal. in addit. ad Specul. titu. de lega. colum. fin. verſicu. pe. quem ſequitur Alexand. in d. l. morę. col. 4.

Vltimò nouiter reſtringe, fortè in delegato ad piam cauſam, quòd eius iuriſdictio nō exſpiret re integra morte com-
39 mittentis: quia à † mandato procuratoris ad mandatum iuriſdictionale eſt bonum argumentum, d. l. & quia. in fin. Innoc. in d. c. quoniam Abbas. Ang. Pau. Alex. & Iaſ. in d. l. moræ. maximè quòad finiendum mandatum, vt dicit ibi Iaco.
40 ſed ego habeo, quòd mandatum † procuratoris ad pias cauſas non expirat morte domini, nec hæres poteſt illud reuocare, text. eſt ſingularis in c. exiit qui ſeminat. col. 10. verſic. in eo verò. de verb. ſignifi. lib. 6. quem dicit non eſſe alibi. Bald. in Authen. ſi qua mulier. col. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. ergo idem in iuriſdictionali ad pias cauſas. ad quod aliquid faciet
41 quod vult Bald. de ſententia lata † in cauſa beneficiali pro mortuò, quòd valeat fauore eccleſię, & ſit executioni demandanda ad inſtantiam ſubrogati in loco eius, in l. vna. §. in primo. in fina. verbis. C. de cadu. tol. Et ſi præmiſſa limitatio

eſſet

eſſet vera, idem dicendum eſſet pariformiter in delegatione cauſæ dotalis: quia † mandatum de danda dote non expirat 42
morte mandãtis, l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iur. dot. Cogita. Quando autem dicatur iuriſdictio cœpta agi? dic ſecũdum veram & magis communem concluſionem Dd. vtriuſque cenſuræ, quòd per † citationem, nec ſufficeret actus citerior, nec requi- 43
ritur vlterior, vt volunt glo. Innoc. Io. Cal. Bald. Card. Imol. & Modern io. in c. licet vndique. & ibi Imo. dicit eſſe communem: Iuto. & Pa. in d. c. relatum. Archi. Paul. Domi. de S. Gemi. & Philip. Fran. in c. ſi à ſubdelegato. de offic. delega. in 6. Salic. Alexan. & Iaſ. in d. l. more. & dicit Imo. in d. c. relatũ. ita communiter teneri à legiſtis & canoniſtis. Pro hoc tex. cui eſt impoſſibile poſſe reſponderi ſecundum Pa. in d. c. relatum. videlicet in c. fina. de offic. lega. text. in d. c. gratum. text. cum gloſſ. in c. propoſuiſti. de for. competen. facit quod vult glo. in c. ſuper quæſtionum articulis. §. ſi verò duo ſunt. gloſſ. magna ante medium. de offic. delega. & quod tenent Archi. Domini. & Philip. Franc. in c. quamuis. de offi. deleg. in 6. de quo articulo varias opiniones videre potes per Modernos in locis præadductis. Anto. de Tremo.

ſ *Impetratum*. Amplia etiam ſi motu proprio Principis fuiſſet conceſſum, ſecundum Hoſti. Anto. de Butr. Imol. Panorm. Areti. & Felin. in 3. col. in c. cauſam quæ. in 2. de teſti. Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de do. & contu. §. fi. in ver. porro. in addi. ſuper verſ. intereſt. Iaſ. in l. 2. C. vt lit. pen. quia leges generales non trahuntur ad lites pendentes, l. 1. C. de legi. & tamen fiunt motu proprio Principis, l. humanum. eo. titu. Nunc reſtringe, niſi facta fuerit mentio de lite pendente, text. eſt in c. inter monaſterium. & ibi Panorm. & alij, de re iudi. glo. loquens de lite pend. coram ordinario, in c. prudentiam. §. ſexta. in ver. aliam iuſtam cauſam. de offic. deleg. Salic. Pau. & Iaſ. in l. 2. gloſſ. & ibi Felin. col. 9. verſi. ſexta regula. in c. ſuper literis. de reſcri. Felin. in c. cæterum. col. 1. & 2. eod. titu. ita quod etiam ſi non dolo fuerit omiſſa mentio litiſpendentiæ, attamen reſcriptum non valebit, ita Bald. per illum text. in c. fina. vt lit. pend. quem refert Felin. in d. c. ſuper literis. in d. ver. ſexta, quod dicit benè notandum & alibi non legiſſe. Iaſ. in d. l. 2. col. 2. Sed quando † dicetur lis pende- 45
re hoc caſu, vt ſit de ea fienda mentio? dic, quòd per citationem, ſecundum gloſſ. quam ibi Panorm. dicit valde notan-
dam

dam, in c. vt debitus. in ver ſi dicat. de appell. Item text. in d. c. inter monaſterium. dicit de proceſſu fiendam mẽtionem. & citatio eſt de proceſſu, c. quoniam contra falſam. de proba. gloſſ. in rubr. C. de in ius vocan. facit gl. in Clem. 2. in ver. innouari. vt lite pen. tenent Archi. & Domi. de S. Gemi. in §. ſpacium. ver. ei autem dilatio. 3. q. 3. quos ſequitur Felin. in d. c. cæterum. colum. 2. & ad eos remittit Iaſ. in d. l. 2. Anto. de Tremolis.

t *Hæreticus*. Vide quæ dixi in titu. præcedenti, verſi. in perſonam. in additione, in ver. Iudæus. & in ver. ſeruus. & in ver. excommunicatus.

46 v *Continentia*. Reſpectu primo perſonarum, vt quia † ſunt plures ſocij, vel plures hæredes indiuiſi: non enim poterit vnus coram vno iudice, alter coram alio trahi, l. 1. & 2. ff. de qui. rebus ad eundem iudi. ea. Et idem in criminalibus. vide quæ de pluribus delinquentibus, quorum vnus eſt clericus, habes ſuprà titu. 2. verſicu. item non audiuntur. poſt princip. mag. addi. cauſis ſi plures eſſent delinquentes. Bald. in c. vno. ad fin. de contro. feu. apud pares termi. in vſi. feud. ille enim titu. de quibus rebus apud eun. iu. ea. habet locum etiam in criminalibus cauſis, ſecundum eum, et ſequitur Iaſ. in d. l. nulli.

Vid. Obſerv. Adr. Gail. lib. 2. fol. 49.

Secundò, reſpectu ſubiecti, quãdo duo iudicia ad eundem finem tendũt, putà poſſeſſorium & petitorium: quia coram eodem iudice debent agitari, d. l. nulli. in fin. c. 1. de cau. poſſeſſo. prop. iudex enim poſſeſſionis facilius poterit expedire petitorium, vt dicit glo. in d. c. 1.

Tertiò, ratione actionis, quia eſt generalis comprehendens multa capita, vt tutelæ & negotiorum geſtorum, d. l. nulli. cum gloſſ. Intellige tamen primò, quòd reſcriptum, per quod continentia cauſæ diuiditur non teneat, ſi fuerit à parte oppoſitum, Inno. & Pa. in c. cùm Martinus. de conſtit. Bald. & Paul. Alexand. & Iaſ. in d. c. nulli. dummodò opponatur ante lit. conteſt. quia dilatoria eſt, non poſt. ſecundùm Fulgo. & Iaſ. in d. l. nulli. licèt Iaco. de Belui. Albe. de Roſ. & Alexan. contrarium teneant, vt ibi per eos.

Secundum intellige, niſi reus fuiſſet contumax: quia con-
47 tumax † non poteſt excipere de litis pendentia, vel diuiſione cõtinentiæ cauſa, text. eſt in l. 1. in fi. iuncta glo. fi. C. de aſſer. tol. vbi Bal. dicit nota. dignum. & tex. in l. quãuis. ff. de dam.

infec.

infec. voluit Bar. in l. vbi cœptum. ff. de re iud. & in l. quãuis. ff. de dam. infec. & in l. ſepulchri. ff. de ſepul. vio. & vtrobiq; Bart. idem eſſe dicit, ſi vellet purgare contumaciam & expenſas refundere, quia non erit audiendus, de quo tamẽ plenè per Alex. in d. l. quamuis. de dam. infec. quam legit cum l. hoc amplius. §. fina. vbi aliter tenet cum Angel. & Imol. & per eundem Alex. in addi. ad Bart. in d. l. vbi cœptum.

Tertiò intellige, niſi actor & reus eſſent diuerſi fori, & iuriſdictio eſſet inprorogabilis reſpectu alterius partis, putà clericus cõtra laicum agit poſſeſſorio, & obtinuit coram iudice ſeculari, ſi laicus velit poſteà agere petitorio diuidenda erit cauſæ continentia & petitorium agitabitur coram iudice clerici, per text. in c. fin. de iud. & ibi per omnes, per Paul. Alex. & Iaſ. in d. l. nulli. & ibi latius de materia per eundem Iaſonem. Anto. de Trem.

x *Latinitate.* De hoc eſt text. in c. ad audientiam. in 1. de reſcript. & idem de omiſſione literæ vel ſyllabæ, vel ſi vna litera loco alterius ſit poſita: quia mala latinitas inde conſurgens vitiat reſcriptum, cùm ſit modicus defectus, tenent ibi Panorm. & Felin. de quo eſt text. in c. ex parte. de fide inſtru. & ibi etiam Panorm. & Felin. dicentes per illum tex. reſtringi dictam decreta. ad audientiam.

Vnde dicebat Ange. in l. qui habebat. ff. de manu. teſtamen. quòd ſi † loco eccleſiæ ſancti Martini, in reſcripto diceretur, ſancti Marini, non noceret, per illum textum, quem dicit ſingularem Angel. in l. ſi in nomine. C. de teſtamen. quem refert Alexand. in l. ſi quis in fundi vocabulo. de leg. 1. & dicebat Bald. in l. ſi cùm ante. C. de dona. ante nuptias. de notario dicente iure reſtitutionis, pro inſtitutionis, quòd nõ nocet. & idem Baldus de notario dicente, Falcidiana, pro Falcidia, vel Valeriano, pro Velleiano, in l. Imperator Titus. in prima lectu. col. 1. in fin. ff. de ſtatu hom. & idem Bald. dicit idem de defectu verbi vel dictionis, etiam ſi eſſet verbum principale, quod deficeret in priuilegio vel reſcripto. 42

Vnde Barto. in repeti. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. col. 4. ſi Barto. ſit illa repetitio, dicebat, quòd non nocet, ſi dicatur in nomine, & deficiat. Domini.

Et de eo, qui dicit fur, vel meretrix, quia ſuppletur verbum, es. Bartol. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur.

Præ-

Præmiſſa ſanè intelligas, niſi ex defectu vel mutatione literæ vel ſyllabæ induceretur alteratio ſenſus, ſeu mutatio, per text. in c. inter dilectos. de fi. inſtru. ſecundum Panor. & Felin. in d. c. ex parte. & in d. c. ad audientiam.

Item intellige quod hic dicitur, quando error in latinitate eſſet apertus & manifeſtus, ſecùs ſi dubitabilis, vt quia poſſet per figuram ſaluari, c. 1. cum glo. & ibi Panor. de iudi. Panor. & Felin. in d. c. ad audientiam. text. cum gloſſ. & ibi Bal. in text. in l. eam quam. C. de fideicomm. vel per ſubauditionem ſecundum Bal. in d. l. eam quam. quod eſt rectius quàm per figuram, ſecundum eum. quem ſequitur Felin. in d. c. ad audientiam. Sed in vltimis voluntatibus, & inſtrumentis, ſententijs, & in ſcripturis diuinis falſa latinitas nō habet vitiare, per text. in l. Plotius. ff. de aur. & argen. leg. in l. errore. & ibi per Modernos plenè. C. de teſta. per text. in d. l. Imperator totus. & per text. in l. actorum. ff. de re iud. & no. in l. 2. C. de ſen. ex peri. reci. & per text. in c. indignum. vehementer exiſtimo vt verba cœleſtis oraculi reſtringantur ſub legalis donati. 38. diſt. & in c. retulerunt. & c. ſi non ſanctificantur. de conſe. diſt. 4. de quibus omnibus latiſſimè per Felin. in d. c. ad audictiam. & ibi quid in reſcriptis aliorum principum quàm Papæ, & quod in ſtatutis & priuilegijs.

y *Nullum vitium* De ſuperius inſertis vel alijs multis, pu-
49 tà, quia impetratum † per non habentem ſpeciale mandatum, c. nonnulli. in fi. de reſcript. quam tamen exceptionem curia. Rom. non admittit, glo. & ſcribentes ibi.

Item ſecundò, quia trahit impetratum vltra vnam dietā à finibus ſuæ diœceſis, c. ſtatutū. §. cùm verò. & §. cùm autem actor. de reſcrip. in 6. quod non procedit in ordinario, c. cùm epiſcopus. de offi. ordi. libr. 6. Panorm. & omnes in d. c. nonnulli. Item non procedit, vbi ageretur reali, quia poſſet conueniri in loco, vbi res eſt ſita, quantumcunque diſtaret à fine diœceſis rei conuenti, c. fi. de fo. compe. & l. fin. C. vbi in rem act. exer. debe. quæ iura ſimpliciter volunt quem poſſe conueniri vbi res eſt ſita, de quo plenè per Panor. Maria. Socin. & Fran. Are. in c. ex parte. b. de foro competen. per Felin. in d. c. nonnulli. col. 33.

Item non procedit, vbi quis promiſiſſet ſoluere, vbicunq; reperiretur: quia vbicunque fuerit repertus, poterit conueniri in vim reſcripti, Inno. & Panor. in c. dilecti. de for. compe.

Item non procedit, vbi appoſita eſſet clauſula derogatoria expreſſa, vel vbi partium conſenſus expreſſus interueniret, d.c. nonnulli. & d.c. ſtatutum. §. in nullo. Item nõ procedit, vbi iudex vellet appropinquare loco non diſtanti vltra vnam dietam à finibus diœceſis Rei, quia non † computatur 50
dieta à loco ſolito iudicis vſque ad fines diœceſis Rei, ſed à loco aſſignationis, ſecundum Panormi. & Feli. in d.c. nonnulli. & Domi. de S. Gemi. in d. §. in nullo.

Item non procedit in delegato ad vnum territorium, vel prouinciam, nec in delegato in curia, nec in delegato executore gratiæ, qui nõ habet ex forma reſcripti, vocare vocãdos, vel qui non eligeret viam iudicialem, nec in inquiſitore dato per literas Apoſtolicas, qui omnes poſſunt trahere vltra vnam dietam, de quibus per Felio. in d.c. nonnulli. col. 34.

Et idem dicas, ſi ex poſt facto poſt impetrationem diuideretur diœceſis aliqua, & fines reſtringerentur, vt diebus iſtis factum vidimus in epiſcopatu Burgi in Briſſia ducatus Sabaudiæ: quia non obſtante diuiſione ſecura poſſet trahi reus prius impetratus vltra vnam dietam à finibus nouis, & fieret computatio habito reſpectu ad antiquos, text. eſt in extrauagan. ſedes Apoſto. §. fin. de reſcript. quam allegant Ioan. Andr. & Domi. in d. c. ſtatutum. §. cùm verò. & Felin. in d.c. ad audientiam.

Item poteſt & tertiò opponi, quòd eſt impetratum ab hæretico, l. 2. de ſum. Trini. & fid. Catho. Item quartò, quòd † ab 51
excommunicato, quo caſu ipſo iure eſt nullum, c. 1. de reſcri. in 6. niſi impetraret ſuper excommunicatione vel appellatione, vt ibi & alijs caſibus, de quibus per Do. ibi in fina. verbis. & per Felin. egregiè. in c. fi. de except. ad quos te remitto. vſque adeò quòd nec impetratus poſſet illo vti: quia annullatio reſcripti impetrati ab excommunicato nõ cauſatur fauore aduerſarij, ſed in odium excommunicati, vt ad gremium eccleſiæ redeat, Do. poſt Dd. in d.c. 1. nec diſtinguitur inter excommunicatum occultum & manifeſtum, ſecundum Ioan. Mo. Ioan. And. Domi. & alios ibi: licèt in iudice ratione publicæ vtilitatis, diſtinguatur inter notorium excommunicatum & occultum, in c. ad probandum de re iudi.

Sed ſanè intellige, quando à principio, cùm impetrabat, erat excõmunicatus, ſecùs in ſimili dicit text. de procuratore excõmunicato tẽpore cõſtitutionis, in c. poſt ceſſionẽ de pro-

curatoribus. ſecùs ſi poſteà ſuperueniret excõmmunicatio: quia tunc ſolũ ſuſpenderet eius executionem exceptione oppoſita aduerſario, per not. in c. pia. de excep. in 6. Sed an pro alio poſſet excommunicatus impetrare reſcriptum, Io. And. Do. in d. c. 1. Io. Andr. & Panor. in c. fi. de procu. tenent, quòd non: quia dictum c. 1. loquitur ſimpliciter & ſine diſtinctione: licèt gloſſ. in c. fina. gloſſ. 1. circa medium voluerit contrarium & malè: vide plenius Dd. in d. c. 1.

52 Quintò poteſt † opponi, quòd fuit impetratum per monachum vel canonicum regularem, Spec. in titu. de reſcrip. præſen. §. ratione aut impetrantis. ver. item quod eſt monachus. Sextò, quod in beneficialibus fuit impetratum per laicum, licèt poſteà ſe fecerit clericari, c. ex literis. de tranſac. vel per vxoratum. c. cùm decorem. de cle. coniu. vel per non habentem ętatẽ, mores, & ſciẽtiam, de quibus in c. cùm in cunctis. & c. dudũ. de ele. c. eam te. de æta. & quali. vel tacuit dignitatem, quam habebat, c. ad aures. de reſcript.

Septimò, quod fuit impetratum contra priuilegiatum nõ facta mentione priuilegij, c. cùm ordinem. de reſcri. Octauò, quòd contra Abbatem habentem bona diſcreta à bonis monaſterij, de monaſterio non facta mentione, c. edoceri. de reſcript. Nonò, quòd maiores res & digniores perſonæ comprehenſis conueniuntur virtute clauſulæ generalis, c. ſedes. de reſcri. vel vltra numęuum quatuor. c. cùm in multis. eo. tit. lib. 6. Decimò, ſi fuerit impetratum contra matrem nomine filiorum, poſtquàm tranſiuit ad ſecunda vota, c. ex parte. m. de ap. Alia multa, quę contra reſcriptum diuerſis ex cauſis poſſunt opponi, vide per Specul. titul. de reſcript. per totum tit. à quo titu. Bald. ibi in additione ad finem prudentiam nos haurire eleganter admonet, ſi practici eſſe velimus, & in curijs verſari, alias conſortium peritorum nobis eſſe vult interdictum.

z *Merum imperium.* Iſtud non procederet iure canonum:
53 quia illo iure † ea, quæ ſunt meri vel mixti imperij, ſunt delegabilia, gl. in c. quòd ſedes. gl. magna ad finẽ. de off. or. glo. in Cle. vna. in ver. ciuili. de off. dele. & gl. in c. in archiepiſcopatu. gl. fi. de rap. & in c. illud. 23. q. 4. & ita magis cõmuniter concluditur ſecũdum Alex. in l. 1. in princ. col. 2. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. & ibi per Iaſ. in 7. col. quę autẽ ſint de mero vel mixto imperio, & q̃ de iuriſdictione in ſpecie te remitto

ad ea, quæ ſcripſi poſt Dd. in l. Imperium. ff. de iuriſ. om. iu. & reſeruata tamen Papæ etiam iure cano. ſubdelegabilia non ſunt, ſecundū eos poſt Anto. de But. & Imol. in d. c. quod ſedes. Aduerte etiam, quod contra delegatum Principis non poſſet opponi exceptio, de qua hic per autorem: quia Princeps cauſas meri & mixti imperij paſſim delegat, iſte eſt tex. & ibi gloſſ. in d. c. illud. glo. fin. & Bar. in d. l. 1. in princ. col. 2. ver. quæro nunquid. dicens Doctores ita determinare, pro quo adducit l. fin. C. vbi ſena. vel clari. conue. & l. 1. C. de preci. impe. off. vbi etiam Bal. in 4. no. & Iaſ etiam in 4. no.
Et nedum † Princeps, immò etiā delegatus Principis poteſt 54
cauſam ſibi delegatam criminalem alteri ſubdelegare, gloſ. ſing. in l vna, in ver. iudicandas. in fin. C. quæ pro ſua iuriſd. iu. da. dari ve. poſ. quā ibi ſequuntur Bar. Bal. Ang. & Pau. de Caſt. dicens videri iſtam eſſe communem ſententiam, & illā gl. & ſequuntur Bart. Bal. Ang. & Iaſ. latiſſimè ſuſtinēs in 15. col. & duobus ſequentib. in d. l. 1. in prin. et illam gl. dicit ſingularem Car. Ro. in c. archiepiſcopatu. de rap. & illa gl. fūndat ſe in text. ſuo. in fi. l. quē tex. Bar. ibi dicit ſingularem. in ver. nullo perſonarum cauſarum: ve. &c. benè facit tex. in c. venerabili. vbi Dd. de offic. dele. vide Iaſ. vbi ſupra. Aduerte tamen, quòd licèt delegatus Principis poſſit ſubdelegare etiā cauſam criminalem per prædicta, tamē ipſe ſubdelegatus nō poterit ſubdelegare, gl. eſt ſingu. in c. ſuper queſtionū articu. §. porro. gl. mag. in prin. de off. dele. quā facit ſingularē Pan. in c. cùm Bertoldus. 10. col. verſi. ſed dubium non tactum. de re iud. & eam ſequitur & dicit reputari ſingularem. Alex. de Imo. in rub. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. col. 4. ver. nonò probatur, & illam ſequitur Iaſ. in d. l. 1. in princip. col. 17. & ita aliàs fuit practicatum in perſonam magiſtri Antonij valere ſubrogati à ſubrogato iudicis, cauſarum criminalium Tholoſæ à Cancellaria Regia commiſſarij in cauſa criminali Baſtardi Randonis caſtri Corduarum. Ordinarius tamen benè poſſet † dare ſuo delegato facultatem ſubdele- 55
gandi cauſam aliàs delegabilem: & in hoc eſt deterioris conditionis delegatus à Principe quàm ſit ordinarius, gloſſ. eſt ſingularis. in c. is cui. gloſſ. fina. de offic. deleg. in 6. & tenent communiter Dd. in l. à iudice. C. de iudic. & Bartol. & omnes. in l. more maiorum. ff. de iu. omn. iu. & ibi Fulgoſ. dicit ita intrepidè tenendum: & ita communiter

teneri teſtantur Imo. in Clem. 1. de offi. deleg. & Alexan. in d. rub. Anto. de Tremo.

a *Proficiſci.* Aut infirmum eſſe, quia cauſæ abſentiæ & infirmitatis æquiparantur, l. aut ſi valetudinem. ff. de procur. & l. ſi longius. in princi. ibi. infirmitate. vel neceſſaria profe-
56 ctione, ff. de iudi. & quòd † propter infirmitatē poſſint, quæ ſunt meri & mixti Imperij delegari, ſicut propter abſentiã, tenent Pet. dę Bel. Perty. Cy. Ray. Albe. Bart. Alex. Lauden. & Iaſ. dicēs eſſe cōmunem, in l. 1. in prin. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. & Cano. in c. quod ſedes. de offic. ord. Dummodò ſit longo tempore duratura & grauis infirmitas, l. quæſitum. ff. de re iudi. & dummodò facti qualitas ſine ipſo iudice poſſet expediri, c. ſi pro debilitate. de offic. deleg. multitudo tamen cauſarum non eſſet cauſa ſufficiens delegandi tales cauſas, ſecundum Dd. in d. l. 1. in prin. per l. placet. in 1. C. de peda. iudi. de quo plenius per Ludo. Alex. & Iaſ. in in d. l. 1. in princ. in vlti. col. Adde etiam ad principale dictum, ſpeciale eſſe
57 in cauſa † reſtitutionis in integrum, & ſuſpecti tutoris remouendi, quod poſſunt delegari, licèt ſint mixti Imperij. de primo eſt text. in l. fina. C. vbi & apud quos. de ſecundo. in l. cognitio. in princip. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. Anto. de Tremo.

b *Quantuatem* De hoc dixi. inf. de impedi. execu. ver. ratione quantitatis.

c *Decretum* Senſit ergo Do. Huber. vt vides verum intellectũ illius §. vbi decretum, quòd q̃ requirũt cauſæ cognitionem, adde & decreti interpoſitionem, non poſſunt delegari: quem intellectum ponit ibi glo. in 3. lect. & illũ dicit communem & approbatum. Iaſ. ibi in 2. & pe. lec. licèt etiam intellectus Iac. de Are. communiter teneatur, de quo ibi ꝑ Do.

Ideò autem dixi addendum, & decreti interpoſitionem, quia in illis terminis loquitur tex. ille. Si enim nõ requirerēt
58 † decreti interpoſitionem, ſed expectarent ſententiã diffinitiuam, tunc benè poſſent delegari, ſi competerent iure cuiuslibet magiſtratus, vt quia eſſent cauſæ criminales leues, vel ciuiles. a. 300. aureis. inf. aliàs non, per tex. in Auth. de defen. ciui. §. & iudicare. & §. audient. col. 3. iuncta l. 1. in princ. de offi. eius cui mand. eſt iu. niſi in caſibus, de quibus in addi. præced. de hoc tamen videbis Iaſ. plenius in d. §. vbi decretum. col. fi. Anto. de Tremo.

d Mul-

d *Multofortius.* Ad iſtud argumentum facit: quia iuriſdictio † ordinaria eſt fauorabilis & amplianda: delegata verò ſuperinducta, extraordinaria, & odioſa, ſicque reſtringenda, gloſſ. in c. diſpendia. in ver. vel conuentionis. de reſcript. libr. 6. & gloſſ. in Clemen. 2. gloſſ. pe. de offic. or. & notant ſcribentes in c. p. & g. de offic. deleg. & in l. fin. ff. de iuriſdic. omn. iud. Aduerte tamen econtrà, quòd omnis cauſa, quæ eſt ſufficiens ad repellendum delegatum, non eſt ſufficiens ad repellendum ordinarium, ſecundum Spec. titu. de recu. §. cauſa recuſationis. ibi item no. allegat in argumentum. c. vt debitus honor. de ap. Ant. de Tremo. I. V. Doctor. 59

e *Libellum.* Sentit ergo doctor iſte, quod in ſcriptis † proponenda ſit recuſatio, non verbotenus: quod etiā tenuit glo. Iac. But. Ange. Salic. Fulg. & Iaſ. in l. fi. C. de iu. æquiparatur enim ſecundum eos appellationi ab interlocutoria, quæ debet interponi in ſcriptis, c. cordi. de ap. lib. 6. benè facit tex. in c. ſuper eo. de ap. Similem æquiparationem inter appellationem ab interlocutoria, & recuſationem quóad effectum ſuſpendendi iuriſdictionem, facit Paul. de Caſt. in l. quia poterat. ff. ad Treb. poſt Io. And. in c. legitima. de app. in 6. 60

Et quod in ſcriptis debeat proponi ſuſpicionis cauſa, tenet gloſſ. in c. quoniam contra falſam. in ver. recuſationes. & ibi Hoſti. Ioan. Andr. Pa. & Felin. eam ſequuntur. de proba. & gloſſ. in c. ſecundo requiris. in ver. coram eodem. de app. & gloſſ. in l. apertiſſimi. C. de iudic. Archi. Ioan. Andr. Do. & Dd. in d. c. legitima. & Specu. in titu. de recu. §. qualiter autem, in princip.

Sed neceſſarium dubium eſt, vtrùm † Papa, aut Imperator poſſint tollere recuſationem ex cauſa ſuſpicionis? Pa. in c. ad hæc. de reſcrip. notat ibi gloſ. magnam in cauda, & eam dicit ſingulariter notādam, & ſe neſcire alibi ita expreſſam, quòd non poſſit Princeps de plenitudine poteſtatis cauſam committere ſuſpecto ſine facultate recuſandi. idem Pa. in c. cùm inter priorem. col. 2. de excep. cum diſtinctione tamen, quam vide. Item tenet Barb. in c. ex tranſmiſſa. de fo. compe. & Do. in c. iudex. col. pe. de off. dele. in 6. Imo. et Ang. de Are. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus ap. non licet. 61

Contrariam ſententiam tenet glo. in l. eos. in prin. gl. 3. C. de ap. volens Papam ex certa ſententia poſſe cōmittere artic. appell. iudici primæ inſtantiæ, licèt ſit ſuſpectus. & idem

tenet gl. quam Ang. ibi dicit diligenter notandam in l. apertiſſimi. in ver. recuſare. in prin. C. de iud. & Spec. in tit. de recu. §. 1. ver. quod ſi ſic. Hoſti. in d. c. cùm inter. & Inno. in c. ex tranſmiſſa. de fo. cōpe. & fatetur Pa. in d. c. ad hæc Dd. communiter tenere contrarium eius, quod ibi tenet gl. & contrarium etiā tenet Phi. Peru. in ru. de ap. col. 10. & in c. poſtremo col. 3. eo. ti. & ibi Prepo. diui Ambroſij. & Feli. in d. c. cū inter. col. 5. & 6. vbi reſpōdet ad fundamēta tenentium cōtrariam partem. Et dicit Iaſ. in d. l. apertiſſimi. ꝙ glo. in d. c. ad hæc cōmuniter reprobatur: ſed illa gl. non dicit: ſed ſolùm, quòd ſi Papa committat cauſam notoriè ſuſpecto ſimpliciter ſine clauſula recuſātione remota, non tollitur facultas recuſandi, ſecundum Felin. in d. c. cùm inter. poſt Philip. in d. c. poſtremo. & dicit ad hoc illam glo. auream. Vnde communiter concluditur per ſcribentes præſatos cùm Spec. vbi. ſup. quòd generalis clauſula non obſtante recuſatione non tollit niſi friuolam, ſecùs in ſpeciali, putà non obſtante, quòd ſit conſanguineus: quia tunc tenebit commiſſio, nec poterit recuſari. Anto. de Tremo.

f *Et quanquam.* Et ibi dixi in additione in verbo, ſuſpectum. & ſequen.

g *Ante litem conteſtatam.* Quia litis conteſtatio eſt terminus excluſiuus dilatoriarum. l. fi. C. de excep. & l. nemo. C. de iuriſd. om. iu. vbi de exceptione incompetentiæ, quæ debet cæteras præcedere, vt ſup. tit. 1. ver. & quanquàm. Adde text. in c. inter monaſterium. de re iudi. vbi de exceptione ſuſpicionis contra iudicem, quod debuit ante litis ingreſſum opponi. Plus voluerunt ibi gloſſ. in ver. iudicium. Innocen.
62 Bald. Card. Flo. Pa. & Felin. quod etiam ante † litem conteſt. per præpoſitionem alterius dilatoriæ reus videtur in iudicem conſentire, & ſic ſe excludit ab exceptione recuſationis, propter quod in initio eſt proponenda. pro quo eſt bonus tex. in l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. ff. de iudi. quem ad hoc dixit ſingularem Bal. in c. exceptione. de excep. & referunt Felin. in d. c. inter. colum. 6. & Iaſ. licèt corruptè. in l. ſi conuenerit. colum. 6. ff. de iuriſdict. omn. iudi. & ibi. iſtud tenent Bart. Pau. & Alex.

Et quod proponatur ſuſpicio in principio, dicebat eſſe tutius, Spec. in d. tit. de recu. §. fit autem. ad fi. vide tamē vndecim declarationes per Felin. in d. c. inter monaſterium.

Item adde text. de exceptione procuratoria etiam ante litis conteſta. proponenda. in l. ita demum.C. de procur. qui text. plus probat, & ad hoc reputatur ibi ſingularis à Bald. Alex. & Iaſ. ſecundum intellectum Bart. & cõmunem, quòd ſi dilatoria non fuerit oppoſita ante litem conteſta. in prima inſtantia, quòd non poterit opponi in cauſa appellationis etiam ante litem conteſtatam: quia prima litis † conteſtatio eſt terminus excluſiuus dilatoriarum, per illum tex. quem etiam dicit ſingularem Pa. in c. in noſtra. de procuratoribus. colum. 2. 63

Iſta tamen concluſio Dd. huius, quod dilatoriæ poſt litem conteſtatam non poſſunt opponi, fallit breuiter, † primò, in dilatoria ſolutionis, de qua infrà eodem verſiculo, attende tamen. Secundò fallit, vbi pars taceret & pateretur dilatoriam opponi poſt litem conteſtatam, & ſuper illa cognoſci, quia iudex debet ſuper illa pronunciare, & ſi vera ſit eam admittere, aliàs poterit appellari per theoricam, nota. & ſemper menti tenendam, gloſſ. ſingularis, quam Pa. ibi in 3. col. neſcit alibi. in c. cùm contingat. in verſic. nihilominus. de offic. delega. & ibi multa ſimilia adducit. & late Felin. in d. c. inter monaſterium. colum. 14. 64

Tertiò fallit in exceptione excommunicationis, quæ fauore animæ propter periculum communionis poteſt opponi quandocunque etiam in vim dilatoriæ, per tex. in d. c. exceptionem. & dixi ſuprà titulo primo. verſi. in perſonam. in additio. in ver. excommunicatus. & idem generaliter in omni dilatoria reſpiciente periculum animarum propter generalitatem illius decreti exceptionem in ratione ſui. ita dicit poſſe attentari. Felin. ibi. col. 8. verſic fallit 7.

Quartò fallit in dilatoria iudicij, quæ orta fuiſſet poſt litem conteſtatam, c. inſinuante. de offic. delega. c. paſtoralis. de exception. & ibi gloſſ. & vtrobique Dd. & gloſſ. in d. c. exceptionem. text. & ibi Barto. & Dd. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de conditio. indebi.

Quintò idem dicas, ſi orta erat ante litem cõteſtatam reo ignorante, tamen poſt peruenit ad notitiam rei: quia etiam tunc poſt litem conte. poterit opponi, text. in d. c. paſtoralis. in fin. & tenet glò. quam ibi ſequuntur Bart. & communiter Dd. in l. error. in ver. facti. C. de iur. & fact. igno. & iſtam dicit eſſe communem Alexan. in d. l. ita demum. verſic. quartò

fallit. et Feli. in d. c. paſtoralis. col. 7. eam etiã tenet gl. in §. exceptio. 3. q. 6. & bene facit gl. in c. ad audientiã. in ſecundo. gl. fi. ad fi. de reſcrip. per quas ita tenet Pa. in c. 1. in 2. not. de accuſ. plus dico, ꝙ etiam dubitans exceptionem ſibi cõpetere, auditur poſt litem conteſtatã ſicut ignorans, per text. quem Bar. dicit menti tenẽdum, & ſe neſcire alibi, in l. manifeſtiſſimi. in prin. verſ. ſinautem neſcius vel dubitans. C. de fur. & per illum text. hoc in ſpecie tenet Bald. ibi poſt Iaco. de Aret. & Cyn. & tenet Salic. in l. licet. quicquid gloſſ. ibi dixerit. C. de procur. ambas has vltimas fallentias limita: dummodò ante renunciationem & concluſionem in cauſa. quia poſt partium organa ſunt clauſa, vt nil poſſit deduci quod in cauſæ cognitione vertatur, c. cùm dilectus. de fide inſtrum. & c. auditis. de procur. ita reſtringunt Anton. de Butr. Pa. & Felin. 6. col. in d. c. paſtoralis. & Ioan. Andr. & Pa. in c. 2. de ordi. cogn. Et hanc reſtrictionem intellige, niſi in exceptione ſuſpicionis orta poſt renunciationem in cauſa, & in exceptione excommunicationis, & in exceptione notoria, & alijs quibuſdam, de quibus per Felin. in d. c. cùm dilectus. & in 2. c. paſtoralis.

Item primam ex his duabus fallentijs reſtringe, niſi exceptione poſt litem conteſtatam orta partes ad vlteriora proceſſiſſent, per text. in d. c. inſinuante. vbi Bald. multum notat & ibi etiam Pa. Secundam verò reſtringe, niſi fuiſſet negligens in ea perquirenda, vt fuit de mente glo. in d. c. paſtoralis. & ibi Pa. & Felin. & Alexan. in d. l. ita demum. in quibus locis vide plenius.

Aliam etiam limitationem ponit Nico. de Nea. in l. 2. §. numerum. ff. de excuſa. tu. poſt Ray. de for. in Auth. præſente. C. de fideiuſſ. quos ſequuntur Iaſ. in l. eleganter. §. ſi quis poſ. col. 1. præallegata. videlicet vbi exceptio dilatoria ſuperueniret facto aduerſarij, aliàs non poſſet opponi: vt in exemplo d. §. numerum.

Sextò fallit in omni dilatoria iudicij reddente iudicium retrò nullum: vt eſt exceptio incompetentiæ iudicis reſpectu iuriſdictionis non prorogabilis, vel exceptio procuratoria in cauſa criminali: quia tales poterunt opponi quandocunque, text. cum gloſſ. in ver. momenti. in d. c. in noſtra. & ibi Pan. in vl. nota. & tenet Innocen. in c. ſciſcitatus. de reſcrip. exemplificans de exceptione incompetentię, quia

iudex

iudex erat furioſus. idem Anto. de But. Imo. Pan. & Felyn. 8. colum. in d. c. exceptionem. & de exceptione procuratoria in cauſa criminali, latè Alex. de Imo. in d. l. ita demùm. col. 1. verſi. tertiò fallit. per tex. in l. pen. §. ad crimen. in verſ. fruſtra. ff. de pub. iudi. licèt multi contrarium tenuerint: vt ibi per eum Idem dicas in exceptione falſi procuratoris, per l. licèt. & ibi Bartol. & omnes ſignant. Alexand. C. de procu. & Pa. in d. c. in noſtra. colu. fi. vbi idem dicit de exceptione procurator-a contra monachum, contra quem poterit quandocunque opponi, tu non potes eſſe procurator. & ita dicit cõmuniter teneri à Doctoribus. & eſt glo. in Clem. Religioſus in ver. ſuſcipere. de procu. idem dicas de exceptione, tu non habes conſenſum patris. de qua dixi ſup. titul. 2. verſicul. ſed quod ſi pater. Septimò fallit, niſi pars fuiſſet impedita & ſupplantata per iudicem, per gloſſ. ſingularem, quæ alibi non reperitur in c. ex conqueſtione. gloſſ. 3. in fin. de reſtitut. ſpol. quam dicit non eſſe alibi, Bald. ibi. quem refert Felyn. in d. c. exceptionem. & ibi vide per eum plenè de veritate, in 5. colum. illam gloſſ. etiam dicit valdè ſingularem Imol. ibidem ſecundum Alexand. in d. l. ita demùm. Octauò fallit, vbi litiſconteſtatio fuiſſet nulla: quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, c. non pręſtat. de reg. iur. lib. 6. benè facit tex. cum gl. 3. d. l. licet. & gl. in c. ſi pater. C. ne de ſta. defunc. & gloſſ. in Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. Pau. & Alexand. in d. l. ita demùm. Felyn. in d. c. exceptionem. Nonò, ſi opponeret dilatoriam incontinenti poſt litem conteſtatam, per gloſſ. ſingularem reputatam, in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurato. quam dicit ſingularem Io. de Imo. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appell. quē referunt Alex. & Iaſ. in d. l. ita demùm. & eam dicit reputari ſingularem Felyn. in d. c. exceptionem. Et licèt Bal. & Ang. illam gloſſ. ibi reprobent & Imol. in d. §. fin. non firmet, nec Alex. in d. l. ita demùm. tamen eam firmant Ant. de Butr. in c. cùm dilectus. per illum tex. ſecundum vnam lecturam, de ordine cogn. & Ang. Aret. in d. l. ex conſenſu. §. fin. & Felyn. in d. c. exceptionem. & multas gloſſ. in ſimili ibi adducit, & dicit ſe intelligere incontinenti antequàm ad extraneos actus diuertatur, per not. in l. 1. §. 1. ff. de verbo. oblig. eandem etiam limitationem firmat Iaſ. in d. l. ita demùm, vbi adducit gloſſ. ſimilem in l. 2. in princ. in ver. narrationem. C. de

iura.calum. & idem Iaſ. in l. edita. col. 5. C. de eden. vbi adducit ſex ſimilia. Decimò fallit, ſi iudex reſeruaſſet parti ius dilatorias opponendi poſt litem cõteſtatam, c. ad diſſoluendum. vt ibi Panor. & alij de deſponſa. impu. Fely. in d. c. exceptionem. colum. 6. multos allegans. & idem tenet Iaſ. in d. l. ita demum. colum. 2. Vndecimò limitant Iacob. de Belui. Alber. Alexand. Anton. & Alexand. & Iaſ. l. nulli. C. de iudi quando eſt dilatoria, cui lex non reſiſtit: quia ſi reſiſteret, tunc poſſet quandocunq; opponi etiam poſt litem conteſtatam, vt eſt exceptione, continentia cauſæ diuidatur. & idem tenet Iaſ. in d. l. ita demum. Duodecimò limitant Innoc. in c. capitulum ſanctæ Crucis. de reſcript. Angel. in l. venditor. ff. de iudic. Et Bald. in l. final. C. de exceptio. Fel. & Iaſ. in locis præallegatis. quando tertius pro ſuo intereſſe compareret poſt litem conteſtatam, qui poſſet ex perſona Rei opponere dilatoriam poſt litem conteſtatam. ad quod vide Fely n. vbi ſuprà. colum. 7. verſicul. fallit 5.

Decimotertiò limitat in exceptione feriarum, quæ licèt ſit dilatoria, tamen opponitur quandocunque, Bald. Ange. & Alexand. per illum text. in l. 1. §. 1. ff. de fer. Ant. & Imol. in c. final. extra eod. & Iaſ. in d. l. ita demum. Licèt Fulg. teneat contrarium in d. §. 1.

Decimoquartò generaliter limita in omni exceptione habente cauſam ſucceſſiuam ſiue continuam & ſucceſſiuum grauamen: quia ſicut à ſententia interlocutoria, quæ quotidie grauat, poteſt appellari, quandiu grauat, etiam poſt decem dies, pone exemplum in interlocutoria incarcerationis, vt volunt Specul. in titul. de appellationibus. §. reſtat. ver. & nota. & Bald. in l. 2. quæſtione 2. C de epiſcop. audien. Alexand. in d. l. 1. §. 1. ff. de ferijs. Ita exceptio habens cauſam ſucceſſiuam poterit quandocunque opponi, vt eſt exceptio loci ſuſpecti, vel non tuti: & exceptio, quòd quis non debeat audiri ex forma ſtatuti: quia bannitus vt exemplificant Felin. & Iaſ. vbi ſuprà, ita limitauerunt, Archid. in c. hortamur. tertia quæſtione nona. Anton. de Butrig. Imol. & Felin. in d. c. exceptionem. & Anton. Butrig. & alij in c. dilectus. in ſecundo, de reſcript. Bald. in l. peremptorias. col. 1. verſicul. oppo. C. ſentent. reſcindi non poſſe. Alexand. in l. de ætate. quam legit, cum l. recuſare. §. final. colum. 5. ff. ad Trebell. & alij, per Iaſ. & Fely n. vbi ſup. allegato.

Sed

Sed dubium eſt, quid in cauſis, in quibus capitulum litiſconteſtatio non eſt neceſſaria, iuxta Clement. ſæpè. de verbor. ſignific. quouſque poterunt opponi dilatoriæ. Dic quòd vſque ad illum actum, qui primus ſolet fieri poſt litiſconteſtationem. Iſta eſt gloſſ. ſingularis, in c. 1. in ver. abſentia. de elect. libr. 6. per quam dicit Anton. de Butr. in c. cùm M. Ferrarienſis, de conſtitut. quem refert & ſequitur Alexand. in l. nulla. C. de procur. quod primus actus qui ſolet fieri in cauſis ordinarijs poſt litem conteſtatam operatur omnes effectus in cauſis, in quibus lis non conteſtatur quos ſolet operari litis conteſtatio, pro quo allegat tex. in c. ex parte decani. de reſcrip. & eſt tex. quẽ ibi ad hoc notant Bar. & omnes in d. l. nulla. licèt Iaſ. dicat ibi illum textum nil facere. vide ibi Alex. & eundem Alex. in l. nihil arbitramur. C. de procur. & & illam glo. reputat ſingularem Fel. in allegato. c. exceptionem. col. 4. Ant. de Trem.

h *Noua conſtitutionum.* Tu aduerte, quia ideò dixit conſtitutionum: quia altera eſt de fideiuſſoribus, altera de duobus vel pluribus Reis principalibus. Prima habetur in Authent. de fideiuſſ. in princip. & in Authen. præſente. C. eod. altera eſt in Authen. de duob. Re. in princip. & in Authen. hoc ita. C. eod. tit. Per primam ſuccurritur fideiuſſori: vt prius Reus principalis excutiatur etiam ſi fideiuſſor ſe principalem conſtituerit ſolutorem & peccatorem, per tex. iuncta gl. fi. & ibi Io. Fa. & Sal. in d. Auth. preſente. & gl. in l. ſi alienam. eo. tit. & Spec. in tit. de renun. & concl. verſ. ſed ſi fideiuſſor. Bal. in rub. C. de fideiu. Pan. in c. peruenit. in 2. col. verſi. ſecundum beneficium. eod. titul. extra. & fuit deciſum in Capella Tho. deciſi. 80. incip. Si aliquis conſtituerit. poſt Cy. in d. Authen. præſente. Intellige tamen, niſi renuntiatum eſſet illi, Auth. præſente. & eius beneficio, l. pen. C. de pac. vt voluit gloſſ. in d. Auth. de fideiuſſ. in princ. in ver. accedat & Specul. in d. tit. de renun. ver. viſo, Bald. in d. Authen. præſente. in fi. verſi. & Ange. Are. in §. ſi plures. col. 1. & fi. Inſti. de fideiuſ. Aduerte tamẽ, quòd fideiuſſor de indemnitate quantumcũq; renuntiet beneficio nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus; attamen non poterit conueniri, niſi principali excuſſo, propter verbum indemnitatis, hoc ſonans, vt ita demum teneatur, quia ita promittit, ſi à principali non poſſit exigi, ita notabiliter voluit Bartol. in l. 1. & ibi ex his apparet, &c. C. 65

de

de conuc.fiſc.debi.lib.10.quem refert & ſequitur Bald. in d. Auth.præſente. in vltim.q.& idem Bald.in l.1. poſt prin. ibi modo ego quæro. C.de reuo. his quæ in fraud. dicens eſſe caſum in d.l.1.de conuc.fiſ.deb. quod etiam dicit menti tenendum. & tenent alii quos referunt Alexand. in l.fin. in princ. colum.3.ff. ſi cert.pet. & Iaſ.in l.decem.col.2.ff. de verb.obl. Et idem dicas in eo, qui promiſit ſoluere quantominus à debitore poſſet exigi, qui non eſt verus fideiuſſor, cum obligetur in incertum, & fideiuſſor ad certum, ſecundum Iaſ.in d. l.decem.colum.1.in fine. Talis enim habet beneficium, ne conueniatur, niſi excuſſo principali, etiamſi beneficio nouę conſtitutionis de fideiuſſoribus renunciauerit, ſecundum Angel. Alexand. & Iaſ.in d.l.fin.in prin. & eundem Iaſ.in d. l.decem.in 2.col. Alias differentias inter fideiuſſorem ſimpliciter & de idemptitate ac quantominus à debitore poterit exigi, videbis in apoſt. ſequenti.

Item & ſecundò intellige, quòd dicta noua conſtitutio de fideiuſſoribus ſuccurrit fideiuſſori, vt prius excutiatur principalis, niſi eſſet notorium ipſum debitorem non eſſe ſoluendo, gloſſ.Bart.Lud.Ro. Alexan. in 1.col.& Iaſ. in Pe. in d.l.fin.in princip.ff. ſi cert.peta. & gloſſ.Bar.Paul. Ludo. Alexand.in 2.columu. & Iaſ.in 8.d.l.decem, cum concord. adductis per Iaſ.ibi. Et idem dicunt præfati Docto. vbi Reus principalis eſſet tirannus, vel aliàs rixoſus, & non ſolitus ſoluere, ac difficilis conuentionis, licet eſſe ſoluendo, vt latius per eoſdem vtrobique. Per ſecundam verò nouam conſtitutionem, videlicet de duobus Reis, ſuccurritur & conſulitur duobus Reis principaliter & inſolidum obligatis, etiam hoc acto, quòd poſſit vterq; in ſolidum conueniri: quoniam pacto non obſtante poterit alter petere conreum conueniri, & excuti pro parte, ſi ſit præſens et ſoluendo, d. Auth. hoc ita. niſi fuiſſet renunciatum, &c. & niſi in caſibus not. in d.§.ſi plures. & per Ang. & Paul.in l.ſi dubitet, §.1. ff. de fideiuſſo. & meritò dixit Dom. Huber. in plurali nouarum con-
66 ſtitutionum. Item aduerte, quòd fideiuſſor † habet tria beneficia. Primum eſt ordinis: vt principalis executio, &c. Secundum eſt cedendarum actionum, l. Modeſtinus. ff. de fideiuſſo. & d. Authent.præſente, cum ſimilibus. Et adde, quòd fideiuſſori ſoluenti nedum eſt cedenda actio contra principalem Reum, verum etiam contra eum fideiuſſorem

pro

prorogata, gloſſ. eſt ſingularis in l. vnde quæritur. §. fin. glo. fin. in fin. ff. commo. & ibi Paulus dicit illam eſſe ſingularem qui illum. §. legitim. cum l. ſi certo. §. ſi duobus vehiculum.

Tertium quando ſunt plures fideiuſſores, vel conſtitutores inſolidum : quia competit eiſdem beneficium epiſtolæ Diui Adriani, vt debitum diuidatur inter omnes, ſi ſunt præſentes, & ſoluendo, l. final. C. de conſtitut pecu. cum ſimilib. quæ tria remedia ponit Panorm. poſt Franc. Zaba. in c. peruenit. in fi. primæ col. de fideiuſſor. cætera ad materiam dices in apoſtil. ſeq. Ant. de Trem.

i *Epiſtolæ Diui Adriani.* Hoc idem voluit Specul. in tit. de acto. verſic. item repellitur creditor. & in titul. de except. §. d. verſicul. qui de exceptione beneficij epiſtolæ & ſequen. vbi poſt de Deo. & vtrunq; Huber. dicit tutius eſſe ante litem conteſtatam opponere huiuſmodi exceptiones.

Sed tu latius dic imprimis, quod exceptio † ordinis ſeu excuſſionis eſt dilatoria, ſecundum Bartol. in l. 3. in penult. 67
quæſt. ff. de excep. & per conſequens ante litem conteſtatam opponenda nec poſſet poſt opponi, l. ita demùm. C. de procura. cum ſimilibus. Et idem voluerunt Iacob. de Bel. in §. ſed neque. in penultim. quæſt. in Authent. de fideiuſſ. col. 1. Bald. & Salic. in d. Authen. præſente. Cyn. Bald. in penult. colum. verſicul. eſt & quædam. & Salice. in l. exceptionem. C. de probatio. Paul. de Caſtro, & Alexand. remiſſiuè in vltimis verbis & Iaſ. in 1. colum in l. fin. in princip. ff. ſi cer. pet. & idem Paul. & Iaſ. in 2. colum. verſicul. alia eſt notabilis, in l. decem. de verb. oblig. ff. Ang. Are. in §. appellantur. colum. pen. Inſti. de excep.

Intellige tamen, niſi ſuperueniret poſt litem conteſtatã, putà tempore litiſconteſtationis, Reus principalis erat non ſoluendo, lite pendente effectus eſt ſoluendo, poterit fideiuſſor opponere, quòd creditor vadat contra ipſum Reum, l. 2. C. de conſor. eiuſdem li. Ita tenuerunt Iacob. de Bel. in d. §. ſed neque. in vltim. quæſt. Iacob. de Are. & Ray. de for. in d. Authen. præſente. Alexand. in vltim. colum. & Iaſ. in l. pen. in d. l. final. in prin. & idem Alexand. in l. ſi mulier. in 1. col. ff. ſolut. matrimon. Licèt multi tenuerint contrarium, putà Petr. & Cyn. in d. Authen. præſente. Bald. in l. peremptorias. colum. fin. C. ſen. reſcin. non poſſ. Bald. & Paul. in d. l. final.

in prin.

in princ. Salic. in Authen. hoc ſi debitor. C. de pig. Adducunt tex. quem Bald. in d. l. perēptorias. dicit eſſe ſingularē, in d. l. fi. verſic. ſed ſi cum Seio. ad quem reſponde, vt per Alex. ibi.
68 Limita etiam prædicta in † fideiuſſore ſimplici, qui habet neceſsè ante litem conteſtatam opponere exceptionem ordinis: ſecùs autem in fideiuſſore indemnitatis, & in eo, qui promiſit quantominus à debitore exigi poſſit: de quibus etiam dixi in apoſtil. pręcedenti; tales enim etiam lite conteſtata poterunt opponere dictam exceptionem ſecundum Bald. in c. ex reſcripto. de iureiur. quem refert & ſequitur Iaſ. in d. l. fi. in prin. col. 1. & in d. l. decem. col. 2. & ibi etiam tenuerint Rap. Cu. & Pa. de Caſt. in vltimis verbis. Et ſic habes duas differentias inter prædictos fideiuſſores, & fideiuſſorem ſimpliciter acceptum. Aliam nacta occaſione notabilem & in practica vtilè reperio differentiā inter eoſdem per Bal. Paul. de Caſt. Alex. in 4. col. & Iaſ. in 3. in d. l. fin. in prin. & per eoſdem Alex. & Iaſ. in d. l. decem. per Pan. in c. final. de fideiuſſ. per Alexan. in addi. ad Bar. in l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fi-
69 deiuſſ. videlicèt quod creditore † negligente, & conſtituto in mora exigendi à debitore, exiſtente ſoluendo, ex denuntiatione fideiuſſoris de indemnitate, vel accepti in id, quod à debitore exigi non poſſit, mora ipſa & negligentia creditoris nocebit ſibi ſoli, & non poterit ampliùs agere contra tales fideiuſſores, per tex. valdè ſingularem, in l. ſi fideiuſſores, in id. ff. de fideiuſſo. quem ita appellant Alex. & Iaſ. in d. l. decem. ſed ſecùs in fideiuſſore ſimpliciter accepto, qui non haberet beneficium excuſſionis, putà quia renuntiaſſet Authentic. præſente: prout quotidie videmus fieri: quia eo caſu denuntiatio ipſa fideiuſſoris ei nō prodeſſet, imò teneretur ea non obſtante per d. l. ſi fideiuſſor creditori, aliàs vbi haberet beneficium excuſſionis, eſſet idem quod in ſupradictis. vt per glo. in d. l. ſi fideiuſſor. & per ſcribentes prædictos vbi ſupr. Adde quod ſi plures fideiuſſores pro aliquo intercedūt, omnes pariter ſunt obligati, niſi renuntiauerint beneficio epiſtolæ diui Adriani, vel beneficio nouæ conſtitut. de duobus Reis, vt habetur in l. 3. C. de fideiuſſ. & in Auth. hoc ita. de duobus Reis. Sciás tamen, quòd ſi plures † Rei debendi
7 di conſtituerentur, quòd alij ſunt loco fideiuſſorum habendi, & fideiuſſorum beneficio gaudent, ita ſing. dixit Guliel. de Cuma. in l. ſed Iulianus. §. idem ait duos, per illum text. ff. de-

ff. ad Mace. ad quod allegat etiam gl. in Auth. de fideiuſſ. §. 1 que incip. nota differentiam quod dictũ per valde no. refert & ſequitur Ludo. Ro. in conſ. 114. incip. viſis ſupra conſultis per eximios, in prin. quod eſt no. ſecundum Hypp. Marſi. in ſingul. ſecundo incip. ſi plures fideiuſſores. Item aduerte & perpetuo nota in practica, quia licet non oppoſita dicta exceptione ante litem conteſtatam, non poſſit poſtet opponi: Attamen opus erit, quod creditor probet Reum principalem nulla poſſidere bona, alias ſuccumberet tanquam ſine actione agens: quia nõ eſt ſibi aperta via agendi, niſi his probatis. ita no. colligitur ex dictis Bar. & Bald. in l. 2. C. cõmuni diuid. & voluit Paul. de Caſtr. in d. l. decem. in vltima colum. & ibi Alex. in 5. colum. verſic. vtrum autem. & Bart. & alij in d. l. ſi. in princ. Et hæc pro nunc ſufficiant de exceptione excuſſionis.

Quod verò ad exceptionem † diuiſionis ex beneficio epiſtolæ diui Adriani, vides auctorem hunc velle, quòd ſit dilatoria, & ante litem conteſtatam opponendam. Idem tenet Spec. vbi ſuprà: & reperio Bald. in d. l. exceptionem in pen. colu. ſimpliciter dicentem, quod ſit impetranda ante litem conteſta. & dicunt Franciſc. Zabarel. & Paul. in 1. col. verſic. in gloſſ. in c. peruenit. de fideiuſſorib. quòd ſi plures fideiuſſerint inſolidũ, diuiditur debitũ inter eos, ſi omnes ſunt præſentes & ſoluendo, & hoc poſtulant ante litem conteſtatam. Sed contrarium tenuit idem Speculator in titul. de renuntiationib. & concluſ. colum. 7. verſicul. ſequitur vide. dicens & ante & poſt litem conteſtatam vſque ad ſententiam poſſe hoc beneficiũ opponi, per l. fideiuſſor, vbi etiam glo. C. de fideiuſſ. & Spec. ſequitur Bar. poſt Dy. in l. ſi dubitet. in prin. ff. eo. tit. & Bal. rectius loquut⁹ in d. l. fideiuſſor. in fi. & Ang. Aret. in §. ſi plures, col. 2. Inſt. eod. 71

Immò dicunt Bar. & Bal. in locis præallegatis, quòd etiam poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam in cauſa appellationis poterit opponi dictum beneficium, de quo etiam latè per Ang. Aret. in d. §. ſi plures.

De beneficio † verò cedendarum, de quo auctor iſte hic nihil meminit, omnes fatentur poſſe opponi poſt litem conteſtatam & poſt ſententiam, per textum in d. l. ſi fideiuſſores. in d. §. 1. & voluit idem auctor infrà titul. de except. 72

& bene-

& benefic. quæ poſt diff. poſt princ. vbi expreſsè dicit oppo-
ni poſſe poſt ſententiam: & eſt ratio, quia talis exceptio non
impugnat ſententiam, vt per Cy. in l. 1. C. de iur. & fac. igno.
& Bar. in d. l. fin. ſi fideiuſſores, §. 1. & Bal. in Auth. præſente.
verſi. ceſſis. nota. &c. & in l. fideiuſſor. in fi. verbis. C. de fide-
iuſ. vbi plus voluit, quòd etiam poſt quadrimeſtria tempo-
ra poterit opponi, quandocunq; ante ſatisfactionem. de quo
eſt glo. ſingularis in l. ab executore, in verſi. excedat. C. quo.
app. non reci. ſecundum Iaſ. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. col.
pe. Ant. de Tre.
k *Condemnari inſolidum* Quod † poteſt etiam eodem libel-
73 lo, dũmodò proteſtetur, quòd vnius ſolutione vult eſſe con-
tentus, & cæteros liberari, ſecundnm Bar. & Bal. in l. ſi man-
dato Titij. & Paulus reſpondit vnum ex mandatoribus. ita
intelligentes gl. ibi. manda. idem Bar. in l. 3. §. vbi duo Rei. in
1. colum. ff. de duo. Re. vbi etiam Pau. de Caſt. in 2. colum. &
Alex. de Imol. in l. Paulus. hic alleg. & ſentit Bald. in l. 1. C.
de fideiuſſ. tuto. & benè probatur in l. 1. C. ſi plu. vna ſenten.
conden. ſue. ponderando; vt per Bartol. in d. §. vbi duo. Ant.
de Trem.
74 l Paulus iſte doctor paululum deuiat à vero † intellectu
dictę l. Paulos. quoniam vt volunt ibi Bartol. & Pau. illa lex
non haberet dubitationẽ, ſi non fuiſſet petitum Reos inſo-
lidum condemnari, vt dicit do. Huber. hic: quia fatuus eſſet
iudex, qui pronunciaret in plus quàm eſſet petitum, l. vt fun
dus. ff. com. diu. Vnde vt lex illa habeat dubitatione. l. quod
Labeo. ff. de Car. edic. l. 1. fin. ff. ad municip. & c. rurſus. qui
cle. vel vo. intellige, quod etiam ſi petitum ſit in eodem li-
bello † vtrunq; Reum condemnari inſolidum, & ſententia
ſimpliciter feratur, quòd quilibet tenetur ſolũ pro rata, vt ꝑ
præalle. Dd. licet enim ſententia debeat libello eſſe confor-
mis, c. licet Heli. de Simo. cum ſim. poteſt tamen iudex con-
76 demnare † aliter, quàm petitum ſit, dummodò illud, in quo
condemnat, includatur in eo, quod fuit petitum, vt per Pau.
& Alex. vbi ſup. prout in caſu prædicto includitur.
m *Dilatoriæ ſententiæ.* Quare ſic dicantur, ponit Spec. in
in tit. de excep. §. nunc videndum. in prin. dicens, quòd ideò,
77 † quia ſolutiones differunt, vt ſi petis ante calendas, id quòd
calendis debeo, ſubdens quod quandoq; prouenit ſiue cõpe-
tit ex pacto, vt quia feciſti pactum de non petendo ad certũ
tempus,

tempus, quandoque à lege, vt ſi fuerim in perſonali actione condemnatus, & antequàm ſi vero fuiſſet in confeſſum factum præceptum de ſoluendo, non darentur niſi 10. dies de conſuetudine, ſecundum Dd. in l. ſi debitori. ff. de iudi. & in c. dudum. in 2. de elec. quadrimeſtre conueniat actione iudicati, iuxta no. in l. 2. ff. de re iudi. & c. quod ad conſultationẽ. extra eo. & in c. quærenti. de offic. delega. vel quia maritus actione de dote conuenitur infra annum in rebus mobilibus per ſe mouentibus & in corporalibus, iuxta l. vnam. §. exact. C. de rei vxo. act. Ant. de Trem.

n *Ante litem con. opponendæ* In hoc articulo: quia author iſte leuiuſculus pertranſit, dic, quòd licèt idem velit ſimpliciter Specu. in titul. de excep. §. nunc. videndum. in prin. Cy. & Iacob. But. in l. exceptionem. C. de probat. Hoſti. in ſum. titul. de excep. §. & quando. in prin. & Imo. in c. exceptione. eod. tit. dicentes de neceſſitate eſſe opponendam dilatoriam ſolutionis ante litem conteſt. per tex. in d. l. exceptionem. in verſ. oportet quod eſt neceſſitatis: vt notat gl. in c. 1. 25. queſt. 1. & in c. cùm ab vno arbitrorum. de re iud. libr. 6. Contrariũ tamen tenet Iacob. de Aret. Bart. Nico. de Mat. Bal. & Sali. in d. l. exceptionem. Inno. & Ant. de But. in c, paſtoralis. de excep. Panor. in 3. col. & Fel. in 9. in c. exceptionẽ. eod. tit. Ang. Arc. recitans quatuor opiniones poſt Sal. vbi ſup. in §. appellantur. col. 26. & duab. ſeq. Inſt. de excep. Dom. Steph. Aufr. in addi. ad Capel. Tho. deciſ. 279. incip. Itẽ an in cauſa appellationis, volentes etiã poſt litem conteſtatam opponi, & ſic illam, l. exceptionem, eſſe conſilij, non neceſſitatis. Et dictis tamen omnium facies breues concluſiones, & liga digito. Prima erit: ſi exceptio † dilatoria ſolutionis opponatur ad 78
proceſſum, vt impediat litis ingreſſum, & repellat actorem ab agendo, oportet eam more aliarum dilatoriarum opponi, & probari ante litem conteſtatam, l. fin. C. de excep. & ea probata iudex pronunciabit actorem malè agere ante tempus, & per ſequelam eum non fore audiendum. Ex qua concluſione corolariè inferas, quòd exceptio dilatoria ſolutionis eſt de impedientibus litis ingreſſum & conteſtationem, licèt non ſoleat inter illos numerari, in c. 1. de litiſcon. libr. 6. & in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condit. indeb. & in l. nam poſteà. in princip. ff. de iureiur. Intellige tamen ſanè, quandò ipſa dilatoria ſolutionis ineſſet, ab initio

ipſi obligationi, ita notabiliter Bartol. quem ibi ponderat Iaſ. in vltim. colum. in l. eum qui ita. §. qui ita ſtipulatur. in 1. ff. de verbor. oblig. Et dicetur † ineſſe obligationi, quando ab initio fuerat contracta obligatio de ſoluendo poſt biennium: vel incontinenti poſt contractam obligationem puram fuit factum pactum de non petendo ad tempus, ſecundum doctrinam Bartol. in l. lecta. verſicul. dicebam. ff. ſi cert. petatur. Hoc tamen caſu non conſequitur excipiens commodum duplicandarum induciarum, ſecundum Salic. & Ange. Aretin. vbi ſuprà: quia ante litem conteſtatam non dicitur egiſſe, ſed agere voluiſſe: l. amplius non petitum. ff. rem rat. hab. & tex. in d. §. appellantur. requirit egiſſe.

80 Secunda concluſio, ſi dilatoria † ſolutionis non opponatur ad proceſſum, ſed ad merita cauſæ, & proponatur ante litem conteſtatam, probetur verò poſt, tunc impedietur condemnatoria, & iudicis partes erunt abſoluere ipſum Reum ab obſeruatione iudicij, & ſi fuerit petitum, inducias duplicabit: & ſi non fuerit petitum, ex officio etiam poterit duplicare: & ſi non duplicet, Reus illas à lege conſequetur, illiſque duplicatis elapſis expenſiſq; refuſis, compelletur Reus ſuſcipere iudicium, d. §. appellantur. verſicul. hodie.

Vnde vides vtilius Reo ſolum proponere ante litem conteſtatam, & poſt probare exceptionem dilatoriam ſolutionis, quàm eam probare ante litem conteſtatam quóad duplicationem induciarum.

Et quando dicatur opponi ad proceſſum, vel ad merita, vide Bartol. in l. cùm quærebatur, in princip. propè finem. ff. iud. ſol. & Ange. Aret. in d. §. appellantur. colum. 25.

81 Tertia concluſio, ſi † dilatoria ſolutionis opponatur, & probetur poſt litem conteſtatam, non retardabitur proceſſus, nec impediet condemnatoriam ferri: imò condemnabitur Reus ad ſoluendum in termino, nec conſequetur commodũ duplicandarum induciarum: ſed illud perdit propter omiſſionem exceptionis ante litem conteſtatam. Quod intellige quando ſcienter illius obiectionem omiſiſſet: quia ſecùs, ſi ignorabat illam ſibi competere, per ea quæ dixi ſuprà eod. verſicul. & eſt ſciendum. Et an poſt publicationem teſtium poſſit dilatoria probari, vide nota. Ioann. Andr. in d. tit. de excep. §. nunc videndum. in princip. in addi. mag. vbi diſtinguit inter legiſtas & canoniſtas. & vtrum articulus ſit idem,

idem, an diuerſus, & exempla ponit, ad quem remitto ne longior ſim. Sed pulchra & neceſſaria reſtat dubitatio, quod ſi dilatoria ſolutionis non fuerit oppoſita per Reum, 82
iudici tamen conſtat eam Reo competere, putà ex actis, quę erunt tunc partes iudicis in condemnando, breuiter diſtingue: quia aut dilatoria ſolutionis inerat ab initio ipſi obligationi, quod ſuprà declaraui, & hoc caſu cum iudici conſtet exceptionem competere ex inſpectione contractus, ſupplebit & condemnabit ex officio Reum, etiam eo non petente ad ſoluendum, non ſtatim, ſed in termino conſtituto, nec poterit aliter condemnare, niſi quatenus obligationis natura patitur. Si verò dilatoria ipſa non fuerat ab initio ipſi obligationi, nec fuit orta cum illa, ſed ex poſt facto, putà poſt contractam obligationem ex interuallo fuit factum pactum de non petendo ad tempus, & tunc ſimpliciter condemnabit Reum ex vera obligatione, non eliſa per obiectũ exceptionis. Iſta fuit not. diſtinctio Bar. in d. l. exceptionem, poſt Innoc. in c. paſtoralis. de except. & Barto. in d. l. lecta. in 3. colum. verſicul. ſed tunc quæro. & verſicul. procedo vlterius. & ibi ſequuntur Alexand. in 6. col. verſic. quærit etiam. & Iaſ. in 14. colum. verſicul. antequàm intrẽ. gloſſ. & ibi dicit Bart. magiſtraliter loquutum, & eius concluſionem eſſe communem & veram. Iſtud idem voluit Bar. in d. l. eum qui ita. §. qui ita. in prin. & ibi ſequuntur Bal. Imo. Pau. de Caſt. Cuman. Alexander & Iaſ. in 8. colum. verſicul. circa tertium membrum, vbi etiam aſſerit eſſe communem. & ita etiam tenuerunt plerique alii relati ab Alexand. & Iaſ. in dictis locis. Et pauci tenuerunt contrarium, per text. in l. quod ſi in diem in princip. ff. de pet. hered. cui multipliciter reſponſum videas per Iaſ. in d. §. qui ita. Videas ergò Reum conſequi duas vtilitates ex dilatione incontinẽti appoſita ad obligationem: prima quia iudex ſupplet, &c. Secunda, quia ſi opponatur, & Probetur ante litem conteſtatam, impedit litis ingreſſum. & hæc tanquàm quotidiana & notabilis, l. legaui. de libe. leg. ff. Ant. de Trem.

o *Sibi caueat* Si velit impedire litis ingreſſum, vel ab obſeruatione iudicij abſolui, ac condemnatoriam impedire. quo tamen ad primum non ſufficeret opponere ante litem conteſt. niſi etiam probaret: ſed quòad ſecundum ſic, vt in apoſtilla præcedenti.

p *Non appellatur*. Verum eſt de iure ciuili, niſi in caſibus, vt dicit ad literam, text. in cap. ſuper eod. in 2. de appellat. quos caſus notat gloſſ. in d. l. ante ſententiæ. & eos potes reducere ad duos. Primus, quando † interlocutoria contine-
83 ret grauamen non reparabile in diffinitiua, l. ante ſententiam, ff. de appel. reci. & ibi per Bar. exemplum. ſi iudex interloquatur, quem forè torturæ ſubijciendum. Secundus, ſi nõ expectetur aliàs diffinitiua: vt quia iudex pronunciat ſe non competentem, à tali enim iure ciuili poterit appellari, gl. eſt not. in Auth. habita. gl. fi. in cauda. quam Bal. ibi in ſeptima col. dicit communiter à Doct. approbari, C. ne fil. pro pa. & illam dicit nota. Pan. in d. c. ſuper eo. col. 1. & eam reputauit ſingularem Mar. Soz. quem ibi refert Felyn. in 5. colum. in c. qualiter & quando. in primo. extra, de accuſationibus. Sed ſi diligenter aduertat, iſte eſt idem caſus cum primo: quia etiam iſto caſu grauamen eſt irreparabile in diffinitiua: cùm illam poſt ſe non expectet, prout etiam vult Paul. Caſtr. in d. l. ante ſententiam. De iure verò Canonico indiſtinctè, & ante litem conteſtatam, & poſt, tempore promulgationis ſententiæ, & poſt, cauſa rationabili ſubſiſtente, poteſt appellari. d. c. ſuper eo. Immò etiam extra iudicium, vt in c. cùm ſit Romana. de appellat. per Panorm. & alios, in d. c. ſuper eo. & per ſcriben. in locis præallegatis. Et iura Canonica obſeruabuntur in foro eccleſiaſtico, & in foro ſeculari in terris eccleſiæ tamen, ſiue de temporali iuriſdictione eccleſiæ exiſtentibus. Ius verò ciuile in terris imperij, & curijs temporalibus illarum, iuxta notata in c. 2. de arbitris. in ſexto. & in c. 2 de regul. iur. eod. libr. cum ſimilibus. de hoc articulo etiam videre potes Ioannem Andre. in additionib. ad Specul. titul. de appellationib. §. 2. verſicul. ſed nunquid poteſt. in addit. magn. Antonius de Tremol.

q *Puto contrarium*. Hoc idem tenet Specul. in tit. de appel. §. 2. verſicul. cæterùm. vbi hæc verba ex loco tranſcripſit. Sed
84 melior eſt dubitatio, vtrùm † ſit neceſſe appellare, an verò ſufficiat proteſtari, vt poſſit dilatoriæ poſt litem conteſtatam opponi. Pan. in c. ex conqueſtione. col. 2. in prin. verſic. niſi ſuſtineatur. de reſt. ſpolia. ſentit, quòd ſufficiat proteſtatio: ſed Anton. de Butr. & Card. Flo. ibidem & Franciſ. Aret. in c. tam literis. de teſtib. tenent contra. quod ſit neceſſe

appel-

appellare, & quòd non appellanti eſt imputandum: cùm talis † interlocutoria, denegãs admiſſionem dilatoriæ, in rem 85
tranſeat iudicatã, c. cùm dilecti. de elec. et c. cum ceſſante: de appel. & reprobant in hoc gloſſam ibi quę vult contrarium. Eandem ſententiam contra illam gloſſ. quod ſit neceſsè appellare, tenet Dom. de ſanctò Gem. in c. imprimis. §. quia igitur. in gl. in ver. querendum. 2. quæſt. 1. dicens, quòd repulſus à iudice volens poſtea opponere, non auditur, quia debuit appellare. Et ideò Fely. in c. exceptionem. colum. 6. verſic. fallit ſecundò. de except. inquit duobus caſibus poſſe opponi † dilatorias etiam poſt litem conteſta. non obſtante in- 86
terlocutoria dilatoriarum repulſiua, dato, quòd nõ fuerit appellatum. Primus, quando repulſio videbatur prima facie iuſta, & ex cauſa probabili, vel dubia: quia excuſaretur non appellans, pro hoc dicit ſe ponderare verba Are. in d. c. tam literis. dicentis, quòd ibi non nocuit nõ appellare: quia credere poterat pars ſe iuſtè repelli. Secundus, quàndo iudex reſeruaſſet partire facultatem illas opponendi poſt litẽ conteſtatam, &c. vt ſcripſi ſupr. eodem verſicul. & eſt ſciendum. Sentit ergò Fely. quòd præter illos duos caſus contradictio & proteſtatio nihil operantur, niſi appellatum fuerit. & idem voluit Are. in c. in cauſis. de teſti. quem refert Felyn. in c. paſtoralis. colum. fin. de except. Antonius de Tremolis.

r *Faciunt decretiſtæ.* In hac quæſtione vides Do. Huber. hic in fin. ſentire differentiam inter ius Canonicũ & Ciuile: vt iure Canonico † poſſit ſtatui Reo terminus ad dilatorias 87
& declinatorias opponendum, poſt quem non audietur, niſi iuxta formam decret. paſtoralẽ. inf. alleg. iure verò ciuili nõ poſſit ille terminus per iudicem ſtatui, ſed ſit per legem ſtatutus vſq; ad litis conteſtationẽ. Adde, quod eandẽ doctrinã volebat Vber de Bob. quem refert Spe. in tit. de exce. §. 2. col. 1. verſ. cæterùm. vbi etiam Spe. ponit argumenta ad vtramq; partem per hunc adducta, & refert ipſum de Bob. dicere illã decre. paſtoralis. contingere iniquitatẽ. Guido verò de Suſa. in l. ſi quis aduocatus. C. de excep. quem refert Specul. in tit. de dila. §. 1. colum. 2. verſicu. & no. dicebat, quòd à principio de iure ciuili talis terminus ſtatui non poterat, ſed ex poſtfacto, ſi timeretur de malitia rei ſubterfugientis ſic: de iure vere verò Can. etiam à princip. quã differentiã ſequitur, & dicit

ſatis benè procedere Panor. in d. c. paſtoralis. colum. penult. verſi. quæro vtrùm. indiſtinctè ſubdens etiam citra malitiam poſſe talem terminum per iudicem ſtatim ab initio iure Canonic. Sed Ioan. And. in d. addi. poſt Spec. in eod. tit. de dila. §. nunc videamus. verſic. in ſumma. & Ant. de But. & Felyn. ſub dubio tamen in d. c. paſtoralis. volunt etiam iure Canonic. talem dilationem non debere à principio per iudicem concedi, niſi prius eidem conſtet ex aliquibus coniecturis de maleficia Rei ſubterſugientis, de qua non poteſt in primo limine iudicium conſtare, ſicq; ſecundum eos vtrunque ius concordabit. & hoc ſatis ſentit ipſe Spec. in d. tit. de excep. §. 2. ver. ceterùm. vbi inquit iudices malitię aduocatorum, hodie vnam, cras aliam opponentium, iuris remedijs debere obuiare vnum terminũ peremptorium aſſignando. Non tamen intelligas, quòd ſit neceſsè terminum peremptorium aſſignare, hoc expreſſo quod peremptoriè, etc. quo-
88 niam terminus † etiam ſimpliciter aſſignatus ad proponendum dilatorias, intelligitur peremptorius, ita quòd non poterit vlterius aliqua opponi. voluit ab expreſſo Spec. in d. verſi. & nota. omnis enim dilatio, quæ conceditur inter primam & vltimam, videlicet ad ſententiam audiendum, peremptoria intelligitur, licèt nõ dicatur, l. in pecuniarijs. quæ eſt fi. vbi Bart. & omnes moder. ff. de fer. & idem Spec. eo. tit. §. fin. ver. quid ſi data eſt dilatio. Et quòd terminus datus ad excipiendum ſit peremptorius, tenet glo. in Cle. vna. in ver. peremptorio. de excep. quam ſequitur Bal. in l. conſentaneũ. col, 3. C. quomo. & quand. iu. & eam reputat menti tenendã. & Alex. in d. l. fi. poſt prin. Benè dico, quòd licèt non ſit neceſsè aſſignare peremptoriam dilationem ad opponendum dilatorias & declinatorias, attamen vtile eſt: valde certum eſt enim, quòd licet vbi terminus eſt ſimpliciter ſtatutus, dilatio ceſſeatur peremptoria, vt prædixi: tamen intra paucos dies, ſi ius partis ſit factũ deterius, admittitur purgatio moræ, ſecundum Bar. & Bal. in 2. col. ver. 2. incidenter quæro. in d. l. fin. & ibi ſequuntur communiter Dd. & in pleriſq; alijs locis per Alex. & Iaſ. ibi alleg. arg. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & l. mancipiorum. ff. de opt. leg, & eorum qui voluit gl. de productione inſtrumentorum. in Cle. ſæpè. in verſ. nõ obſtante. de ver. ſi quã dicit or. Bal. in d. l. fi. Ad idẽ ꝙ voluit gl. ſing. in l. Pomponius. §. rati, de proc. ff. de qua dixi ſup. eod.

ver.

ver.. & eſt ſciendum in addi. mag. ver. 9. &c. Sed ſi iudex † ex- 89
preſsè peremptoriũ terminũ aſſignauerit, tunc nullo modo admittitur purgatio moræ, etiã intra paucos dies: quia apparet de mente & intẽtione iudicis, ꝙ tempore elapſo noluit eũ amplius audire. ita expreſsè voluit Ang. Are. in §. appellãtur. col. 2 ver. in ea. glo. Inſt. de excep. allegans Bar. in d. l. mancipiorum. ſed Bar. mihi hoc non dicit. & idem ſubdit etiãſi
interueniſſet † cõminatoria iudicis, dicendo, quòd termino 90
elapſo non audiet Reum, qui habetur loco peremptorij voluit Bar. in d. l. mancipiorũ. & idẽ Bart. & omnes. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dã. infec. & quod voluit Pau. de Caſt. poſt Innoc. in l. quamdiu. inſtitutus. col. fi. ff. de acqu. hær. vel & tertio ſi iudex lapſo termino interloquatur Reũ contumacem, &c. vt per eundem Are. vbi ſup.

Sed non contemnendum dubium eſt, ſi termino † aſſignato 91
elapſo, Reus opponat dilatoriam, caſu quo non poſſet, & ꝑ iudicem admittatur parte non opponente nec contradicente, vel contradicente non tamen appellante, vtrùm valeat proceſſus? Felyn. in d. c. paſtoralis. colum. penult. & fina. adducit motiua ad partes, & tandem concludit ſecundum not. doctri. Fran. Are. in c. in cauſis. de teſti. videlicet quòd quandoq; verba prohibitiua diriguntur ad iudicem abnegando poteſtatem faciẽdi actum: vt quia lex vel ſtatutum dicit, iudex non poſſit: & tunc actus geſtus eſt ipſo iure nullus: quia ex quo negatur poteſtas, tollitur aut ſuſpenditur iuriſdictio, & ideò etiam parte volente actus eſt nullus, per not. per glo. ordin. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. per Bar. in l. 1. C. de dila. & quod de verbo non poteſt, notatur per Bar. & modern. in l. gallus. in princip. ff. de libe. & poſthum. Aliquando verba prohibitiua non diriguntur ad iudicem, ſed ad partem, vel ſi ad iudicem dirigantur, tamen non ſunt abnegatiua poteſtatis, purà non concedat, non admittat, non audiatur. & tunc actus geſtus parte præſente & non contradicente, vel contradicente non tamen appellante, mero iure valet: quia dicitur tacitè conſentire, quia contradicens non appellauit, ſecundum Innoc. in c. quod ad conſultationẽ. de re iud. Soz. in d. c. paſtoralis. non ſunt verba, quæ ad iudicem dirigãtur, abnegentq; poteſtatẽ, vt patet ibi, nullatenꝰ audiatur, igitur
&c. Et quòd iudex † admittens exceptionem poſt terminũ, 92
videatur tacitè reuocare dilationem, dummodò parte

præſente hoc faciat: quia eo ipſo cauſa cognita præſumitur feciſſe, tenuit Bal. in l. peremptorias. col. 1. verſi. quæro quid ſi iudex. C. ſen. reſcin. nō poſſ. quem etiam refert & ſequitur Fely. vbi ſup.

Sis ergò tu actor cautus, quòd contradicas & appelles, vbi de iure Reus non debet admitti poſt terminum, ad quod quę dixi ſup. in additio præced. Ant. de Tre.

93 ¶ *Alias propones.* Sed vtile hic cadit dubium, vtrùm † iudex pronuntians exceptionem dilatoriam fuiſſe fruſtratoriè oppoſitam, & eam repellens, poſſit ſtatim Reum in expenſis ſuper ea factis cōdemnare, an verò habeat neceſsè expectare diffinitiuā? Ang. Are. in §. appellantur, col. 32. verſic. quæro ſi exceptio. Inſt. de exce. diſputat, & tandē ſcribit poſſe dici, ꝙ ſicut improbus litigator debet in expēſis condemnari, l. eū quē temerè. ff. de iud. vt victꝰ victori debet in expenſis condēnari, l. properandū. §. ſin aut alterutra. C. eod. tit. ita debet condēnari ꝓponēs calūnioſam exceptionē in expēſis ꝑ illius oppoſitionē factis, ꝑ l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expē. hæc ille. Tu adde, ꝙ illū tex. expreſsè ad hoc notat Bar. ibi. ver. quero quādo aliquis dicēs ibi eſſe caſum, ꝙ ſi aliquis opponat vnā exceptionē, ꝑ quā lis differatur, ſi in illa ſuccūbat, debet in expenſis condēnari. & idē voluit Spec. in tit. de

94 expen. §. ſi an. litis. verſ. ſed nunquid deficiēs. facit quia † ſententia repulſiua exceptionis obiectæ dicitur interlocutoria, ꝑ no. gl. in §. ad excludēdas. in ver. interlocutionib. in Auth. de legi. & per gl. in l. cum clericis. C. de epiſ. & cler. & gloſ. in §. illud quoq;. in ver. decreto. in Auth. de hæred. & falci. quarū primam faciunt ſingularem Bald. in l. arbitro. ff. qui ſatiſ. cogan. in 3. colum, & Ange. Imo. & Iaſ. in rub. ff. de re iudic. quæ dicit, quòd omnis vox, & omne præceptum iudicis, faciens ad cauſam, dicitur interlocutoria: item iſta fertur inter principium & finem cauſæ ſuper incidēti, ergo eſt interlocutoria. gl. magiſt. in Cle. vna. in ver. diffinitiua. de ſeque. poſ. & fruc. Sed interlocutoria ſuccūbens debet in expēſis cōdemnari, ſecundum Bar. in d. l. non ignorat. & Iac. de Aret. Bart. & Bald in l. ſancimus. C. de iudi. Bald. Angel. Salyce. Alexan. & Iaſ. in d §. ſin autem alterutra. & eſt bonus tex. in c. ſignificauerunt. & ibi Bald. de teſti. igitur. &c. Quod communis practica curiarum temporalium Regni Francorum malè obſeruat: cùm interloquēdo reſeruēt expēſas in finalibus.

bus, licèt in contrarium lata extiterit, ordinatio per Carolum VIII. numerò. 49. & l. vbi expreſsè ſtatuitur de condemnatione expenſarum in interlocutorijs fienda. Non omitto, quòd ſuccumbens in interlocutoria, & in expenſis condemnatus, non repetit illas, etiam ſi poſtea vincat in diffinitiua, ita Bart. in l. ſi pignore. in princip. ff. de pig. actio. per illum textum. & tex. in l. damni. in vltimo. §. cùm parietem. ff. de damn. infect. idem voluit Bald. in d. l. non ignorat. colum. fin. Cyn. & Salice. in d. §. ſin autem alterutra. & ibi ſimpliciter ſequitur Iaſ. in 8. colum. verſicu. ſeptimò quæro. Anto. de Tremo.

t *Niſi primò iuret* Aduerte tamen notabiliter, quòd † actor contra huiuſmodi iuramentum ignorãtiæ admittitur, 95
volens probare ſcientiam, vel aliqua, per quæ præſumatur ſcientia. quo caſu vltimo non ſufficeret iuramentum actoris, niſi etiam probaret aliqua, per quæ præſumeretur ignorantia, ita Pau. Ca. in Clemen. conſtitutionem. de elec. quem refert & ſequitur Panorm. in d. c. paſtoralis. in 2. colum. ver. Pau. & ibi Felin. in 10. colum. verſicu. limita tertio. vbi etiam adducit in ſimili deciſionem in facti contingentia. Paul. de Caſtro in l. ſi cum patruo. C. commun. vtri. iud. vbi Pau. poſt princi. inquit, quòd ſi iudex, vel arbitri admiſerint aliquem poſt renunciationem & cõcluſionem in cauſa ad producendum teſtes, de nouo repertos, ſub conditione, ſi iurauerit de nouo fuiſſe repertos poſt concluſionem, & iuramento præſtito conſtet de contrario, quòd corruet productio.

Secundò aduerte, quia ſi † ille, qui vult iurare exceptionẽ 96
de nouo perueniſſe ad eius notitiam poſt litem conteſtatam fuerit ſemel periurus non admittetur ad iuramentum: quia perpetuò perdidit beneficium probationis iuramentalis, per text. nota. in c. paruuli. 22. quæſt. 5. quem textum ad hoc dixit nota. Ludouic. Roman. in repetit. l. admonendi. colum. 6. ff. de iureiuran. & eum referunt & ſequuntur Alexan. & Iaſ. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. dicentes, ſemel periurum non poſſe probare impedimentum per ſuum iuramentum: vt dices infrà tit. 1. verſi. & ſi vocatus. Ludouic. etiam refert & ſequitur Felin. vbi ſuprà.

Subdens ſimile de † volente præſtare iuratoriam cautio- 97
nem, qui ſi ſemel ad illam fuit admiſſus, & deierauit, perdit illud beneficium. quod expreſſè voluit Bald. per illum text.

in Authen. ei qui. in 1 nota. C. de bo. auto. iud. poſſi. quem ſequitur Ludouic. in l. 2. in princ. colum. 9. verſicu. quid autem ſi debens cauere. ff. ſolut. matrimon. Alexand. & Iaſ. in d. §. quod diximus. & idem Iaſ. in l. 1. col. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Sicut & ſemel periurus perdit beneficium ſtatuti, quòd ſtetur iuramento damnum paſſi; de quo per Hippol. de Mar. poſt Ioan. Andr. & Barbat. ſingulari. 74. incip. tu habes regulam. Anto. de Tremo.

V. *Quid ſi vel x.* Iſtam quæſtionem ex hoc loco tranſplantauit ſuppreſſo authoris nomine Guil. Duran. in Specu. titul. de cita. §. viſo. verſicu. quid ſi aliqua. hoc ſaluo vt ibi Ioan. Andr. notat. quòd author iſte poſt argumenta ad partes nullum elegit: ſed Specu. putat vltimam partem tenendam. Sed certè imò tacitè elegit author iſte propter communem ſcribentium doctrinam in locis infrà allegandis; videlicet † quod vbi a gloſſ. vel Doctore plures opiniones narrantur, nec aliqua eligitur, vltima cenſetur approbari, gloſ. in l. qui filium. §. Sabinus. gloſſ. fina. ad fin. ff. ad Trebell. Bart. in l. bona fides. ff. depoſi. Bald. Angel. & Iaſ. in l. ijdem. §. fina. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Felin. in c. 1. colum. fina. de conſtit. Franc. de Cur. conſi. 44. incipien. ſtatuto ſeu conſuetudine. colum. 7. in fin.

98

Vnde ſentit author noſter, quòd iterum tenetur comparere. Et ſi vltima dies eſſet feriata prima die iuridica ſequenti comparere tenetur etiam ſi eſſent decem vel plures dies feriati. ſecundum Specul. in dicto titu. de cita. §. 1. verſicu. item excipitur, quòd citatio fit ad diem feſtiuam, per c. cùm dilecti. de dol. & contumac. & dicit ita ſeruari. de quo
99 tamen articulo an † valeat citatio facta ad diem feriatam in honorem Dei, vide Imol. & Alexand. plenè diſtinguentem & opinionem referentem, in l. 1. §. nunciatio. colum. 8. ff. de no. ope. nunciatio. & ibidem per Bartol. & omnes Modern. quid e conuerſo, vtrùm valeat citatio facta die feriata in honorem Dei; ad diem non feriatam: qui concludunt quod licèt non valeat mero iure, per l. dies feſtos. quæ eſt fin. C. de fer. & per text. in c. fina. extra eod. inducendo, vt per eos conſuetudo; tamen illam admittit, & dicit Bartol. in tracta. de cita. in 7. quæſtio. quòd ſtilus curiæ Romanæ ita obſeruat. Et quid de citatione facta in ferijs repentinis, & quid etiam de relatione nuncij die feriata in honorem Dei

facta,

facta, vide eundem Alexand. in d. §. nunciatio. & de præmiſſis omnibus ne nimium diuagaremur latius, vide ſcriben. in locis præallega. & Cano. in d. c. fina. Antonius de Tremolis.

x *Et incipiunt facere.* Specu. etiam in d. titul. de citatio. §. iam de citatione.. verſicu. ſed præmiſſis. opponitur. inquit, quòd multi vtuntur hac forma, & quod frequentantur in his citandis, quorum præſentia de facili haberi non poteſt, & quòd hæc forma probatur, in c. 2. de teſti. cog. vbi etiam gloſſ. teſtatur ſic fieri de conſuetudine propter difficultatem citationum. Et illum text. pro hac forma citandi abſentes in longinquo, notant ibi Anton. de Butri. Panormi. & Felin. & illum dicit ſingularem Bald. ibi, quòd in vno edicto poſſunt fieri plures citationes modo ſubiunctiuo propter difficultatem citationis: & idem voluit gloſſ. in c. conſtitutionem. in ver. vna pro omnibus. & ibi Domi. Gemi. de ſentent. excommu. in 6.

Nec obſtat, quòd vna † dilatione pendente alia aſſignari non poſſit, l. ſiue pars. C. de dilat. quia hoc eſt verum 100
diuerſo tempore, & ex poſtfacto ſed à principio ſimul ſic: quia vna tunc pendet ab alia ſecundum Bald. in d. c. 2. & in l. quamdiu inſtitutus. vbi plenè diſtinguit ff. de acquiren. hæred. & in d. l. ſiue pars.

Caue tamē, ſi ſub hac forma cites, quod inter vnam diem & alteram ſint competentia interualla, niſi facti neceſſitas aliud ſuadeat: ita Spec. in d. verſ. ſed præmiſſis. de quo dic eſſe gloſſ. not. in l. nonnunquàm. ff. de iudic. quam dixit no. Alexan. de Imo. in l. contumacia. in prin. colum. fina. ff. de re iu. ad hoc quod iudex in citatione peremptoria debet ſtatuere tantum tempus, quantum in tribus ſtatuiſſet, licèt Paul. de Caſtr. aliter ſentire videatur in d. l. nonnunquàm. Aduerte etiam, quia forma iſta citandi, de qua hic, non eſt neceſſaria, ſicuti nec trina † citatio, niſi quòad hoc, vt poſ- 101
ſit perueniri ad ſententiam diffinitiuam, vel aliquem mittendum in poſſeſſionem ex primo vel ſecundo decreto. & alia quæ ponit Felin. poſt Innocen. in c. ad petitionem. columm. 7. verſicul. 2. quærit. ſed in alijs intermedijs cauſæ ſufficit vna citatio: ita Bartolus & Paulus de Caſtro in dicta l. contumacia. §. 1. Alexand. in l. de vno quoque. §. fina. eod. titu. videlicet. ff. de re iudic. Cyn. Bald. & Iaſ. in penult.

col.

col. verſi. 6. quæro. in l. ſancimus. C. de iudic.

102 Vnde eſt, quòd citatus non † comparens in prima vel ſecunda citatione, licèt compareat in tertia, tamen refundere debet expenſas primæ vel ſecundæ citationis: quia per primam citationem non veniendo fuit contumax: aliæ enim non fiunt niſi ad malitiam partis ſuperandam: ita concludunt Cy. Bart. Bald. Salic. & Iaſ. in d. ver. 6. quæro. in d. l. ſancimus. & Bart. & Alexand. in d. l. contumacia. §. 1. per text. in Authen. qui ſemel. vbi etiam Bart. in 3. not. dicit eſſe text. rotundum. C. quomodo & quando iu. & Alex. in addi. ad Bart. in d. l. ſancimus. dicit de hoc eſſe caſum, in c. querelam. de procura. vbi etiam hoc notat gloſſ. in verſicu. cauſa. & gloſſ. in c. honoratus. 74. diſt. cum ſi. adductis per Moder. in locis præallegatis. Anto. de Tremo.

103 y *Quoties* l. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ie. intellige tamen in ſatiſdatione ex diſpoſitione legali vel ſtatutaria: Secùs † ſi ex conuentione partium, quia non ſit idoneus fideiuſſor, non poteſt iterum peti, vt ſatiſdetur, ſed agitur ad intereſſe, ſecundum Barto. in l. 3. ff. de fideiuſſ. Ange. Pau. & Iaſ. in d. l. quoties. per text. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §. 1. ff. de verbo. oblig. Aduerte tamen, quia etiam vbi eſt ſatiſdandum ex diſpoſitione legali, M. fideiuſſor datus eſt minus idoneus facultatibus & à ſciente receptus, non eſt iterum ſatiſdandum, ſed ſibi imputet recipiens.

104 Sed vbi eſſet minus † idoneus propter defectum obligationis, quia ſe efficaciter obligare non poterat, tunc etiam ſi à à ſciente ſit receptus, eſt iterum ſatiſdandum, per text. in d. l. 3. vbi Pau. no. loquitur. ff. de fideiuſ. & tenent Angel. Paul. & Iaſ. in d. l. quoties. Aliam differentiam inter fideiuſſorem dandum ex diſpoſitione legali, & dandum ex partium conuentione, ponit Paul. de Caſtr. in l. quoties. videlicet quòd quādo ex diſpoſitione legali à principio idoneè ſatiſdatum eſt, ſed ex poſtfacto fideiuſſor efficitur minus idoneus, debet iterum ſatiſdari, per l. ſi ab arbitro. in fin. ff. qui ſatiſ. co. Sed quando ex partium conuentione, ſufficit à principio fuiſſe idoneè cautum, ita vt nec agi poſſit ad intereſſe, ſecundum eum per l. pupillum. §. ſoror. ff. de ſolu. & iſta tanquam quotidiana tene menti. Anto. de Tremo.

z *Vtile* De hoc generali tene hanc breuem doctrinam,
105 quod in diuiduis † & ſeparabilibus vtile non vitiatur per inuti-

inutile ſed in inſeparabilibus ſiue indiuiduis inutile vitiat vtile. Iſta doctrina traditur per glo. ad quam quotidiè recurritur, in l. pecuniæ funebris. in princi. in ver. pro modo. ff. de vſur. & per glo. pleniorem de iure, in c. vtile. de re. iu. lib. 6. & per Bart. in l. græcè. §. illud. ff. de fideiuſſ. & per ſcribentes ſignanter per Moder. Do. Iaſ. in l. 1. §. ſed & ſi mihi. ff. de verb. oblig. Quæ doctrina colligitur ex duobus no. caſibus poſitis per iuriſcon. in l. 1. §. item quæritur. & §. ſequen. ff. de aqua quoti. & æſtiua. vbi gratia exempli, ſi habens ſeruitutem certe quantitatis aquæ ducendæ a fundo meo maiorem quantitatem ducat poſſum in totum prohibere: ſed ſi habens ſeruitutem appellandi ad fontem meum certum numerum pecudum, maiorem numerum appulſum poſſum prohibere, niſi in ſuperfluis ſiue ſupernumerarijs, quia pecudes poſſunt ſeparari. Colligitur etiam diſtinctio præmiſſa, in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de do. inter vi. & vxo.

Quot modis autem nūc dicatur † indiuiduum, & de quibuſdam limitationibus ad regu. vtile per inutile nō vitiatur. & de multis materiam contingentibus. vide plenè Bart. in d. §. illud. & Modernio. in d. §. ſed & ſi mihi. & de materia diuidui & indiuidui, in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. Anto. de Tremolis iurium Doctor. 106

# Quibus mo. cita. [a] impunè contemni poſſit. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Citatio quare ratione loci, ad quem citatur, contemni poſſit.

2 Citatione facta ad vnum locum, ſi iudex alium mutauerit, an poterit iudex procedere contra citatum.

3 Citatus probabiliter errans in nomine iudicis, qui eum vocauit, & ad alium eiuſdem nominis iuit, an ſit culpandus. & nu. 29.

4 Duobus iudicibus delegatis an poſſit vnus ſine alio citare. & nu. 30.

5 Citatio debet continere nomen & agnomen iudicis citantis

tantis & locum idoneum, ad quem ſecurè citati venire poſſunt.

6 Citatio vt valeat quæ ſint neceſſaria. & nu. 10.

7 Licentia generalis ad citationes faciendas nuncio conceſſa, an & quando ſine ſpeciali mandato ſufficiat.

8 Citandi perſonam in dignitate conſtitutam requiritur ſpecialis iudicis commiſſio, idque per ſcripturam, quæ non præſumitur, ſed conſtare oportet.

9 Commiſſio an præſumatur, ſi de citatione ex nuncij relatione conſtet.

11 Citatio nulla reddit proceſſum nullum, & ſententiam nullam.

12 Citatio inualida reconualidatur per comparitionem ſpontaneam.

13 Contumax non dicitur qui ſine periculo perſonæ ſuæ comparere citatus non poteſt, etiamſi literas ſaluiconductus habeat ab inimicis.

14 Citatus ad locum non tutum an poſſit appellare, an excuſationem mittere opus ſit, qua de non ſecuritate loci opponatur.

15 Exceptio loci non tuti an poſt litem conteſtatam poſſit opponi.

16 Amici & domeſtici inimici mei habentur pro meis inimicis.

17 Vaſallus cum inimicis domini amicitiam contrahens, iuſtè poteſt feudo priuari.

18 Domeſticus quis habeatur.

19 Iudex maior quis dicatur.

20 Citatus ad maius territorium comparere non tenetur coram minore iudice etiam citante: cùm quilibet in ſuo territorio maior ſit.

21 Iudex minor ſi præuouerit maiorem in procedendo aut capiendo, non tenetur deferre maior aut dimittere proceſſum: ſi ſimul incipiant, maior præferetur.

22 Princeps ſeu iudex maior poteſt ordinarium inferiorem prohibere ne de cauſa, quam præuenit, cognoſcat.

23 Citatus ad duo tribunalia vno eodemque tempore pro diuerſis cauſis, excuſatur ſi coram minori non compareat:

reat: ſecus ſi diuerſis diebus.

24 Cauſa citati coram minore iudice ſi requirat perſonalem præſentiam, & cauſa coram maiore à patrono poterit exerceri; comparendum erit coram minori.

25 Citatus coram duobus iudicibus æqualibus eligere poteſt, coram quo velit comparere: ſi coram neutro compareat, apud vtrunque contumax erit.

26 Citatio voce præconis delegato inferioris à Principe non eſt cōceſſa, ſed ordinario & delegato Principis tantùm.

27 Latitans quomodo ſit citandus.

28 Citationes omnes factæ ex tribunali delegati vel arbitri certum à principio ſibi locum aſſumentis, referentur ad illum locum.

31 Iudex vnus ex pluribus ordinarijs poteſt ſolus per ſe citare, cognoſcere & iudicare non in voluntaria tantùm, verùm etiam in contentioſa iuriſdictione, niſi omnes ſimul incœpiſſent cognoſcere.

32 Iudex vnus ex pluribus delegatis ſolus procedere non poteſt, nec ſententiam ferre.

33 Iudices plures etſi ſimul iudicare non tamen conuenire tenentur. ſed duos tertio contradicente concordare ſufficit.

34 Abſentia tertij iudicis à duobus citati, etiamſi negotij & ſententiæ examinationi interfuerit, ſententiam vitiat.

35 Delegatis tribus exiſtentibus cum clauſula, quòd ſi non omnes, ſi duo conueniant, & tertius in ſententiæ pronunciatione diſcordet, non poterunt tamen ſententiam niſi vocato tertio exequi.

36 Interlocutoriam ſententiam poteſt alter iudex, pluribus datis ordinarijs aut delegatis, ſine altero ferre, ſed non definitiuam, in cauſarum vniuerſitate: ſecùs in delegatis pluribus, qui non cognouerunt de cauſa.

37 Sententia contra ægrotum lata quando ſit ipſo iure nulla, & proceſſus non valeat.

38 Aegritudo non tantùm propria ſed & ſuorum excuſat à contumacia.

39 Tem.

39 Tempeſtate impeditus quatenus à contumacia citatus excuſetur.
40 Impedimentum citati quomodo ſit probandum.
41 Impedimenti per iuramentum probandi priuilegium perdit periurus.
42 Probatio caſus, qui impediuit, non ſufficit, niſi probet & factum venientis ad iudicium.
43 Mulier grauida paucorum dierum comparere non tenetur, niſi ſit ruſtica portans alia onera præter grauidarum regulam.
45 Peſtis quando citatum à contumacia excuſet.
46 Dies aſſignationis termini nō computatur in termino, niſi aſſignatio fieret per clauſulam, aſſigno tibi hinc ad ad 10. dies, vel ſimilem.

*ET quia tam ordinarij, quàm etiam delegati citantes, vel nuncium mittentes interdum contemni poſſunt, ideoq; de non legitimè factis citationibus aliqua inſeramus.*

1 *† Contemni poteſt citatio ratione loci, ad quem citatus*
b *non poſſit venire, quia ibi habet inimicos* [b], *vel ibi ſunt ami-*
c *ci* [c], *vel domeſtici ſuorum inimicorum, vt ff. de legat. l. ſciendum. §. ſi accuſatio. Vel quia honeſtus vocatus eſt in proſtibulo vel popina, vt ff. de arbit. l. ſi cùm dies. §. ſi in aliquē. & C. de ſenten. & interloc. l. cùm ſententiam. Vel quia*
d *ad maius auditorium eſt vocatus* [d], *vt ff. de re iudi. l. contra*
e *pupillum. §. finali. Vel quia ad clamorem præconis* [e], *& eius vocem non intelligit, vt C. quomòd. & quand. iudex. Authen. qui ſemel. & ff. de in integ. reſtitu. l. diuus. vel ſi erat delegatus iudex, & non habebat certum tribunal, nec ſo-*
f *litum locum iudicandi, nec in citatione deſignauit* [f], *vbi litigator debuit comparere, maximè ſi in locis pluribus com-*
g *moretur* [g], *vt ſæpè accidit in vtriuſque curiæ iudicibus vicarijs & legatis, argum. ff. de iudic. l. ſi locus. & ff. de iuſt. &*
h *iur. l. pe. circa finem. Vel vocatus eſt tempore feriarum* [h], *& nō in illis caſibus, in quibus vocati tempore feriarū venire debent,*

*debent, vt ff. de fer. l. 1. & 2. & C. quomod. & quan. iudi. l. ſi vt proponis pars.*

*† Similiter contra citatum non procedet i iudex, ſi per obreptionem mutauit locum, cùm alium locum ſtatuiſſet, vt C. quomod. & quando iud. l. ſi vt proponis præſes. Vel ſi actor procurauit k, quod reus ad terminum non veniret, vt ff. de eo per quem fac. erit. l. 1. ſi reus. & l. vltim. §. ſed & ſi ſtipulator.* 2 i k

*† Idem dico, ſi vocatus probabiliter errauit in nomine iudicis, qui eum vocari fecit, & iuit ad alium, qui eodem nomine l vocabatur, vt argumen. ff. de iudic. l. antepenul.* 3 l

*† Vel ſi duo erant delegati iudices m ante, & vnus ſine alio citationem fecit, arg. C. quando prouo. non eſt neceſſ. l. cùm magiſtratus. & in Auth. vt iudi. non ſpec. ſa. iuſ. §. ſi autem duo. col. 9. Et ſi vocatus erat magiſtratus, vel vxorem ducebat, vel ſi funus familiare proſequebatur n, vel morbo ſontico laborabat, vel valetudine o, vel tempeſtate impeditus p marina vel terreſtri. vt iſtos caſus & alios plures q inuenies, ff. de in ius vocan. l. 2. & 3. in princ. & ff. ſi quis cau. l. 2. ferè per totā l. & in Auth. vt cum. de appell. cog. §. meminimus. col. 8. & latè C. de ſepul. vio. Auth. ſed nec ante.* 4 m n o p q

*† Ex præmiſſis ergo apparet, quòd citatio debet nomen et agnomen iudicis continere, et locum idoneum, ad quem partes honeſtè r & ſecurè ſ venire poſſint, & ad cuius petitionem quis requiratur, vel citetur, & ex qua cauſa t, & non perfunctoriè vel obſcurè, arg. C. de his qui accuſare non poſſunt. l. qui crimen. & ff. de ope. no. nunctia. l. de pupillo. §. qui opus. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter. in princ. §. 1.* 5 r ſ t

Q*Vibus modis citatio*. Pro ornamento huius rub. aduerte, quòd ad hoc quòd citatio † valeat duo præ cæteris ſunt neceſſaria, videlicet iuſſus ſiue mandatum iudicis & partis inſtantia de iudicis mandato, eſt text. in l. fin. a 6

vbi Cyn. Bart. Bald. & Sali. C. de exhi. re. & text. in l. cum clericis. ibi, ſententiarum tuarum auctoritate pulſantur. & ibi Bald. expreſsè not. C. de epiſ. & cler. & text. quem ibi not. Ioan. Fa. & Ioan. de Plat. in §. omnes autem. verſi. quadrupli. Inſtit. de actioni. debet autem huiuſmodi mandatum eſſe ſpeciale ad vnamquamque citationem, ita quòd † generalis licentia, conceſſa nuncio ad faciendum quaſcunque citationes, non ſufficeret ad validandum citationem. Ita voluit notabiliter Bartol. in d. l. fina. reprobando Innocen. dicentem ſufficere generalem commiſſionem, in c. quoniam contra falſam. de prob. contra quem adducit text. in l. 1. C. de iur. do. impe. qui text. plus probat quod etiam generalis licentia nuncio per iudicem conceſſa in fauorem vnius ſolius creditoris de citando omnes ſuos debitores non valet niſi exprimantur nomina debitorum ſecundum Barto. ibi. quanto minus generalis licentia reſpectu omnium & quorumcunque citandorum. Et procedit indubitanter deciſio Bartol. in citatione reali ſine captura perſonæ, ſiue ſit cauſa ciuilis ſiue criminalis ratione: quia in captura perſonæ eſt neceſſaria cauſæ cognitio, tam in cauſa ciuili quàm in criminali. de ciuili eſt text. in l. nemo carcerem. de exacto. trib. lib. 10. C. de criminali ponunt Aret. & Ioan. Andr. in c. ſi clericos. de ſent. excom. libr. 6. quos refert & ſequitur Bald. in l. quod euitandi. in vlt. verbis. C. de cond. ob tur. cau. Sed cauſæ cognitio nō pertinet ad nuncium ſiue ſeruientem tanquā merum executorem, l. ſi vt proponis. C. de exe. rei iu. igitur &c. quam rationem aſſignat Alex. in addi. ad Bar. in d. l. fi. & Felin. in c. 1. col. 5. de iud. Et ideo quóad cauſas ciuiles dicebat Ang. in lect. flo. in l. fin. col. 5. per illum text. & de edi. di. ad. ſol. & ibi eum ſequitur Iaſ. in 1. col. quòd non valet generaliter licentia conceſſa per iudicem alicui creditori de capi faciendo quoſcunq; debitores, ſed requiritur ſpecialis licentia, quæ debet concedi viſo inſtrumento, vnde ſequutus Angel. aliàs cum officio iudicandi in comitatu venayſſini, & iudicatura validati fungeret: euocaui talem licētiam per me inaduertenter conceſſam cuidam ditiſſimo mercatori vocato Raynando Segnini nunc compatri meo. Supradicta autem de citatione reali procedunt ſanè, niſi in caſibus à iure permiſſis, in quibus non eſt neceſſe iudicem committere capturam. quia lex illam committit, putà in flagranti crimine,

prout dicunt Bart. & Bald. in d. l. fin. per iura per eos allega. Et in me offendente quem poſſum capere & ducere ad iudicem: & ſi ducere non poſſum, licitum eſt mihi meam iniuriam vlciſci, ſecundum gloſſ. ſingularem, in l. nullus. C. de Iudæ. & facit gloſſ. in c. ius gentium. 1. diſtin. de quo per Felin. in d. c. 1. verſic. quinta concluſio. Et idem dicas in debitore fugiente. de quibus duobus dixi infrà titu. quibus modis exá. iudi. ordi. decli. verſic. ratione cauſæ in additio. in verſicu. própria cauſa. Quo verò ad citationem verbalem, Bald. in l. ſi quando. in vltima col. verſicu. duodecimò quæro. C. de teſtib. pro concordia diſcrepantium opin. inter Imol. & Cyn. diſtinguit, quòd aut citatió verbalis requirit cauſæ cognitionem, & motum iudicis, & tunc ſit neceſſaria ſpecialis licentia de citando talem. exemplum in citatione ad perhibendum teſtimonium in citatione ad audiendum diffinitiuam ferri ſententiam, iuxta l. properandum. §. & ſiquidem. C. de iudi. vel ad reſpondendum in propria: quia pars principalis eſt iuſtior procuratore, iuxta l. fina. C. de procura. Aut non requirit aliquam cauſæ cognitionem, vt eſt citatió ſimplex ad comparendum coram iudice: & tunc ſufficit generalis auctoritas nuncio conceſſa ſine ſpeciali commiſſione. & dicit Bald. ita obſeruari Florentiæ. Et re vera communis curiarum ſtilus ita obſeruat: & hanc diſtinctionem ſequuntur Alexand. in addit. ad Bartol. in d. l. final. C. de exhiben. reis. & Felin. poſt Innocen. & Aretin. in d. c. 1. colum. 6. quod vltimum Barto. in l. quoties. C. de dig. lib. 12. per illum textum ſingulariter reſtringit, quando † citaretur perſona in dignitate conſtituta. quia tunc requiritur ſpecialis commiſſio iudicis, & quidem per ſcripturam, ita quod oportet, quod nuncius ſecum portet literas. & Bartol. ſequitur Felin. in d. c. 1. & Iaſón in dicto verſicu. quadrupli. in quarto nota. Sicut in ſimili de illo qui citatur ad domum: vt dicatur contumax, ponunt Bald. & Angel. in l. vt præfectius. C. de annal. exceptio. Adde, quod vbicunque ſpecialis commiſſio de citando eſt neceſſaria, oportet, quòd de illa conſtet: cùm non præſumatur, nec ſuper illa ſtetur relationi ſeruientis: licèt ſuper citationis actu benè ſibi credatur, prout volunt nota. Ioan. Andre. in additionib. ad Specul. titul. de citatio. §. ſequitur.

verſic.ſed nunquid credetur. & eſt communis concluſio canoniſtarum, in d.c.1. & tenuerunt Barto. in l.1.§. cura charius.de officio.præfect. vrb.ff.Ludouic.& Alexand.in vltim. colum.in l.ſciendum. ff.de verbor.obliga. & dicit Felin.in c. quoniam contra falſam. in 8. colum. de probationib. quod ita communiter tenetur, quicquid dicat Iaſ.in dicto verſicu. quadrupli. dicit tamen Bald. in ſæpedicta l.finali. quod in
9 † ciuilibus cauſis de conſuetudine obſeruatur, quod conſtito de relatione nuncij aſſerentis ſe mandato iudicis citaſſe, præſumitur commiſſo: de iure tamen eſt verius, quòd etiam in ciuili non credatur nuncio ſic referenti de facto alterius, putà iudicis per iura quæ allegat.

De ſecundo requiſito ad validitatem citationis, videli-
10 cet † quod fiat ad partis inſtantiam, eſt textus in d.c.1. vbi Pa.& Modern.de iudic. quia iudex officium ſuum impartiri non debet niſi petenti, in l.3.§. hoc autem iudicium.ff. de dam.infect.cum ſimilib. & voluit author iſte in verſicu.fin. huius titu. cùm dicit, & ad cuius inſtantiam. quod tamen tripliciter limitat Felin. in d,c.1.

11 Et aduerte, quoniam citatio † nulla reddit proceſſum nullum & ſententiam nullam etiam in ciuili, ſecundum gloſſ. ſingularem. in l.ſi accuſatoribus.gloſſ.penultim.C.de accuſat.quam dicit ſingularem Felin. in d.c. quoniam contra: colum.8. Eſt tamen verum, quòd citatio † inualida re-
12 conualidatur per comparitionem ſpontaneam, per text. in l.1. in princip. ibi, hique ſponte venerint. & ibi Bald. & Modern.ff.de feri.,etiam ſi eſſet inualida reſpectu actoris, vt quia facta non ad partis inſtan. ſecundum Felin. in dict.c. 1. colum. 1. Alia quæ ad materiam citationis tangent, & quæ infra per diſcurſum huius titu. non dicentur videre poteris per Dd. in d.c. quoniam contra. & per Bald. ponentem duodecim aurea dicta in d.l. at perfectius. & de peremptorio per Imol.& Felin. in c. ad petitionem. de accuſa. & Dd. in l. ſi finita.§. Iulianus. de damn. infect. & alibi ſæpè quoſdam etiam caſus, in quibus citatio non eſt neceſſaria, ponam titu. de impe. execu. verſicu. ſunt etiam & alij caſus.

13 b *Inimicos.* Et ſic cum † ſine periculo perſonæ ſuæ non poſſit comparere, non dicitur contumax. Clemen. paſtoralis. ver-

lis. verſicul. notorium quippe. de re iudica. c. accedens. in ſecundo: vt lit. non conteſta. text. in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis cau. gloſſ. & Dd. in l. de ætate. ff. ad Trebellianum.

Quod procedit etiam ſi haberet literas ſalui conductus: quia adhuc non tenetur comparere in loco inimicorum, per text. expreſſum in d. c. accedens. ibi, ſi tamen miſſæ fuiſſent &c. voluit gloſſ. in c. ſtatutum. §. cùm verò. in verſicu. ſecurè, de reſcript. in 6. & in c. ex parte. in primo. de appellationib. Quod ſanè procedit, vbi literæ eſſent conceſſæ ab inimicis, ſecùs enim ſi à iudice, dummodò ſoleant & à iudice & à ſuis ſubditis obſeruari, ita nota. limitant. Salice. in l. reos. colum. 4. verſicu. expeditis contrarijs. C. de accuſa. & Ioan. de Imola. in l. penulti. §. ad crimen. ff. de public. iudic. poſt quos Iaſ. in d. l. 2. §. quod diximus. & ante eum Felin. in d. c. accedens. colum. 5. verſicu. quarta concluſio. Et idem dicas, ſi locus eſſet aliter non tutus, quàm ob inimicos, putà ob peſtem, vel aeris intemperiem, de quo dices. infrà. in fin. huius tituli. Et nedum locus, ad quem quis eſt citatus, debet eſſe tutus, verùm etiam locus, per quem citatus eſt iter facturus, vt eſt text. clarus ſecundum Felinum ibi. in d. c. accedens. ibi, non niſi per diſtrictum. & voluit gloſſ. per illum textum in Clemen. vna. in verſicu. ſecura. de for. competen. vide etiam text. & ibi Mari. Socin. in ſexto nota. in c. veniens. de accuſa. & Felin. poſt Oldrad. in d. c. accedens. verſicul. quinta concluſio. Sed pulchrum dubium eſt, vtrùm † ilicò facta citatione ad locum non tutum 14
poſſit citatus appellare, an verò neceſſe habeat mittere excuſatorem, qui de non ſecuritate loci opponat, Imol. & Hoſtien. contrariati ſunt. in dicto c. ex parte. ſed Ioan. de Imola. & poſt eum Alexand. dicens paſſum dubium. in d. l. de ætate. concordant diſtinguentes, & eos ſequitur Felin. in d. c. accedens. verſicu. ſeptima concluſio. Et voluit in effectu primò, quòd ſi notorium eſt, locum non eſſe tutum, ilicò poſſit appellari, vt eſt gloſſ. in d. Clement. paſtoralis. verſicu. Piſana. in verſic. notorio. quæ plus vult, quòd etiam citra appellationem citatio non arctat. Secundò ſi etiam procuratori locus non eſſet tutus, poterit ilicò appellari, per dictum c. ex parte. Tertiò, quando locus non

eſſet tutus, procederet ex facto iudicis, argumen. c. 1. de dilat. & not. Pa. in dicto c. ex parte. vltrà autem hos caſus dicit Alexand. quòd licèt in puncto iuris videatur verius, quod poſſit appellari, per d. c. ex parte. próut tenebat Paulus de Lea. in Clemen. quia contingit. de religio. do. & Antonius de Butrio. in d. c. ex parte. tamen æquior ſibi videtur diſtinctio Ioannis de Imola, an poſſit opponere exceptionem loci non tuti: & tunc debeat opponere, & ſi non admittatur, appellet: ſi autem non poſſit opponere exceptionem, appellet. & hoc caſu iuſtificabitur appellatio ab interlocutoria ex nouiter actitandis, & ita limitabitur Clemen. appel-
15 lanti. de appellationib. vtrùm autem † hæc loci non tuti exceptio poſſit opponi poſt litem conteſtatam, ne longior ſim, vide per Felin. in d. c. accedens. verſic. decima concluſio. per tres col. Anto. de Tremò.

16 c *Amici.* Sic ergò amici & domeſtici mei † inimici cenſentur mei inimici, & pari modo ſunt mihi ſuſpecti. ad quod adde text. in c. repellantur. & ibi Modern. de accuſatio. & text. in l. liberi. vbi Bald. & Alexand. in additio. ad eum. Salice. & Iaſ. C. de inofficio. teſtamen. & Cyn. Bald. & Salic. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. vnde dicebat Bartol. per illum text. in §. ſi accuſatio. hic allega. quod non ſolum eſt mihi ſuſpectus inimicus meus, ſed etiam amicus, & domeſticus inimici mei. & dicebat gloſſ. in l. 1. §. cùm patronus. & ibi Bald. ff. de offic. præfect. vr. & gloſſ. in d. l. liberi. quam
17 ibi ſequuntur Dd. allegantes alias gloſſ. ſimiles, quòd † vaſallus contrahens amicitias cum inimicis domini poteſt iuſtè feudo priuari, de quo eſt text. in c. vno. quod teſtes ſunt neceſſ. ad proband. ingra. Quod autem dixi de domeſtico, intelligunt Aretin. & Felin. in d. c. repellantur. de eo,
18 qui † de præſenti habitat, non de eo, qui olim cohabitauit, per l. 1. §. idem munio. vbi Barto. trahit in argumentum de famulo. ff. de quæſtio. Secundò intelligunt de eo, qui longo tempore cohabitauit: ſecùs ſi pauco, per l. 1. §. in factum. ff. nau. cau. ſta. Anto. de Tremo.

d *Eſt vocatus.* Iſtam materiam latè tractauit Bartol. in l. 2. §. final. ff. de cuſto. & exhibi. reo. & communiter ſcribentes in §. fina. hic allegato per authorem. vbi eſt principalis text. Alber. Bald. Angel. Paul. de Caſtro, Ludouic. Alexand. &

Fallit hoc Excep. pro proditionis † in ma[?] feudi. Ludolph. Schrad. in tract. feudal. mihi fol. 26. cum sequ. n. 180. et fol. 67. n. 203.

xand. & Iaſ. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis cau. & Canoniſt. in c. cùm pa-rati. de appella. & Alexand. de Imol. in d. §. final. l. contra pupillum. colligit aliquas limitationes ad illum text. ex nota. per Barto. in d. l. 2. §. fina. Sed plenius attingendo præmitte, quòd maior † iudex dicitur, qui maiorem habet iu- 19
riſdictionem in illa cauſa, purà poteſtas reſpectu conſulum artis, qui poſſent de eadem cauſa cognoſcere: vnus tanquàm ſpecialis, alius tanquàm generalis: ita exemplificat Paul. de Caſtr. in d. l. 2. §. 1. vel iudex ordinarius reſpectu præſidis ſiue ſeneſcalli in grauioribus cauſis & delictis, quemadmodum exemplificat Bald. in l. ſenatus. col. fina. C. qui accuſa. non poſſ. in poteſtate aſſilij & rectores ducatus, qui præeſt prouinciæ.

Item dicitur maior iudex appellationis reſpectu primi iudicis indiſtinctè: Sed reſpectu territoriorum nullus dicitur maior, quia quilibet in ſuo territorio dicitur maior, vt eſt gloſſ. ſingularis. in l. apud eum. ff. de manu. titu. gene. ſecundum Paul. in d. §. 1. hoc præmiſſo dic, quòd † regulariter 20
vocatus ad maius territorium non tenetur cōparere coram minori iudice etiam citante. d. §. fina.

Iſtud ſanè intellige coram duobus pro duabus cauſis: quia ſi pro vna tunc reſpectu iudicum eſt locus præoccupationi & præuentioni, ita quòd ſi minor † iudex præuenit in 21
procedendo, non tenetur deferre maiori, nec dimittere proceſſum ſuum, nec relaxare malefactorem, quem legitimè detinet in carcere. Si verò vno contextu & ſimul incipiant cognoſcere, tunc debet comparere coram maiore, putà coram rectore reſpectu poteſtatis, & ibi cauſa dirimetur, ſecundum Alexand. de Imo. in dicta l. contra pupillum. §. fina. argumen. iurium quæ allegat: ſed ante eum per alia iura hoc voluit Bald. in d. l. ſenatus. ſubdens in fina. verbis vnum, quod dicit nota. dignum, quod dicitur minor iudex præoccupaſſe capiendo malefactorem. Tum captura ſit citatio realis. ſed Bald. in d. l. 2. §. 1. ff. ſi quis cau. & Alexand. vbi ſuprà limitant, niſi maior iudex † eſſet 22
Princeps: quia ille bene poteſt vetare ordinarium inferiorem cognoſcere de cauſa, quam præuenit, vt per eos. Et de hac exceptione præoccupationis vide Bartol. & Alexan. in additio. ad eum. in l. ſepulchri violati. ff. de ſepulchro

R viola-

23 violato. Secundò intellige, quādo † quis vnò & eodem tempore vocatur ad duo tribunalia pro diuerſis cauſis, vt excuſetur non comparendo coram minori. Secùs ſi diuerſis diebus, ſicque neceſſitas primæ citationis non impedit, quominus ad aliam cauſam reſpondeat, gloſſ. in d. l. 2. §. fin.
24 & in l. de crimine. C. de accuſat. Tertiò intellige, niſi † cauſa, pro qua vocatus eſt coram minori iudice, requirat perſonalem præſentiam, putà cauſa ferendi teſtimonium, iuxta l. 3. §. item diuus. iuncta gloſſ. in verſicu. teſtimonijs. ff. de teſtib. cauſa verò, propter quam citatus eſt coram maiore, eſt talis, quod poteſt per procuratorem exerceri: quia tunc tenebitur coram minore comparere. & de hoc eſt text. in d. l. 2 §. 1. vbi hāc rationē ſpecialiter conſiderauit iuriſconſult. ſecundum Alexand. in d. l. contra pupillum. §. final.
25 Quartò aduerte, quòd citatus † coram duobus iudicibus æqualibus habet electionem comparendi, coram quo voluerit. l. ſi quis in graui. §. ſi cùm omnes. ff. ad Silleianum. Sed ſi coram neutro compareat erit in vtroque contumax, nec habebit exceptionem, quod ad aliud tribunal fuerit tractus. argumen. in l. cùm quidam. de leg. 2. ſecundum Bald. & Pau. de Caſt. in d. l. 2. §. 1. & Bald. in d. l. ſenatus.

e *Ad clamorem præconis* Hic te volo vnum notare, quòd
26 † citatio voce præconia non eſt conceſſa delegato inferioris à Principe, ſed eſt ſpeciale in delegato Principis, vt poſſit citare per edicta & voce præconia, ſicut ordinarius, vt voluit Alber. de Ro. in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. per text. in §. omnem. in Authent. de liti. col. 8. Bald. nota. in l. 2. colum. 1. C. quomodo & quando iudex. gloſſ. Bartol. & alij in l. ſancimus. C. de iudic. Et ideo ſemel vidi irritari, & nullum declarari per inſignem curiam Seneſcali Tholoſæ proceſſum cuiuſdam commiſſarij ipſius curiæ, ad executionem ſtatuti querelæ ſuper præceſſione in conſulatu caſtri Corduarum, inter Oliuerium de Conuenis impetrantem ex vna, & Guilliermum Ruppis impetratum partibus ex altera deputati, ex eo, quia commiſſarius ipſe dictum Ruppis latitantem citari fecerat voce præconia. quod non
27 poterat, ſed † debebat, vt dicit Baldus vbi ſupra, perſonam inquirere, & ſi non reperiebat citare ad domum, vel citari facere per ordinarium loci.

Sicut

Sicut etiam eſt ſpeciale in ipſo principis delegato, quòd citare poſſit rei capiendo perſonam & poſt & ante litem conteſtatam, gloſſ. Bartol. Angel. Paul. de Caſtr. Ludo. Roman. Alex. in 2. col. & Iaſ. in pen. dicens eſſe communem in d. l. 2. Delegatus autem inferioris nec ante nec poſt litem conteſtatam poteſt recitare, ſecundum gloſſ. in l. conſentaneum, in verſic. eum. C. quomod. & quando iudex. & gloſſ. in Auth. de exhib. Reis. §. ſi verò. etiam in verb. omnimodo. colum. 5. quicquid tenuerit gloſſ. diſtinguens, an ſit lis conteſtata, vel non, in d. l. 2. quam ibi reprobant Bartol. & communiter Doct. Niſi fortè in ſuſpecto de fuga, de quo ibi vide Roma. Alexand. & latiſſimè Iaſ. in 4. & 5. colum. Ant. de Tremol. I.V. Doctor.

f *Deſignauit.* Cautela in practica eſt, vt hi qui certum † tribunal, vtputà delegati & arbitri, à principio aſſumunt 28
& deputent ſibi certum locum: quo electo omnes citationes intelligentur relatæ ad illum locum, ſecundum Bart. per illum tex in l. ſi vt proponis præſes: vbi etiam Pau. C. quomo. & quand. iud.

g *Commoretur.* Vel locus habet commune nomen cum alio, & nõ eſt determinatus in citatorio, de quo text. cum gl. in c. fi. vbi vide de reſcrip. Ant. de Tre.

h *Feriarum.* De hoc vide quæ ſcripſi ſup. tit. quibus mod. ſuo nomine ciui. agen. verſicul. Item reijciuntur. Anton. de Tremol.

i *Non procedet* Et ſi procedat eius proceſſura & ſententia inde ſecuta eſt mero iure nulla, vt l. ſi vt proponis. hic alleg. & ſi dicis quomodo hoc, cùm iudex debeat in loco maiorũ ius reddere, l. pen. ff. de iuſt. & iur. dico quod illa l. ſi vt proponis, loquitur in præſide prouinciæ, qui ſecundum Bal. & Paul. ibi poteſt in qualibet ciuitate ſuæ prouinciæ pro tribunali ſedere exemplo epiſcopi, vt in c. ſi epiſcopus. de offic. ordi. lib. 6. de quo infra tit. de impe. execu. & nul. ver. ratione modi.

k *Procurauit.* Quo caſu citatio & proceſſus ipſo iure non vitiatur: ſed actori obſtat exceptio: vt in §. ſi Reus. hic allegato. Si verò tertius procuret, nocet Reo, ſed contra tertium datur actio, vt ibi in verſi. fi. Ant. de Tre.

l *Eodem nomine vocabatur.* Hoc caſu quando † quis impetrauit iudicem Titium Ioannis: & ſunt duo, qui eodem 29

nomine vocantur, dic quòd reſcriptum non eſt nullum, ſed declaratio, de quo ſenſerit, ſpectat ad ipſum impetrantem, ſecundum Paulum de Caſtr. in d. l. antepenultim. poſt Speculatorem in titul. de cita. §. 1. verſicul. quid ſi impetro. Et quid iuris quando eſſet erratum in nomine ipſius citati, vide eundem Paul. in l. eum quem temere. in princip. ff. de iudic.

30 m *Delegati iudices.* Ratio autem quare † ex pluribus delegatis ſolus alter non poſſit citare eſt, quia plures ſimpliciter delegati non habent iuriſdictionem inſolidum, ſed illam habent ſimul & complexiuè, c. prudentiam. in princip. vbi ſcriben. de officio delegati: licèt in pluribus ordinarijs. Secùs quia apud quemlibet eſt iuriſdictio inſolidum, per text. in l. vna. ff. de offic. conſu. gloſſ. Bart. & modern. in l. ſi vni. aliàs incipit, Pomponius. ff. de re iudic. niſi fortè haberent illam ſub nomine vniuerſitatis, vt capitulum vel collegium, l. vbi adſunt. ff. de tut. & cur. da. ab his. ſecundum Bart. vbi ſuprà.

Ex hac itaque differentia inter plures ordinarios, & plures delegatos eliciuntur duæ concluſiones. Prima, quòd v-
31 nus † ſolus ex pluribus ordinarijs poteſt ſe citare, cognoſcere, & iudicare, per text. in d. l. vna. qui licet loquatur in iuriſdictione voluntaria, tamen procedit etiam in contentioſa, ſecundum gloſſ. Bartol. & Docto. in d. l. ſi vni. Et idem dicas in pluribus delegatis ad vniuerſitatem cauſarum. vt eſt gloſſ. notab. & communiter approbata ſecundum Alex. ibi in d. l. ſi vni. Quod ſanè intellige verum niſi omnes cepiſſent de cauſa cognoſcere ſimul. quia eo caſu ſimul habent ſententiare neceſſe, vt eſt gloſſ. valde notab. ſecundum Alexand. ibi & fortè ſingularis ſecundum Ioann. Imol. in d. l. ſi vni. gloſſ. magn. circa medium, quàm etiam dicit magiſtralem Iaſ. in l. duo ex tribus, colum. 1. eod. tit. hoc tamen caſu ſi vnus iuraret, quòd ſibi non liquet de cauſa, poſſent duo concordantes ſine illo iudicare, & valeret ſententia, vt eſt tex. ſingularis, in d. l. ſi vni. quem dicit Iaſ. ibi in duobus locis ſingularem.

32 Secunda concluſio, quod † vnus ex pluribus delegatis per ſe procedere non poteſt nec ſententiare: vt per Dominum Hubertum.

Intellige in datis ſimpliciter, ſecùs ſi cum clauſula, quod

quod ſi non omnes, & extra, vel cum clauſula alternatiua, vt omnes, vel duo, vel vnus. c. ſi plures. de offic. delega. in 6. de quibus ſerua quod ibi habetur, & aliquid per Bar. & alios in d. l. ſi vni. in 6. q.

Aduerte tamen, quòd in caſibus, quibus diximus, omnes iudices debere ſimul iudicare, non eſt neceſſè, quòd omnes conueniant in eandem ſententiam: ſed ſufficit † duos concordare tertiò contradicente, dummodò ſit præſens: tertij enim abſentia magis inficit ſententiam, quàm eius contradictio: cùm abſentia reddat ſententiam aliorum nullam, non contradictio. Iſte eſt text. in l. duo ex tribus præallega. etiam ſi ipſe tertius abſens tempore ſententiæ fuiſſet præſens in diſceptione negotij, ſiue diſcuſſione, ac examinatione ferendæ ſententiæ, & poſtmodum tanquàm diſcrepans ſe abſentauerit, próut nota. vult Bartol. & ibi ſequuntur modern. in eadem l. duo ex tribus. in vltim. quæſtio. Et idem ſecundum Bartol. ibi in 2. quæſt. etiamſi ille tertius † abſens eſt citatus à duobus: quia adhuc eius abſentia vitiaret ſententiam, per illum text. licèt ſecùs in arbitris per text. in c. final. de arbit. libro 6. vbi gloſſ. aſſignat rationem diuerſitatis. 33 34

Quod intellige tamen iure Canonico, quod obſeruabitur tanquàm contrarians iuri ciuili: in foro Canonico & in terris eccleſiæ tantùm, nõ in terris imperij & foro ciuili, vt vult gloſſ. ordinaria ibi. Et Bar. & omnes in d. l. duo ex tribus. vbi Iaſ. appellat illam gloſſam ordinariam.

Item aduerte ad vnum ſingulare, quòd quando tres † ſunt delegati cum clauſula, quod ſi non omnes, & duo vnum pronuntient, & tertius aliud: licet ſententia duorum teneat, & veniat executioni demandanda; attamen illi duo non poterunt exequi, niſi vocato tertio: licèt veriſimiliter ſit diſcordaturus in executione, ſicut in ſentẽtia diſcordauit. Iſta eſt gloſſ. aperta & ſingularis in c. final. gloſſ. de dol. & contumac. libr. 6. quam valdè ſingularem & ordinariam appellat Iaſ. in d. l. ſi vni. colum. final. 35

Item, quod ſupra dixi, plures ordinarios, vel delegatos ad vniuerſitatem cauſarum debere ſimul ſententiam ferre, quando ſimul cœperunt de cauſa cognoſcere, tu intellige verum de diffinitiua ſententia: quia interlocutoriam † benè poſſet alter ſine alijs proferre, gloſſa eſt communiter 36

appro-

approbata ſecundum Alexan. in d. l. ſi vni. in fin. gloſſ. mag. niſi citaretur ad audiendum diffinitiuam. quia eadem ratione, qua prohibetur ſolus diffinitiuam ferre, eadem tenetur & ad audiendum citare, ſecundum Iacob. Imol. ibi quot etiam ſequitur Alex. ibid. col. 2. Secùs tamen eſt in pluribus delegatis quorum alter etiam interlocutoriam ferre non poteſt ſine altero, ex quo non habent exercitium iuriſdictionis in ſolidum: vt d. c. prudentiam. in princip. Anton. de Tremolis.

n *Proſequebatur* De quibus, & alijs enumeratis in l. 2. & 3. in princip. ff. de in ius vocan. hic allegatis vide, quæ ſcripſi ſuprà, titul. quibus modis ſuo nomine ciui. agen. verſicul. repelluntur quoque. & verſicul. item illuſtres. Antonius de Tremolis.

o *Valetudine*. Id eſt, infirmitate: proceſſus enim contra in-
37 firmum vitio nullitatis ſubiacet, & ſententia contra eum lata eſt ipſo iure nulla: vt eſt text. ſingularis, & non alibi ſecundum Imol. & Alexand. ibi in l. quæſitum. ff. de re iudic. Et licèt text. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. vbi Dd. notant. ff. ſi quis cau. dicat iuuandum exceptione: & ſic videatur mero iure valere: attamen gloſſ. nota. & quæ ſemper allegatur ſecundum Pau. ibi in d. l. quæſitum. concordat dando ſingularem intellectum ad illum text. quod aut Iudex ſciuit infirmitatem, & tunc eſt ipſo iure nulla: aut ignorauit, & tunc mero iure tenet, ſed datur reſtitutio: & ita etiam tenet Bart. & alij ibi. & idem Bart. in l. final. colum. 2. ff. de in integ. reſtitutio. & Barto. & alij in d §. ſi quis in iudicio. vbi Iaſ. dicit ab hac ſententia tanquam communi non fore recedendum. Et idem voluit Bartol. in l. ea quæ. & idem Bart. & Bald. in l. penultim. C. quomod. & quando iudex. Et idem dicas, ſi pro eo ferretur, vt tenet glo. quam ibi ſequuntur Dd. in d. l. quæſitum. facit quod de abſente dicitur inf. tit. de imped. & cau.
38 nulli. verſi. ratione perſonæ. Et aduerte, quòd non ſolùm † propria infirmitas excuſat à contumacia. verum etiam infirmitas ſuorum, putà vxoris vel filiorum, tex. & ibi gloſ. in ver. ſuorum, in c. communis filius. 23. diſtinc. Alexand. in d. §. ſi quis in iudicio. & Iaſ. in l. 1. in prin. colum. fin. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio. Ant. de Trem.

39 a *Impeditus*. Intellige tamen, niſi ipſe impeditus † ſe nimium arctaſſet: quia tunc impedimentum ei non patrocinaretur

naretur, prout expreſsè dicit tex. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. Et quando dicatur ſe nimium arctaſſe, declarat gl. in c. cupientes. §. cæterum. gloſſ. 3. de ele. lib. 6. videlicet quando citatus confiſus eſt ſe poſſe in itinere vti duplomate, id eſt, excedere metam itineris limitatam, in l. 1. ff. ſi quis cau. Si verò adhuc ſupererat ſufficiens tempus punctualiter, putà citatus erat ad locum diſtantem per centum miliaria, & ſe arctauit vſque ad quinque dies. infra quos venire poterat, ſi ſuperueniat caſus fortuitus, vel aliud impedimentum, excuſabitur: quia habuit neceſsè diuinare caſum. Secùs ſi arctaſſet vſque ad quatuor dies, putans expedire quotidie vltra viginti milliaria, tunc enim diceretur ſe nimium arctaſſe: quicquid aliter dixerit Paul. de Caſtr. in d. §. quod diximus quem ibi reprehendit Alexand. Sed circa hunc articulum de impedito venire ad iudicium, adhuc occurrunt tres neceſſariæ & vtiles dubitationes. Prima vtrùm impeditus teneatur mittere procuratorem: de qua vide quæ ſcripſi ſuprà titulo de excep. procura. ſuper rubr. Secunda eſt, quibus modis probetur † impedimentum: quod impedimentum 40
dico quod ſi poſſit veriſimiliter probari per teſtes, tunc non ſufficit iuramentum, ſed debet euidentiſſimis probationibus edoceri, tex. in l. fi. §. illud. C. de temp. appellatio. Bald. Ang. Ludo. Rom. & modern. in d. §. quod diximus. Si verò impedimentum ſit tale, quod non poſſit veriſimiliter per teſtes probari, & non agatur de graui præiudicio, & concurrat qualitas perſonæ, tunc benè poterit probari per iuramentum, l. theſaurus. ff. ad exhiben. & l. final. C. de fide inſtrum. & ita procedit Bart. doctrina in d. §. quod diximus. quem ita declarant Paul. de Caſtr. & Iaſ. ibi: limitant tamen Bal. Lud. & Iaſ. ibidem procedere quóad conſequendam exceptionē: ſecùs quóad actionem conſequēdam. item intelligunt Bal. Ang. & moder. ibi, quòd pro eodem facto quis non admittatur ad probandum impedimentum per iuramentum, niſi ſemel, per text. ſingularem, in l. fin. in fin. ff. de bon. autho. iud. poſ. quem ad hoc dicit ſingularem Lud. Roman. in rub. ff. de arbi. Et huiuſmodi † priuilegium probandi impedimentum per iuramentum perdit ſemel periurus, per text. in 41
c. paruuli. 22. quæſt. 5. quem ad hoc pro nota, allegat Roman. in repe. l. admonendi. poſt princip. ff. de iureiurando, quem ſequuntur, Alex. & Iaſ. in d. §. quod diximus.

42 Tertia dubitatio ſit, vtrùm ſufficiat † probare caſum, qui impediuiſſet, niſi etiam probetur, quòd de facto impediuit venientem ad iudicium & comparentem, Bart. Ang. Ludo. Roman. Alexand. & Iaſ. in d. §. quod diximus. tenent, quod non. ſed oportet vtrunq; probari, puta quod de de domo receſſit, & peruenit ad flumen pro tranſeundo, & flumine impediente tranſire non potuit: adducit Bart. tex. optimum & ſingularem in l. qui commeatus. ff. de re mili. quem Angel. in d. §. quod diximus. dicit eſſe ſingularem. Et idem tenuit Bartol. in l. præſes. ff. de appellat. & Anton. de Bur. in c. cùm non liceat. de præſcriptio. & Panor. in c. ex tranſmiſſa. eod. tit. Et licèt Iul. & Pau. in d. §. quod diximus. teneant contra Bar. attamen opinio Barto. eſt communis, prout bis ibidem atteſtatur Iaſ. Ant. de Trem.

43 q *Plures.* Puta de muliere † grauida, quæ non comparendo contumaciam non incurrit, vt in eadem l. 2. §. ſi non propter. Quod limitant ibi ſcribentes, niſi eſſet grauida paucorum dierum, argumen. l. quæſitum. de re iudicata. Item non procederet in muliere ruſtica, quæ non obſtante grauiditate portat ſitulam & alia onera in capite, ſecũdum Fulg. & Iaſ. in d. §. ſi non propter. Et nedum excuſatur à contumacia mulier grauida, verumetiam poſt partum decumbens, vt dicit tex. in eod. §. ſi non propter. per quem ſcribentes ibi poſt gloſſ. & Bar. in l. prægnantis. ff. de pœnis. dicunt, quòd fauor conceſſus mulieri prægnanti præſtari etiam debet mulieri recenti à partu ſiue poſt partum decumbenti. cenſetur enim eo tempore durante valetudine detenta, vt dicit text. in d. § ſi non propter. Eſt autem huiuſmodi tempus decumbendæ poſt partum quadraginta dierum, ſecundum gloſſ. in d. l. prægnantis. quam ſequuntur ſcribentes vbi ſuprà, Anto. de Tremoliis.

r *Honeſtè.* Adde & de facili ſecundum Bald. in l. ſi locus. ff. de iudi.

ſ *Securè.* Puta ſine periculo perſonæ ſuæ propter inimicos, vt ſuprà in principio huius tituli. Adde vel propter peſtem ibi ſeuientem, vel aëris intemperiem: vt eſt tex. iuncta gloſſ. 1. in c. ad ſupplicationem. de renun. & gloſſ. in c. communis filius. 23. diſtinct. Bar. & ſcribentes in l. de ætate. ff. ad Trebellia. ſignanter Alexand. de Imol. limitans nota. poſt Io. And. & Ant. de Bur. in c. cùm dilecti. de dol. & contu.

niſi

niſi in loco vbi eſt † peſtis adhuc redderetur ius, & feriæ non 45
eſſent indictæ propter peſtem, vt plerunque fit Romæ: tunc enim peſtis non excuſaret à contumacia. licet Panor. ibi aliter diſtinguat. ſed præcedentem limitationem ſequuntur idem Alex. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. dicens, in 1. col. limitationem Io. And. eſſe ſingulare & Iaſ. in §. quod diximus. in 5. nota. ea. l. 2. Et de dicta Panor. diſtinctione circa complexionem citati dubitat Fely. in c. accedens. in 2. colum. quinto. verſic. ſexta concluſion. vt lit. non conteſt. Anton. de Trem.

t *Ex qua cauſa.* Iura per authorem hic allegata nil probat de hoc requiſito. Sed Specul. idem ſentiens in tit. de cita. §. 1. verſic. item quod in ea allegat ad hoc tria iura, c. 1. & fin. 5. q. 2. & l. 1. ff. de feri. Io. verò Andr. ibi poſt alia iura concordantia adducit, l. ex quacunq; cauſa. ff. ſi quis in ius vocatus non ier. & occaſione nacta adducit infinita, in quibus eſt cauſa exprimenda, ad quem ne inſtituti noſtri videar immemor te remitto. Pro abſolutione tamen, & quaſi quadam claue huius tit. quia in citationibus ſolet vt plurimum aſſignari dies numeratiuè, putà vt die quarta vel ſexta compareas: quæro vtrùm dies † aſſignationis termini computetur in 46
termino, in quo articulo omiſſis variis opinionibus ab Alber. de Roſa relatis in l. 1. ff. ſi quis cau. dicas, quo communis eſt opinio, quod nõ: ſed intelligatur de diebus proximè poſt diem aſſignationis ſequentibus. quam opinion. tenuerunt Iacob. Butri. Ray. Bart. Ang. & Paul. de Caſtr. Lud. Roma. & Iaſ. in d. l. 1. Ang. & Imol. in l. Gallus. in princip. ff. de liberis & poſthumis. ff. & idem Imol. & Domini. de ſancto Gemi. in c. frequens. de reſtit. ſpol. & dicunt Albe. & Fulgo. in d. l. 1. quod ita obſeruatur in palatijs, licet idem Ful. & Alexan. ibi teneant contrariam quam dicunt ſuſtentabiliorem & de iure veriorem.

Limita tamen ſecundum Bartol. Rom. & Iaſ. ibi niſi aſſignatio termini fieret per dictionem, hinc, vel ſimilem: vt quia dixit aſſigno tibi hinc ad decem dies: quo caſu dies aſſignationis benè computaretur in termino, per text. in l. placet. iuncta gloſſ. in verſi. abhinc. C. de ſacroſanctis eccleſijs: quem ad hoc dicit vnicum & ſingularem, Rom. in ſæpè dicta. l. 1. vbi latiùs potes videre Iaſ. in colum. fin. Ant. de Tremolis.

# De peremptorijs exceptionibus, & quemadmodum opponantur. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Peremptoria exceptio quid ſit, & vnde dicatur.
2 Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum.
3 Exceptiones peremptoriæ quæ ſint.
4 Exceptiones plures ſunt, quam actiones.
5 Actio quælibet dicitur quædam exceptio.
6 Exceptiones peremptoriæ opponi poſſunt ante lit. conteſt. & ſi omittantur, poſſunt obijci poſt: ante ſententiam tamen.
7 Exceptio eſt actionis excluſio: & vbi nulla eſt actio, nulla poteſt eſſe exceptio.
8 Exceptionem doli obijciens fundare dicitur actoris intentionem, niſi probet dolum.
9 Exceptionem vſucapionis, vel præſcriptionis opponēs, an videatur intentionem actoris confiteri.
10 Exceptio mixta quæ ſit, & quare mixta dicatur.
11 Agere inuitus nemo compellitur, niſi quando quis alium de ſtatu ſuo diffamat, vel de alio perſonæ iure agatur.
12 L. diffamari. C. de ingen. man. quomodo extendatur.
13 Studioſo recedere volente poteſt vnicuiq; agere volenti certus præfigi terminus, quo elapſo nemo audietur, quod non niſi cauſa cognita fiet.
14 Iudex non niſi bis monito ſilentium poteſt imponere.
15 Exceptio temporalis eſt, ſi actio temporalis competat iure ſpeciali contra ius commune.
16 Querela inofficioſi vt non niſi quinquennio filio agenti & voluntatem impugnanti durat: ita ipſo poſſidente & hærede ſcripto agente exceptio ſolo quīquennio eſt duratura.
17 Exceptiones ex perſona iudicis, actoris, procuratoris, ratio-

ratione reſcripti, loci, temporis, &c. competentes, ſunt dilatoriæ.

18 Peremptoria nunquam excludit proceſſum.

19 Reus definitiuè non niſi cauſæ principalis cognitione præcedente abſolui poteſt.

20 Doli mali exceptio qualiter competat.

21 Dolo malo agit, qui perſeuerat agere contra eum quem aut ſcit aut ſcire debet mero iure non teneri, vel exceptione tutum eſſe.

22 Exceptione doli mali pendente ſi ſoluatur an impediatur indebiti ſoluti repetitio.

23 Dolus dans cauſam contractui bonæfidei, eſt ipſo iure nullus: ſi verò incidat in contractum, ope exceptionis.

24 Dolus etſi dederit cauſam contractui vero, ſequuta tamen traditione transfertur dominium.

25 Exceptione doli contra quem detur, & an dolus defuncti noceat ſucceſſori vniuerſali aut particulari, & an dolus principalis noceat ei cui facta eſt ceſſio vel delegatio, remiſſiuè.

26 Exceptio doli non competit humili ſeu plebeio contra eum qui in dignitate eſt, nec vili contra hominem vitæ emendatioris, ſicut nec actio.

27 Sententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, effectus.

28 Iudex ſi in mortis articulo dicat ſe falſam tuliſſe ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, talis confeſſio ei pro quo lata eſt non nocet.

29 Præſumptio iuris, orta ex ſententia rei iudicatę, per probationem contrariam non infringitur, etiam per inſtrumenta de nouo reperta.

30 Inſtrumenta de nouo reperta, quando admittantur contra ſententiam in rem iudicatam tranſactam.

31 Sententia, ex probationibus non veris & priuilegiatis lata, nunquam tranſit in rem iudicatam.

32 Sententia antequam trãſeat in rem iudicatam, licet pro ipſa præſumatur, nõ tamen habet præſumptionem iuris, ſed probationem contrariam admittit.

33 Rei iudicatæ exceptioni oppoſitio quæ requirat.

34 Probatio contra iuſiurandum non admittitur in

contrarium, ſed eo oppoſito, quæritur, an iuratum ſit, & non an debeatur, idque in volũtario, non in neceſſario.

35 Iuramentum violentiam aut damnum paſſi, quomodo poſſit retractari.

36 Iuramentum litis deciſorium quatenus probatione cõtraria elidatur.

37 Iuſiurandum executionẽ habet paratam, ſi pro illa imploretur officium iudicis.

37 Iuramentum promiſſorium decidens litem præſentem, vel futuram habet executionem paratam, ſimpliciter autem habet vim nudæ pollicitationis.

39 Iuramentum facit oriri iudicis officium.

40 Iuramentum ſuum promiſſorium in futurum violans ad quas pœnas teneatur.

41 Exceptio quod metus cauſa eſt in rem ſcripta, non perſonalis tam ex parte opponentis quàm eius contra quẽ opponitur.

42 Metus cauſa exceptio poteſt contra patrem, patronum, & in dignitate conſtitutum opponi.

43 Pactum de non petendo an tollat ipſo iure naturalem obligationem, & ciuilem elidat, remiſſiuè.

44 Exceptio pacti de non petendo quomodo ſit obijciendа.

45 Exceptiones non numeratæ pecuniæ & dotis an & quomodo ſint peremptoriæ & perpetuæ.

46 Exceptio non numeratæ pecuniæ competit infrà biennium à die confeſſionis de mutuo recepto emiſſæ confitenti: eaque oppoſita incumbit creditori onus probandi numerationem, etiamſi aut iuramentum confeſſioni acceſſerit, aut exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntiauerit incontinenti.

47 Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ etiam incontinenti facta transfert in debitorem onus probandi non fuiſſe numeratam.

48 Pecuniæ non numeratæ exceptio quando non poſſit opponi.

49 Clauſul. habui & recepi, in priuata ſcriptura confeſſio tantùm, non etiam numeratio pecuniæ probatur.

50 Confeſſio à moriente facta de numerata pecunia præiudi-

iudicat exceptioni non numeratæ pecuniæ.

51 Confeſſio præiudicat ſtatim in alijs contractibus, ſed non in exceptione de non num. pecu. vt nec in Apocha, niſi poſt triginta dies.

Pecuniam non fuiſſe numeratam ſi quis poſt biennium velit probare, audiatur.

[illegible]tor à creditore qui infeſtatur, poteſt poſt biennium [illegible]pium iudicis officium implorare in locum deficientis exceptionis.

54 Exceptio non numeratæ pecuniȩ, ſi poſt biennium non admittatur, poteſt de dolo & fraude creditoris excipi, vt onus probandi in creditorem transferatur.

55 Leges fundãtes ſe ſuper fictione ſeu præſumptione non habent locum in foro conſcientiæ.

56 Dotis non numeratæ exceptioni marito competenti licet certa præfixa ſint tempora opponendi, non tamen tertio bona mariti poſſidẽti id ſtatutum eſt tempus, ſed vxori agenti hypothecaria incumbit neceſſitas probandi dotem fuiſſe numeratam.

57 Mulier quocunq; errore ſoluens, S.C. Velleiano repetit, filiusfamilias indebitè non ſoluens exceptione S.C. Macedoniani non eſt tutus.

58 Velleianum ſcientiam aut ignorantiam creditoris non curat indebito ſoluto, ſed tantum ne mulier damnum patiatur.

59 Velleiani exceptio quando generaliter locum habeat, & non habeat. & nu. 61.

60 Mulier quot modis dicatur intercedere.

62 Velleiani renuntiationem validat iuramentum, & excludit beneficium Velleiani.

63 Mulier intercedens pro ſuo marito etiamſi millies ratificet etiam poſt decennium, non ei nocebit: alioquin poſt biennium ſecundo priorem interceſſionem ratificans tenebitur.

64 Mulier pretium accipiens pro interceſſione quando amittat exceptionem Velleiani.

65 Mulier pro alio ſoluens quatenus teneatur.

66 Mulier intercedens in rem ſuam. Velleiano non iuuatur.

67 Velleianum non iuuat mulierem in promiſſione dotis

pro filia aut extranea, alimentum, & ad pias cauſas.

68 Creditor ſi non habeat regreſſum contra illum, pro quo mulier interceſſit, non iuuabitur illa Velleano.

69 Debitor principalis ſi non ſit ſoluendo, & mulier pro eo apud minorem fideiuſſerit, non iuuabitur illa Velleiano contra minorem.

70 Mulier, ſi ipſi à debitore, pro quo interceſſit pecunia ſoluatur, & perdat pecuniam, non iuuatur Velleiano.

71 Filiusfamil. ſi pecuniam à creditore mutuò acceptam adhuc ſaluam habeat, & ſuper ea conueniaturi, iuuabitur Macedoniani beneficio, niſi accepiſſet vt in rem patris conuerteret.

72 Macedonianum quibus caſibus non habeat locum.

73 Mutui recepti ſeu numerationis factæ tempus eſt in Macedoniano inſpiciendum.

74 Filiusfamilias, vt habeat Macedoniani beneficium, neceſsè eſt mutuum in numerata factum fuiſſe pecunia.

75 Macedonianum vt ceſſet in filiofam. ſufficit vel in rem patris conuerſam eſſe pecuniam, vel ea intentione mutuatam eſſe, & perierit.

76 Filiusfam. quandò iuſtè pro patrefam. haberi poſſit, vt ceſſet Macedoniani exceptio.

77 Solutione vnius partis debiti videtur altera pars agnoſci ſeu ratificari.

78 Pignoris datione vſque ad eius valorem recipitur debitum.

79 Ignorantia facti non amittitur Macedonianum

80 Pater ſi mutuum, quod filius ſe recepiſſe ſignificat, non improbat, ceſſat Macedonianum.

81 Filijfamil. habentes caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe peculium, præſumuntur in dubio in illam cauſam accipere mutuum.

82 Sumptus neceſſarij ſtudiorum cauſa in Macedoniano qui dicantur.

83 Filiusfam. ſi acceperit mutuum, vt ſe ab antiquo debitore liberaret, quem nulla exceptione poterat excludere, ceſſat Macedoniani beneficium, non autem ſi haberet exceptionem aliquam.

84 Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum.

85 Lex ciuilis ratione præſumpti delicti aliquid ſanciens, quod æquum videatur, in foro conſcientiæ ſeruanda eſt.

86 Præſcriptionis exceptio ex oppoſitione an ſit perēptoria an dilatoria.

87 Exceptionis prĕſcriptionis quæ ſit inter ius Canonicum & ciuile differentia.

88 Bona fides vſque ad conſummatam præſcriptionem de I. Canon. requiritur, ſed de I. Ciuil. in principio interueniſſe ſufficit.

89 Præſcriptio 30. vel 40. annorum quam habeat de I. Ciuili & Canonico differentiam.

90 Præſcriptio priuati contra eccleſiam aut Eccleſiæ contra Eccleſiam, aut Eccleſiæ contra priuatum, & priuati contra priuatum quando procedat.

91 Titulus in longa præſcriptione non eſt neceſſarius, ſi adſit bona fides: niſi ius commune reſiſtat.

92 Tempus immemoriale habetur loco tituli, & quomodo probetur.

93 Poſſidentis incapacitas nullo temporis lapſu ſanari poteſt.

94 Laicus quantocunque tempore collationis beneficiorum actum exerceat, non tamen ius conferendi non præſcribit.

95 Poſſeſſio præſcripta quomodò probetur.

96 Alienum non eſt, quod iure poſſidetur.

97 Actioni perſonali non præſcribitur.

98 Seruitutes quomodo præſcribantur.

99 Præſcriptio ſeruitutum continuarum in rebus Eccleſię, & iuribus ſpiritualibus quando procedat.

100 Diſcontinuæ ſeruitutes quomodo præſcribantur.

101 Titulus quādo probetur ex vſu ſeruitutis, ſeu quaſi poſſeſſione.

102 Seruitutum præſcriptio requirit ſcientiam & patientiam illius, contra quem præſcribitur: ſecùs incorporalium præſcriptione, quæ etiā contra ignorantē procedit.

103 Seruitutum negatiuarum præſcriptio quid præ cæteris exigat.

104 Perſonales ſeruitutes quomodo præſcribantur.
105 Actiones perſonales quomodo præſcribi poſſint, & quæ ſit in his & Ciuilis & Canon. differentia.
106 Pœnales actiones quanto tempore præſcribantur.
107 Criminales actiones quo temporis ſpacio præſcribi poſſint.
108 Homicidij non poteſt quis poſt 20. annos accuſari.
109 Temporis diuturnitas quandoq; releuat, quandoq; tollit pœnam ciuiliter.
110 Actio ciuilis & criminalis cùm oriatur ex delicto, eodē tempore, quo tollitur ciuilis, tollitur & criminalis. & quare.
111 Officio iudicis quo tempore præſcribatur.
112 Iudicis officium, vt cataſtrum emendet, implorandum eſt intra annum, vt & in feudo alienato.
113 Hypothecariæ actioni quo temporis lapſu preſcribatur, & quæ ſit iurs Ciuil. & Canon. differentia.
114 Iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, vt litis conteſtatio.
115 Dotales res an & quando poſſint alienari.
116 Emptio præſumitur, vbicunq; pretium eſt, quòd verò rei valori reſpondeat.
117 Fundi dotalis æſtimatio quando conſtituat emptionē.
118 Alienatio quando non obſtante iuramento reuocari poſſit à viro.
119 Mulier ſi fundum dotalem alienet, ſoluto matrimonio, per mortem viri conſolidatur alienatio.
120 Exceptionem nec in ſcriptis dari nec in ea concludi neceſsè eſt.
121 Exceptiones peremptoriæ regulariter litis ingreſſum in principali negotio impediunt, & quando non. & num. 126.
122 Exceptio rei finitæ quid ſit, & litis ingreſſum impediat. & nu. 125.
123 Exceptiones facti ſeu intentionis quando ſint opponendæ.
124 Exceptio quandò altiorem dicatur requirere indaginem.
127 Exceptio litis conteſtationem impediens ſui natura, ſi ante litem cōteſtatam à Reo ad proceſſum opponatur, & in

& in ea ſuccumbatur, an eadem poſſit opponi ad merita cauſæ poſt litem conteſtatam.

128 Peremptoriæ exceptiones quamdiu opponantur.

129 Accuſatus quandocunque admittitur ante ſententiam, etiamſi expreſsè omnibus defenſionibus renuntiauerit.

130 Exceptio non admittitur poſt ſententiam, quę tranſiuit in rem iudicatam, ſi eidem repugnet.

131 Minor quãdo reſtituatur aduerſus omiſſam peremptoriam exceptionem, & quando non.

132 Dilatoria vel declinatoria fori omiſſæ in prima inſtantia, non poſſunt opponi in cauſa appellationis, etiam ante litis in ea conteſtationem.

133 Excipiens an & quando videatur fateri intentionem agentis.

134 Exceptionem ſolutionis objjciens nõ fatetur debitum, nec dicens ſe abſolutum, excommunicationẽ, nec veniam petens, delictum. & nu. 136.

135 Promiſſio turpitudinem continens nec ciuiliter obligat nec naturaliter: vt & ipſa quæ ex turpi cauſa fit.

137 Dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris, valet cõtractus, ſed bonę fidei nullus eſt contractus.

138 Contractus metu initus valet, ſed reſcindi poteſt, niſi in dote.

*SVpereſt, vt ad peremptorias tranſeamus : vnde videndum eſt, quid ſit peremptoria exceptio, & vnde dicatur, & quando peremptoriæ ſint opponendæ, & quibus temporibus ſint probandæ : & à quibus perſonis poſſint opponi : & contra quos : & vſque ad quæ tempora, & quot ſint peremptoriæ, & quales, & qualiter ſiue quibus verbis ſint proponendæ.*

† *Peremptoria exceptio eſt, quæ ſemper agenti obſtat, etiamſi ſteterit per mille annos, quòd non conuenerit ipſum Reum: nec enim eſt in poteſtate Rei, quando conueniatur* [a], *vt d. de dol. excep. l. purè. §. final. & C. de dila. l. ſi quando.* 1 a

 † Et

2 † Et dicuntur perpetuæ, etiamſi actio, quæ per eas eli-
b ditur, fuerat temporalis [b]: quia quæ ſunt temporalia ad a-
gendum, perpetua ſunt ad excipiendum, vt ff. de excep. l. 3.
in princip. & C. eod. titul. l. licet. Et dicitur peremptoria à
c perimendo: quia rem [c], de qua agitur, perimit, vt Inſti. de
except. §. appellantur. & ſic dicitur peremptorium à peri-
mendo, vt ff. de iudi. l. & tertium. Congruentius eliſoriæ
vocari poſſunt, quia non perimunt, ſed elidunt.
3 † Peremptoriæ exceptiones ſunt, exceptio doli mali [d].
d Rei iudicatæ [e]: Iuriſiurandi [f]: Exceptio quod metus [g]
e f cauſa, pacti de non petendo [h], quando conuenit ne omninò [i]
g pecunia petatur, vt Inſti. de excep. §. appellantur. & ff. de
h re iudi. l. poſt rem iudicatam. & ff. de excep. l. exceptiones.
i §. rei.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis.
k l Iſtæ duæ ſunt peremptoriæ [k], non perpetuæ, ſed ad tempus [l],
m & anomalæ [m] dici poſſunt.

n Exceptio Velleiani [n], & Macedoniani [o], & generali-
o ter præſcriptiones [p] & vſucapiones ſunt peremptoriæ exce-
p ptiones: & exceptio iuſti dominij: & quæ competit, eò quòd
q quid dicitur eſſe factum contra legem [q], vel ſenatuſconſul-
ta, vt ff. de except l. 3. 1. reſponſ. † Et in ſumma plures
ſunt exceptiones, quàm actiones: quia non inuenies nec a-
ctionem, nec interdictũ, quod aliquam vel aliquas nõ habeat
exceptiones.

r Et ſubtiliter intuendo, omnis actio eſt exceptio [r]: & a-
ctore poſſidente actio poteſt obijci in modum exceptionis, vt
ff. de ſuperfic. l. 1. §. quod autem. & ff. de inoffic. teſtam. l.
Papinianus. §. ſi filius. & ff. ex quib. cau. ma. l. nec nõ. §. exẽ-
plo. Iſtarum & ſimilium naturam conſideret aduocatus:
quia ex his quædam ante litem conteſt. & poſt litem conteſt.
vſq; ad ſententiam opponi poſſunt, quædam etiam poſt.

† Et

† *Et regulariter dico, omnes peremptorias exceptiones opponi poſſe ante litem conteſtatam* [f], *& omiſſas poſſe obÿci poſt litem conteſtatam, ante ſententiam* [t] *tamen, vt C. ſen. reſcin. non poſ. l. peremptorias. poſt ſententiam verò non auditur opponens eas, niſi per in integrum reſtitutionem, vbi quis eſt minor 25. annis* [v]. *vel maior à ſententia appellauit* [x]. *Et hoc procedit in iudicio tam ciuili quàm criminali, vt in prædict. l. peremptorias. & ff. de mino. l. minor 25. annis omiſſam. & ff. de re iudica. l. poſt rem iudicatam. & ff. ad l. Iul. de adul. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. Exceptis illis certis exceptionibus, quæ poſt ſententiam opponuntur. quæ quales ſint in ſequentibus apparebit,* 6 f t v x

*Animaduertat* [y] *igitur aduocatus rei, & ſi confidat actorem deficere in ſua intentione, nō proponat exceptionem. C. de excep. l. ſi quidem. in princip. ſed ſicut de facto agitur, ſic de facto excipiat, & tunc magiſtraliter appellatur exceptio intentionis: nam de facto agitur, & de facto excipitur. vt C. de tranſ. vbi pactum. & C. de contrahen. & commi. ſtip. l. nuda. vt quando agitur ex promiſſione, turpitudinem continente* [z], *vel ex ea cauſa, ex qua actio non datur* [a], *vt ff. de verb. oblig. l. generaliter. & l. ſtipulatio hoc modo concepta. & ff. quæ. re. acti. non datur. l. 1. §. quæ oneranda. & ff. de aleæ. lu. & ale. l. 1. 1. reſpon. licèt ſine actione nemo experiatur* [b], *vt ff. de admi tut. l. quoties. §. item ſi temporali. & ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. fi.* † *Nec enim exceptio tunc propriè dici poteſt: quia exceptio eſt actionis excluſio, vt ff. de except. l. 2. in princ. & Inſtit. eod. titu. in princ. ergo vbi nulla eſt actio, nulla exceptio locum habere poteſt. Eſt enim valdè periculoſum opponere peremptoriam exceptionem purè, ſicut extra de appell. cùm cauſam, quia purè opponendo eam, actoris fundat intentionem* [c], *& niſi obiectam exceptionem poterit comprobare, condemnabitur petitori, vt ff.* y z a b 7 c

*de proba. l. in exceptionibus. 1 reſpon. licèt hoc fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis: in quibus obiectis legitimè & intra legale tempus non incumbit neceſsitas probandi opponenti, vt C. de non nume. pe. l. 1. & l. ſi ex cautione. & C. de dot. cau. l. 1. in fin. & Authen. quod locum. Si verò de actoris intentione dubitet aduocatus rei, intentioni ſiue petitioni actoris faciet clientulum aliter reſpondere in perſonali, & aliter in reali. In perſona-*

d *li, ſic non credit [d] reus actori aliquid debere: Et ſi oſtendetur, ex nunc opponit exceptionem pacti de non petendo, vel rei iudicatæ, vel aliquam aliarum, quam exiſtimat competere. Similiter faciet in reali, quia dicet reus, Non credo me teneri ad reſtituendum id, quod à me petis: & ſi oſtenderis rem, quam petis, eſſe vel fuiſſe tuam, obijcio exceptionem pacti de non petendo, vel præſcriptionis, vel vſucapionis, vel aliam peremptoriam, quem viderit competere. Et quod iſta ſit conditionaliter opponenda probatur, C. de excep. l. ſi quidem. ver. vlt. et ita illa l. aurea eſt intelligenda. ff. de excep.*

e *l. non vtique [e]. Vbi autem purè opponitur peremptoria, non*

f *fiet litiscon. [f] principaliter ſuper actoris intentione, ſed ſuper exceptione. quia actoris intentionem videor fateri, & fundata eſt intentio petitorij per meam peremptoriam purè*

g *obiectam, niſi eam probauerim [g] manifeſtè, vt ff. de rei vendi. d. l. officium. & ff. de confeſſ. l. certum. §. ſed ſi fundum. Quod etiã apparet in eo, qui per dolum, vel machinationem eſt obligatus, vel aliter, quàm crederet, vt C. de inuti. ſtipu.*

h *l. dolo. & ff. de verb. obli. l. ſi quis cùm aliter. [h] † Nam ob-*

8 *ijciendo exceptionem doli videtur fateri ſe obligatum, & per hoc fundat actoris intentionem, niſi in promiſsione machinationem vel dolum probet interceſſiſſe, vt ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. licèt hoc fallat in re promiſſa per me-*

i *tum, ex qua promiſsione nulla actio [i] oriri poteſt, vt ff. quod met.*

*met.cau.l.ſi mulier.§.ſi dos. † Opponendo tamen vſuca-
pionis vel præſcriptionis exceptionem non videor confiteri a-
ctoris intentionem: quia dico iuſtum titulum à non domino,
quem putaui dominum, me habere, & me bona fide per tri-
ennium continuum vel decennium poſſediſſe, quæ in vſuca-
pione & longi temporis præſcriptione requiruntur, vt Inſtit.
de vſuca. in princi. & C. de vſuca. transfor. l. vnam. in tri-
cenaria non exigitur poßidenti titulus [k] ſine cauſa, vt hæc* k
*notantur. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. ſi quis emp.
Multum ergò expedit, ſi peremptoria conditionaliter oppo-
natur: quia actor non poterit obtinere, niſi fundata intentio-
ne: nec ea fundata, ſi obiectam reus probauerit exceptionẽ.
Sed in purè obiecta vincet actor, ſi per eum obiecta exceptio
non probetur, vt prædixi. [l] † Eſt & exceptio, quam mix-
tam denominamus, eò quod poteſt eſſe perpetua & tempora-* 10
*lis, vt ff. de condi. indeb. l. ſufficit. Et conſulimus aduocato,
quòd eam proponat ante litem conteſt. [m] Sed quid ſi reus,* m
*cui peremptoria competebat, ſimpliciter negauerit ſe tene-
ri, omiſſa tunc exceptione, nunquid poſt litem conteſt propo-
nere eam volens, erit audiendus? argu. quod non. in Auth. de
de trien. & ſemi. § ſtudium. & C. de non nu. pec. Auth con
tra qui propriam. & ff. pro ſo. l. ſi vnus. § ſi. & ff. de re iudi.
l. ſed hoc ita. §. ſi. [n] Puto contrarium [o], vt C. ſen. reſcin. non* n
*poſ. l. peremptorias. Eleganter tamen facit aduocatus, ne in* o
*ea proponenda contrarius ſibi videatur, ſi proteſtari faciat
ipſo reo, quod de nouo ad eius notitiã peruenit exceptio me-
morata, ne iudex reum mendacem iudicet, vel reputet va-
riatorem, & propter hoc de cætero fidem non adhibeat dictis
ſuis, eò quod ſimpliciter negauit, & excipiendo videtur po-
ſteà fateri, vt ff. de ven. inſpi. l. 1. circa prin. & ff. de inter.
act. l. de ætate. §. ex cauſa. & arg. ff. de iureiur. l. ſi duo pa-
troni. l. reſpon. et arg. ff. de re mili. l. nõ omnes. §. à barbaris.*

Quando

a QVando conueniatur. Hoc immò eſt, quia nemo † in-
11 uitus agere compellitur, l. vna. C. vt ne inui. agi. com-
pella. Verùm quia certis caſibus quis agere compelli-
tur, ita eiſdem caſibus in rei erit poteſtate quando conuenia-
tur, vel actori ſilentium perpetuum imponetur. Putà, quan-
do quis aliū diffamat de ſtatu, vel de alio iure perſonæ: quia
debet iudex diffamanti terminum ſtatuere ad agendum, quo
elapſo ei ſilentium imponet, per text. in l. diffamari. C. de in-
ge. manu.

12 Quæ lex procedit † nedum in diffamante aliquem de ſta-
tu ſuo, vel iure perſonæ, in quibus terminis loquitur: verùm
etiam in omni diffamante ex quacunq; cauſa ciuili ſiue pe-
cuniaria, prout ſentit Specu. in tit. de empt. & vendit. §. nunc
dicendum eſt. verſic. vlti. nota. ex tribus ſequen. & Bart. in l.
Titia. ad fin. ibi, vel petam à te talem poſſeſſionem. ff. de ac-
cuſa. & Bald. expreſsè in Authen. ad hæc. colum. fina. verſic.
quæro ſi ego. C. de vſur. & voluit Imol. in l. de pupillo. §. ſi
is cui. ff. de noui oper. nuncia. & Pau. de Caſt. in d. l. vna. dum
exemplificat, quia me diffamas quod ſum debitor tuus. &
Iaſ. apertius in l. 2. colum. 6. verſi. ſecundum fundamentum.
ff. de re iudi. Et idem dicas in criminalibus, per tex. in d. l. Ti-
tia & in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ.

Alius caſus eſt in forenſi, qui vellet recedere, putà poteſta-
13 te, finito † ſtudio vel ſcholari finito ſtudio: quia per iudicem
poterit præfigi terminus cuilibet agere intendenti. quo ela-
pſo amplius non audietur, gloſſ. & Dd. in d. l. vna. Secùs ta-
men eſſet in habente domicilium licèt receſſuro, ſecundum
Pau. de Caſtro ibi.

Aduerte tamen, quia huiuſmodi præfixionem termini
iudex facere non debet, niſi cauſa cognita, alias poſſit appel-
lari. & per appellationem reſcinderetur. Ita tenet Barto. ex-
preſsè in d. l. Titia. colum. fi. & ibi Alex. in addi. ad eum.

14 Secundò aduerte, quia iudex † nunquàm per ſuam ſenten
tiam poteſt ſilentium imponere non agenti, niſi prius ei, cui
vult ſilentium imponere facta bina monitione. de qua actis
curiæ conſtet per gloſſ. ſingularem in Auth. de hæred. & Fal-
cid. §. ſi quis autem nō implens. in ver. admonitus. vbi etiam
Ange. colla. 1. quem dicit ſingularem Alexan. de Imo in ad-
di. ad Bart. in d. l. Titia. & Ang. Aretin. dicit eam ordi. in rub.
de exceptio. inſtitu. colum. 23. dicens perpetuò menti tenen-
dum.

dum. Alios caſus in quibus ratione officij quis cogitur a ge-
re, vide per gloſſ. in d. l. vna.

b *Fuerat temporalis* hoc ſanè intellige, niſi illa †actio 15
temporalis competeret iure ſpeciali contra ius commune.
quia tunc tantum duraret exceptio, quantum actio, per text.
in l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de inoffic. teſtamen. vbi, ſicut † 16
querela inofficioſi non durat niſi quinquennio filio agenti
& impugnanti voluntatem defuncti ordinatam, ſecundum
ius commune: ita ipſo poſſidente & hærede ſcripto agente,
filio competit exceptio ſolo quinquennio duratura, ita not.
voluerunt Ioan. Fab. & Ange. Aret. in §. appellātur. colum. 1.
Inſt. de excep. per dictum. §. ſi filius. & per l. nam & poſtea. §.
ſi minor. ff. de iureiuran. & per no. per Bar. & Dd. in l. quam-
diu inſtitutus. ff. de acquir. hæred. Anto. de Tremo.

c *Quia rem.* Vel vnam de tribus perſonis, ſine quibus iudi-
cium non ſubſiſtit, iuxta c. forus. de verb. ſignific. ſecundum
Innoc. in c. cùm veniſſent. de inſtitu. quem ſequuntur Bald.
& Salic. in l. peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſ. & Ang.
Aret. in §. appellantur. in prin. & colum. 19. Inſt. de exceptio.
quod non puto verum, quia cùm à primordio operis author
tractauerit de exceptionibus contra perſonas etiam ſubſtan-
tiantes iudicium, & nunc ſpecialiter tranſeat ad peremptorias, ſatis innuit, quòd illæ non ſint peremptoriæ. Item text.
in l. 2. §. fi. ff. de excep. & in §. fin. Inſt. eod. dicit exceptionem
procuratoriam, putà, tu non potes eſſe procurator, eſſe dilatoriam. Nec videtur, cur magis ſit peremptoria illa, tu non
potes eſſe iudex. igitur &c. Præterea Spec. titu. de except. §. 1.
verſ. dilatoriarum. apertè vult, †exceptiones competentes 17
ex perſona iudicis, actoris, procuratoris, ratione reſcripti, loci, temporis &c. eſſe dilatorias, quæ propriè declinatione iudicij nuncupantur, Et contrarium tenet clarius Pau. de Ca.
in d. l. 2. § fin. dicens ſic item dilatoriæ quædam ſunt declinatoriæ iudicij, vt ſint illæ quæ opponuntur contra perſonas in
iudicio conſiſtentes, & exemplificat de procuratore, actore,
& iudice. Ad idem benè facit quod voluit Bald. in l. exce-
ptionem. colum. fi. C. de probatio. quod peremptoria †nun- 18
quam excludit proceſſum, cùm ad hoc opponatur, vt reus
diffinitiuè abſoluatur. Sed non poteſt diffinitiuè †abſolui 19
non procedente cognitione cauſæ principalis. Sed exceptiones contra perſonas ſubſtantiantes iudicium excludunt, &
impedi-

impediunt proceſſum, igitur non ſunt dicendæ peremptoriæ. Anto. de Tremo.

20 d *Doli mali.* Aduerte diligenter, quod hæc exceptio † nõ ſolùm competit, quãdo à principio dolus dedit cauſam contractui, vel incidit in contractum, vel quando dolus poſt contractum committitur, vt in caſib⁹ l. ſi opera. ff. de doli excep. verùm etiam quando quis agit ex contractu inutili, & ſic ſine actione, vel cum actione contra illum, qui eſt tutus aliqua exceptione, vel æquitate: quia etiam hoc caſu competit aduerſus talem ſcienter agentem exceptio doli, quæ oritur, quàm primum ipſe agens eſt litem conteſtatus, per text. in l. 2. §. circa primam. & l. qui æquitatem. ff. de do. except. dolo † enim malo facere videtur perſeuerando agere contra il-
21 lum, quem ſcit, vel ſcire debet, non teneri mero iure, vel exceptione aliqua tutum. Et ideò dicit text. in ea. l. 2. §. & generaliter: quod exceptio doli ſubrogatur in locum cuiuslibet alterius exceptionis, & ponunt Barto. & Modern. in l. qui ſe debere. ff. de conditio. cau. da. cau. non ſe.

Et licèt gloſſ. & Barto. in l. qui exceptionem. in princip. ff. de condi. indeb. & Bart. in l. damus. & in l. in ſumma. eod. titu. & gloſſ. in l. 2. C. quod met. cau. & gloſſ. magiſtra. quæ in ſua materia non reperitur alibi in d. l. qui ſe debere. gloſſ. 1. quam ibi ſequuntur Barto. Bald. & ita eam appellat Bald. ibi in lect. anti. & Angel. & Imol. in l. ſi quis cùm aliter. ff. de
22 verbor. oblig. voluerunt, quod † quando exceptio doli competat à primordio contractus, putà quia dedit cauſam contractui, vel incidit in contractum, quòd ſoluens indebitum per errorem non repetat, secùs ſi competeret ex poſtfacto, vt quando quis agit ex contractu inutili, vel contra illum, qui eſt tutus exceptione aliqua, vel æquitate, quòd eo caſu benè repetat. Attamen ipſemet Bartol. loquens de exceptione quod metus cauſa, in d. l. 2. C. quod met. cau. voluit contrarium, per verbum, pro nunc. Et contrarium tenent expreſſe Cyn. Bald. & Modern. ibi & Chriſt. de Caſtil. Fulgo. Paul. Alexand. & Iaſ. in d. l. qui ſe debere. Ioan. de Imo. Raph. Cuma. Paul. Ro. & Modern. in d. l. ſi quis aliter. & moderniores in dicta l. qui exceptionem tenentes indifferenter, quòd etiam tutus exceptione doli à primordio contractus competente ſiue orta, ſi ſoluat per errorẽ, indebitum poterit repetere, ſicut ſi competeret ex poſtfacto, per generalitatem

d. l. qui

d.l. qui ſe debere. Et ideo Iaſ. ibi ſatis præcipitanter concludit, quòd in nulla exceptione doli, ſi ſoluatur, impeditur repetitio.

Et ad l. qui exceptionem in contrarium facientẽ reſpondent, quòd loquitur de exceptione doli merè odioſa inducta contra naturalem æquitatem ex quodam iuris rigore. & vbi ſoluens tractabat de lucro, putà de illa, quæ ſuccedit in locum exceptionis Macedoniani. quibus omnibus concurrentibus benè impeditur repetitio per illum text. alias non. quod tene menti.

Benè eſt verum, quod diſtinctio prædictarum gloſſar. & ſequacium, an doli exceptio fuerit orta à primordio contractus vel ex poſt facto, ex eo, quòd aliquis litem conteſtatur contra illum, qui eſt tutus aliqua exceptione, poſſet procedere in exceptionibus perpetuis & fauorabilibus, vt videlicet quando exceptio eſt fauorabilis, & perpetua, & competit à principio contractus, eo caſu detur repetitio indebiti ſoluti, vt in exceptione Velleiani, per text. ſingularem ſecundum Bartol. & alios ibi in dicta l. qui exceptionem. Secùs verò, ſi non à principio, ſed ex poſtfacto appoſita facto hominis, vt in exceptione compenſationis, per l. qui inuicem. ff. de condi. indeb. Ita concludunt Modern. in d. l. qui exceptionem. poſt Bartol. & alios in l. ſi cùm dos. ff. rer. amotar. & Bald, & Imo. in l. ſi pater ignorans. ff. ſolut. matrimon.

Et licèt ſuprà æquiparauerim duos caſus, quando dolus dedit cauſam contractui, quando incidit in contractum: attamen in alio iſti caſus multum differunt: quia quãdo † do- 28
lus dat cauſam cõtractui bonę fidei eſt ipſo iure nullus: quando verò incidit in contractum, ope exceptionis, l. & eleganter. in princ. ff. de do. & alibi ſæpè per Dd. Et priore caſu dicitur exceptio facti ſeu intentionis, quæ eſt impropria exceptio: cùm actionem non excludat, gloſſ. & Dd. in d. l. qui ſe debere. ſecundo verò caſu exceptio doli habet effectum iuris, & eſt propriè exceptio, id eſt actionis excluſio.

Aduerte tamen, quòd quantumcunque contractus † bonæ fidei, cui dolus dedit cauſam, ſit ipſo iure nullus, attamen ſequuta traditione ex ipſo contractu, transfertur dominium, text. eſt in d. l. & eleganter. §. 1. & gloſſ. nota in l. apud Celſum. §. de autoris. ff. de do. except. Non ſic tamen in con-

tractu

tractu ficto & ſimulato, in quo ſequuta traditio non operatur translationem dominij, per tex. ſingularem in l. emptor. vbi Barto. & alij. ff. de aqua plu. arcen. quem ad hoc dicit ſingularem Ang. Aret. Inſtit. de except. in princ. colum. 4. Con-
25 tra quem † autem detur exceptio doli: & an dolus defuncti noceat ſucceſſori vniuerſali vel ſingulari: & an dolus principalis noceat ei cui eſt facta ceſſio vel delegatio: & alia multa circa materiam, vide per Ang. Are. vbi ſuprà. Non tamen hic inſerere omittam vnum perpetuò menti tenẽdum, quod
26 hæc doli † exceptio non competit humili ſiue plebeio contra eum, qui poſitus eſt in dignitate nec vili contra hominem vitæ emendatioris ſicut nec actio, per text. ſingularem in l. non debet. ff. de dol. quem dicit ſingulariſſimum Ang. Aret. in d. prin. colum. 15. Anto. de Tremo. I. V. Doct.

e *Rei iudicatæ*. Res enim iudicata pro veritate eſt, dicit text. in l. res iudicata. de regu. iur. ff. Et ex ſententia quantum ad ipſos litigantes fit ius, poſtquàm in rem tranſiuit iudicatam, dicit text. in c. cùm inter vos. de re iudicata.

Vnde glo. ſingularis, & melior de iure in l. ſi non ſortem.
27 §. hæredi: glo. fi. ad fin. ff. de condi. indebi. voluit, quòd † ſententia quæ in rem tranſiuit iudicatam, eſt tanti effectus tantæq; autoritatis, quod facit de non ente ens, & de ente non ens, & de non hærede hæredem. per quam gloſſ. ita dicit Iaſ. in l. Iulianum verum debitorem. col. 2. illo titu. & in rubr. ff. de re iudic. in 1. colum. & per illam gloſſ. dicebat Bald. quem etiam refert. vbi ſupr. idem Iaſ. in c. in præſentia. de renun. quod ſententia iudicis, & ſi nõ eſſentialiter, effectualiter tamen mutat verum in falſum, & falſum in verum. Et idem Bald. in c. noſti. de elect. dicebat per illam gloſſ. quòd ſententia iudicis, in rem iudicatam tranſacta, facit de albo nigrum, & de nigro album. Pro quo facit text. ſingularis in l. 2. §. fin. & l. ſequen. in princ. ff. de libe. agno. vbi ſententia facit de nõ filio filium, & de non conſanguineo conſanguineum. quem text. fecit ſingularem Bald. in c. nihil eſt. colum. 4. de elect.
28 Plus dico, quod † etiam ſi iudex qui tulit ſententiam pro Titio. quæ in rem tranſiuit iudicatam, diceret in mortis articulo ſe falſam tuliſſe ſententiam, vel per pecuniam, tamen talis confeſſio Titio non præiudicaret, per text. ſingularem in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Sillan. quem ibi ponderant Bart. & Dd. Per quem text. idem in teſte dicente in

mortis

mortis articulo ſe falſum depoſuiſſe, quòd ſibi non credatur in prçiudicium eius, pro quo depoſuit, tenet Bald. in Authen. ſi dicatur. verſi. quid ſi teſtis. C. de teſti. Et illum tex. dixit ſingularem Do. Ny. Boe. in tit. de iuriſdi. omn. iud. §. 13. in conſue. bitu. Et procedit etiam ſi talis iudex moriens recepiſſet corpus Chriſti. quia adhuc ſibi non credetur, cùm alleget turpitudinem ſuam in præiudicium tertij, ita Bald. per textum præallegatum in tit. de pace Conſtan. in verſ. vaſalli noſtri. ad finem: quia vt idem Bald. inquit, non omnis moriens eſt Ioannes Euangeliſta. licèt morienti in præiudicium ſui & hæredum benè credatur, putà quod dotem tantam receperit, per gloſſ. ſecundum eum ſingularem in l. 1. C. de falſa cauſa adiecta lega. quem in hoc ſequitur Alexan. in addi. ad Bart. in l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecu. pro ſententia enim præſumitur. & quantum ad rectitudinem, poſtquàm ab ea non eſt appellatum, d. c. cùm inter. ſecundũ Inno. & Dd. in c. bonæ. in 1. de electio. etiam ſi iudex, qui illam tulit, eſſet vnus Ribaldus, ſecundum Bald. in c. ſicut nobis. de re iudic.

Immò fortius ex ſententia † in rem iudicatam tranſacta oritur præſumptio iuris, & de iure quod ita ſit, vt in ſententia continetur. contra quam præſumptionem non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem partis, pro qua fuit lata, ſecundum Bart. & Moder. in d. l. Iulianus. verum & Bald. in l. cùm quis. colum. mihi quarta. verſic. ego teneo. C. de iur. & fac. igno. 29

Et eſt de hoc gloſſ. ſingularis & non alibi in Authen. de æqua. do. §. aliud quoque. in verſic. ſcribat. colum. 8. quam dicit non eſſe alibi Bald. in Authent. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt. & ibi illam ſequuntur Dd. & illam dicit reputari ſingularem Alexand. in l. 1. §. ſi is qui quadringenta. ff. ad Trebellian. & ibi etiam Modern. illam ſequuntur.

Et vſque adeò reſpuit probationem in contrarium, ita vt nec per inſtrumenta de nouo reperta admittatur probatio in contrarium, per text. in l. imperatores. ff. de re iudi. Etiam in criminalibus, ſi de innocentia condemnati conſtaret per inſtrumenta de nouo reperta, niſi ex diligentia Principis, per text. menti tenend. & de quo nõ obliuiſcaris, ſecundum Bar. ibi in l. diui fratres. ff. de pœnis. In caſibus tamen ſpecia-

30 libus contra † ſententiam in rem iudicatam tranſactam admittuntur inſtrumenta de nouo reperta, putà in cauſa rei publicæ, pupillorum eccleſiæ, furioſi, & prodigi. de quibus per tex. gloſſ. Bart. & Moder. in d. l. imperatores. & vbi dolus eius, pro quo fuit lata ſententia interueniſſet, per text. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. manda.

Et ſimiliter admittuntur inſtrumenta de nouo reperta, vbi ſententia eſſet lata prætextu iuramenti neceſſarij, & probationis priuilegiatæ: quia contra talem benè admittitur probatio in contrarium, eo quia propriè talis ſenten-
31 tia † ex probationibus non veris & priuilegiatis lata nunquàm tranſit in rem iudicatam, vt eſt text. ſingularis & peregrinus ſecundum Ludo. Roma. ibi in l. admonendi. ff. de iureiur. Et idem in caſu, quem ponit gloſſ. ſolennis. & nota. multum ſecundum Iaſ. ibi in 9. colum. in d. l. Iulianus. verùm gloſſ. 1. vult, quando reus eſſet abſolutus, ex eo quia non fuerat probatum contra eum: ſi poſteà reperiantur inſtrumenta, vel aliæ probationes, poterit de nouo agi, non obſtante ſententia abſolutoria, à qua non fuiſſet appellatum, licèt ſecùs ſi fuiſſet abſolutus, ex eo quia non erat debitor, vt per Modern. Dd. ibi. Et adde, quod vſque adeò ſententia, quæ in rem tranſiuit iudicatam habetur pro veritate, vt nec contra tutum exceptione rei iudicatæ habeat locum denunciatio euangelica. De quo tamen vide Modern. ſignanter Domi. Felin. facientem tres concluſiones in c. no-
32 uit. colum. 4. de iudic. Antequàm autem † tranſiuerit in rem iudicatam, licèt pro ipſa ſententia præſumatur tam pendente appellatione, per text. in c. in præſentia. de renuncia. quam etiam pendente tempore ad appellandum, per text. ſingularem in l. propter veneni. §. fina. vbi Barto. ff. ad Sillan. quem text. pro ſingulari ad hoc allegabat præceptor Felin. vt ipſe refert in c. quoniam contra. colum. 12. de proba. & eſt gloſſ. in l. Herennius. §. Gaia. & ibi etiam Barto. ff. de euictio. ſaltem pro iuſtitia ſentẽtiæ licèt non proceſſu, vt per Panor. & Felin. in d. c. quoniam contra, tamen illa non eſt præſumptio iuris, & de iure, ſed probationẽ in contrarium admittit, vt in d. c. in præſentia. cum ſimilib. Quæ
33 autem ſint neceſſaria, vt competat † rei iudicatæ exceptio, eſt text. requirens tria, videlicet quod ſit eadem res, eadem cauſa petendi, & identitatis perſonarum verè vel interpretatiuè,

tatiuè, in l. cùm quæritur. cum l. ſequen. & ſequen. in princi. ff. de except. rei iudica. Et quando ſententia condemnatoria vel abſolutoria lata in principali obſtet in acceſſorio producto in rerum natura ante poſt litem conteſtatam, & econtrà, an lata in acceſſorio præiudicet in principali, vide Angelum Aret. in §. Item ſi in iudicio. colum. 28. & ſequen. Inſtitut. de except. Quando autem de ſententia lata contra vnum poſſit opponi contra alium, vide per ſcriben. ſignanter per aureum Docto. Dominum Alexand. Imolenſem in ſua ſolenni repetitione l. ſæpè. ff. de re iudic. quia circa hunc articulum eſſet opus magno volumine, dicetur aliquid in verſicu. fina. infrà eod. titu. Antonius de Tremolis Doctor.

Aduerte tamen, quod licèt poſſit ſoluere fideiuſſor ex vi taciti mandati, non tamen intelligitur habere mandatum, vt cogatur ſoluere inimicus, ita quod incurras pœnam non ſoluendo, per l. 1. C. de dol. Pet. Cyn. Baſ. & Salice. in d. l. ſi pro ea. Barto. in l. ſi quis mandato. ff. de negot. geſt. Fulgo. & Iaſ. in d. l. indebitam.

f *Iuriſiurandi* Quod non minorem, immò maiorem quàm res iudicata obtinet auctoritatem, l. 2. ff. de iureiuran. Ideò quemadmodum ſuprà proximè dixi, quòd contra ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, regulariter non admittitur probatio in contrarium, ita nec † contra iuſiurandum: quia iuſiurandi contempta religio ſolum Deum habet vltorem, l. 2. C. eo. & dato iureiurando non aliud quæritur, quàm an iuratum ſit, remiſſa quæſtione, an debeatur, dicit tex. in l. non erit. §. dato. ff. eod. 34

Quod ſanè intellige in iuramento voluntario, ſecùs in neceſſario, quod iudex defert in ſupplementum ſemiplenæ probationis, in quo benè admittitur probatio in contrariū, per nota. in l. admonendi. ff. eod. & dixi in additione præcedenti. Intellige ſecundo de iuramento ab homine delato, ſecùs enim ſi à lege vel ſtatuto.

A lege exemplifica in caſu l. fina. C. vnde vi. quoniam † 35
licèt probata plenè violentia ſtetur iuramento violentiam paſſi ſuper ablatis & eorum æſtimatione, præcedente iudicis taxatione, ita quòd iudex habet in id condemnare, quod iuratum eſt, vt ibi eſt caſus: tamen ſi violentus, contra quem iuratum eſt, adducat bonas probationes in cõtrarium, vide-

licet, quòd taxatio eſt iniuſta, poterit iudex parte ipſa petente iuramẽtum retractare, & taxationem minuere, & ſic poſt iuramentum à lege delatum benè poteſt quæri de veritate. Iſta eſt doctrina Innoc. Ioan. Andr. & Anto. de But. in c. fin. quod met. cauſ. quam ita declarat Iaſ. in d. l. fin. col. 6. vbi refert ſequi dictam doctri. Innoc. vel pone ſi quis iurauerit ſe ignorare: quia ignorantia probatur per iuramentum proprium, per glo. ſingularem in c. propoſuiſti. in ver. non probatur. 82. diſt. tamen poteſt probari contrarium, vt eſt glo. in c. 2. in ver. affectata. de tempo. ordi. lib. 6. & tradit Barto. in l. ſi cui. §. eiſdem. ff. de accu. & licèt illam gloſſ. in d. c. propoſuiſti. dixerit ſingularem. Pau. in conſi. 36. incip. videtur prima facie. habet tamen conſociam in c. qui & humanis. gloſ. mag. in fin. 12. q. 2. De ſtatuto pone exemplum, quòd caueturſtatuto municipali, quod in damnis datis ſtetur iuramento damnum paſſi: quoniam contra tale iuramentum admitteretur probatio in cõtrarium, vt per Iaſ. de Are. Ange. Imo. Pau. de Caſtr. Ludo. Ro. & Alex. plenè diſputãtes in l. q
36 bona. §. qui damni. ff. de dam. infect. Itẽ tertiò † intellige de iuramẽto litis deciſorio, putà quia erat quæſtio inter partes de re aliqua, & delatum fuit iuramẽtum à parte parti: ſecùs ſi nulla controuerſia orta inter partes, fuerit delatum iuramentum: quia tunc benè quæri poteſt de veritate contra iuramentum, per gloſſ. quam ibi ita declarat Pau. de Caſtr. in l. ſi cum patruo. C. commu. vtri. iud. quam Iaſ. in d. §. dato appellat ſolitariam.

Item quartò intellige, quòd poſt iuramentum nil vltra queritur, quod ſit contra iuramentum, ſecùs ſi veniret ex natura contractus, ſuper quo fuit iuratum, vt in caſu. l. eum qui. §. fina. de iureiurand. ff. putà venditor iurauit rem ſibi venditam: certè poterit opponi de precio non ſoluto.

Item quintò intellige, quod nil vltra quæritur poſtquã iuratum eſt inter iurantem et deferentem: ſed inter terrias perſonas benè poteſt quæri de veritate, per text. in l. 3. in princi. verſicu. fina. & l. nam & poſtea. §. fina. & l. ſequen. ff. de iureiur. Secundò principaliter aduerte, quòd ſicut ſententia in rem iudicatam trãſacta habet executionem paratam, l, 2. C. de execut. rei iudica. ſaltem quando imploratur officium iudicis pro illius executione, próut declarat Bartol. in l. intra. ff. de re iudica. & in d. l 2. & in l. item veniunt. §.

idem

idem rectè. vbi etiam Alexand. in addit.ff. de peti. hære.ita etiam † iuſiurandum habet executionem paratam, prout 37
nota. volunt Bartol. Raph. Fulgo. Alexand. & Iaſ. in d.l.2.ff. eod. & Barto. Angel. Salice. Fulg. Alex. & Iaſ. per text. ibi. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fina. eod. titu. & Pau. & Alexand. in l. poſt rem iudicatam.ff. de re iudica. nota decidentes, quòd licèt inſtrumenta de iure communi non habeant executionem paratam, per text. meliorem de iure in l. ſi minor 25. annis. cui fideicommiſſum.ff. de minorib. quem ita appellat Angel. Peru. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore.ff. ſolut. matrimo. Attamen ſi creditor differat iuramentum debitori, & debitor iuret vera eſſe, quæ in inſtrumento deſcripta ſunt, tale inſtrumentum virtute iuramenti habebit executionem paratam. & dicit Iaſ. in ea.l.2. quod opin. Barto. eſt communiter approbata. Ea tamen declara, quòd procedat
† primò in iuramento deciſorio litis præſentis vel futuræ: 38
vt quia in futurum poſſet quæſtio ſuper præmiſſis oriri. Ideò talis promiſſor detulit iuramentum Titio ſtipulanti, an contenta in inſtrumento vera eſſet, & ſtipulator Titius ita eſſe iurauit. Secùs autem ſi eſſet iuramentum ſimpliciter promiſſorium in futurum, ſecundum Iaſ. vbi ſuprà colum. 4. dicentem aduocatos communiter errare: mouetur per ea quæ in ſimili voluit Bald. in c. vno §. item ſacramenta. colum. penul. de pa. te. inter ſub. & iu. fer. videlicet quod iuramentum deciſorium ideo parit actionem, quia habet vim rei iudicatę: promiſſorium verò non, quia habet ſolum vim nudæ pollicitationis.

Secundò procedit in iuramento extraiudiciali & in iudiciali non præcedente ordine iudiciario. aliàs ſi interueniret libellus, & litiſconteſtatio, & poſtea iuramentum, cùm neceſſariò debeat ſubſequi ſententia, iuramentum non haberet executionem paratam, per text. in l. iuſiurandum. & ad pecunias. §. fin.ff. de iureiuran. quem ita intelligunt Alexand. & Iaſ. in d.l.2.

Tertiò declara procedere, vbi pro executione iuramenti imploraretur officium iudicis, ſecùs ſi intentaretur actio in factum: quia tunc requirerentur libellus, litiſconteſtatio, & ſententia. Sicut in ſimili de executione ſententiæ declarat Bartol. in dicta l. 2. C. de execut. rei iudica. & alijs locis præallegatis.

39 Et quod ex † iuramento oriatur officium iudicis, eſt gloſ. in l. nam & poſtea. §. fi. de iureiuran. Vltimò intellige, quando iuramentum eſſet interpoſitū ſuper contractu vero, præmiſſis concurrentibus: ſecùs ſi ſuper contractu ſimulato, per gloſſ. ſingularem in l. emptione. C. plus vale. quod agitur quam dixit ſingularem Panormi. in c-d noſtram. colum. 1. de emptio. & venditio. de quo latius vide Iaſ. in d. l. 2. colum. 5. Et de multiplicibus effectibus & priuilegijs iuramenti, videre potes. Domi. Anto. Cor. in rubr. de iureiur. ex-
40 tra. Et quas † pœnas patiatur veniens contra proprium iuramentum promiſſorium in futurum. habes text. ſingularem ſecundum Barto. & Dd. & ſingulariſſimum ſecundum Paul. de Caſtro. ibi in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Anto. de Tremolis.

g *Quod metus cauſa* Vnum ſolum volo te notare circa hāc
41 exceptionem metus, videlicet, quòd ipſa † eſt in rem ſcripta non perſonalis tam ex parte opponentis quàm eius contra quem opponitur, hoc eſt, quod excipiens de metu nō habet neceſſe articulare per quem fuerit metus adhibitus, nec cui fuerit illatus, licèt aliud ſit in exceptione doli, quæ eſt perſonalis ex parte eius, cui opponitur. Iſte eſt text. in l. apud Celſum. ff. de doli except. Et ex hoc infert Ange. Aretin.
42 Inſti. de except. in prin. col. penul. quod † exceptio metus benè poteſt opponi contra patrem, & patronum, & à plebeio contra conſtitutum in dignitate, cùm famam non ſugillet: quod ſecùs eſt in actione de dolo. vide latius per eum. Anto. de Tremo.

43 h *De non petendo* Et ſi ſubtilis ſit materia, an † pactum de non petendo tollat ipſo iure obligationem naturalem & elidat ciuilem, vt habetur in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. quia tamen parum practicè congruit, ideò ad Modern. ibi te remittere dignum duxi, vbi etiam reperies differentias inter pactum, de non petendo, & de non agendo, ſignanter per Iaſ. in 10. col. verſicu. iuxta iſtam gloſſ. hoc ſolum volo te notare circa propoſitionem ipſius exceptionis,
44 quòd non † dicas, non potes agere, vel non teneor reſpondere, vel non poſſum conueniri, quia feciſti mihi pactum de non petendo: quoniam hæc exceptio non impedit litis ingreſſum, vt dicit text. in c. 1. de lit. conte. libr. 6. & tenent Fulgoſ. & Modern. in l. creditori. C. de pact. Et ideo tanquàm

ineptè

inepte excipiens ſuccumberes. Sed debes dicere non teneor ad petita, quia feciſti &c. Iſta eſt doctrina patris practices Spe. in titu. de except. §. d. verſic. rurſus. quam ſequitur Ang. in §. præterea. colum. 4. Inſt. de excep.

i *Ne omnino* Hoc ideo dixit, quia ſi eſſet factum pactum ad tempus, diceretur dilatoria ſolutionis, de quibus plenè dixi in titu. de impe. & except. quæ con. reſcrip. & iudi. delega. oppo. verſic. attende. tamen vbi inuenies diſcuſſum lucidius quàm alibi.

k *Peremptoriæ*. Iſtud idem tenent Bar. & Cuma. in l. 3. ff. de excep. quos ſequitur Ang. Aret. in §. 1. colum. fi. Inſti. eod. tit. licèt Specu. in tit. de exception. §. dicto. de dilatio. verſic. quid de exceptione non numeratæ pecuniæ. poſt Ioannem de Deo. velit, quòd ſit dilatoria, & temporalis, & ante litem conteſtatam opponenda, niſi iuraret reus, ſe neſciuiſſe ſibi competere ante litem conteſtatam, quod vltimum etiam tenet author iſte, videlicèt, quòd ſint temporales, licèt benè fateatur eſſe peremptorias. Sed tu † teneas eſſe peremptorias & perpetuas, quoniam ſecundum Bartol. vbi ſupra. iuriſconſultus ad hoc, quòd exceptio dicatur peremptoria & perpetua non conſiderauit infra quantum tempus poſſit opponi, ſed ſolum vtrum excludat actionem ad tempus, vel in perpetuum. Sed ſic excludunt actionem in perpetuum, & illam perimunt, ſiue opponantur infra tempora conſtituta, ſiue poſt. Igitur erunt dicendæ peremptoriæ & perpetuæ. Sed mens huius Docto. fuit, quod certa ſunt & determinata tempora, intra quæ huiuſmodi exceptiones debent opponi, ſaltem ad hoc, vt non ipſi excipienti, ſed creditori ſuccumbat onus probandi numerationem: immò nec quòad facultatem opponendi dici poſſunt temporales, immò potius perpetuæ: cùm ſecundum communiorem ſententiam perpetuò opponi poſſint, etiam poſt ſtatuta tempora, ſaltem reiecto onere probationis in opponentem, prout firmat Aret. in d. §. 1. colum. 3. & ſtatim dicetur. Anto. de Tremolis. 45

l *Ad tempus*. Iſtud, vt iam dixi, referas ad facultatem excipiendi & transferendi onus probandi in aduerſarium, quod eſt in exceptione non numeratæ pecuniæ hodie biennium in mutuo, l. in conſractibus, in princ. C. de non nume. pecu. in confeſſione ſoluti ex alia cauſa triginta dierum.

Super cæteris ea.l. & in exceptione non numeratæ dotis ſunt præfixa varia tempora, ſecundum quod durauit matrimonium, in l. fin. & Authen. ibi poſita. C. de do. cau. non nu. Et quia hi duo articuli poſſunt in longum diſtendi concluſiuè procedendo vtiliora in practica tranſcribam. Prima igitur concluſio erit in hac materia, quòd infra bienni-
46 um † à die emiſſæ confeſſionis de mutuo recepto competit confitenti exceptio non numeratæ pecuniæ: qua oppoſita infra dictum tempus creditori incumbit onus probandi numerationem, quam ſi probare non poſſit, abſoluitur reus, text. eſt in l. ſi ex cautione iuncta ſolenni. l. in contractibus. in princip. C. de non nume. pecu.

Quod vtique procedit, etiam ſi iuramentum interueniat in dicta confeſſione, per text. nota. in l. fin. eod. titu. ita quod ſecundum Bald. ibi in 1. quæſtio. non eſt neceſſaria diſpenſatio à iuramento, niſi ſecundum Salice. ibi debitor iuraſſet pecuniam verè fuiſſe numeratam: quia eo caſu obſtaret iuramentum, niſi obtineretur abſolutio, ſecundum Antonium de Butr. in c. fina. colum. 3. de ſolut.

Secundò procedit, etiam ſi debitor renunciaſſet incontinenti exceptioni non numeratæ pecuniæ: quia qua facilitate &c. Secùs ſi ex interuallo, vt voluit Cyn. Barto. & Modern. in d. l. ſi ex cautione. & Panorm. & Felin. in d. c. ſi cautio. Secùs etiam ſi in renunciatione incontinenti facta interueniſſet iuramentum, vt quia iuraſſet non excipere, ſe-
47 cundum Barto. in d. l. fina. Operatur tamen talis † renunciatio ſimplex & incontinenti facta, quia transfert in debitorem onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratam, ad quod non tenebatur, ſecundum Salice. in d. l. ſi ex cautione. in 1. & 2. quæſt. & Imol. in d. c. fina. & ſic tantum operabitur quantum tranſcurſus biennij. Sed ſi poſt biennium fieret renunciatio, in totum præiudicaret, ſecundum eos, & ſequitur Felin. in d. c. ſi cautio. colum. 12.

Tertiò procedit etiam ſi fieret in iudicio talis confeſſio mutui, non tamen in figura iudicij: quia adhuc poterit opponi exceptio, dummodò non fiat per viam contentioſæ iuriſdictionis, ſecundum Bald. in d. l. in contractibus, in princip. in vlti. q. & ibi ſequitur Salice. & Felin. vbi ſuprà. Re-
48 ſtringe præmiſſam cõcluſionem, vbi ex † tenore inſtrumenti nõ appareret de reali numeratione: quia ſi de illa cõſtaret

per verba, quæ concluderent numerationem tunc interueniſſe, non poſſet dicta exceptio opponi, putà quæ decem Titius in veritate habuit & recepit in præſentia mei notarij & teſtium infraſcriptorum, vel ſimilia, ſecundum Bart. Bald. & modern. in d. l. ſi ex cautione. non tamen ſufficeret dicere per ablatiuos abſolutè poſitos, Gaius confeſſus fuit habuiſſe decem à Titio dante & numerante, ſecundum Bal. in l. vna. col. mihi. 8. verſic. modo ſequitur. C. de confeſ. & in d. l. ſi ex cautione. col. 3. verſic. quartò quæro. vbi etiam Sali. colum. penul.

Subdit tamen Bald. ibi in verſicul. ſequen. quod ſecùs eſſet, ſi per gerundium numerando quod ſonat in actu, quod ſequitur Alexand. in l. prædia. ff. de acquirend. poſſeſſ. Præmiſſa autem ſunt vera, vbi publica ſcriptura eſſet inde confecta, & in ea aſſereretur actualis numeratio: quia ſecùs † ſi priuata, quæ diceret, habui & recepi: quia per illa verba in ſcriptura priuata probaretur ſolùm confeſſio, non autem numeratio, per gloſſ. in l. ſi ex pluribus in verb. proponeretur. quæ eſt vltim. ff. de ſolu. per quam ita tenet Ro. & ibi ſequitur Alexand. per multa iura, in d. l. prædia. & Imol. & Felyn. in d. c. ſi cautio. Secundò non procedit dicta concluſio in confeſſione mutui facta ex alia cauſa antecedenti, putà debebas decem ex cauſa venditionis, & illa ſolenniter recognouiſti debere ex cauſa mutui, tunc non haberet locum exceptio non numeratæ pecuniæ: vt eſt caſus in l. aduerſus. C. de non numerata pecunia. 49

Item tertiò non procederet, vbi debitor ex interuallo ſoluiſſet partem debiti confeſſati, quia videtur agnoſcere fidē cautionis, vt amplius opponere non poſſit pecuniam non fuiſſe numeratam, per text. in l. cùm fidem. eod. tit.

Item quartò dicunt gloſſ. & Docto. in l. 1. C. de falſ. cauſ. adie. leg. & Cyn. & Salice. in d. l. in contractibus. in princip. quod non procederet dicta concluſio, quando † confeſſio fieret in vltima voluntate: quia moriens non præſumitur confiteri ſpe futuræ numerationis. & illam gloſſam dixit vnicam in iure, & ſingularem Bald. in c. literas de præſum. & in titul. de pa. conſtan. in verſi. vaſalli noſtri. in vltimis verbis, quod ſaluat Felyn. in d. c. ſi cautio. colum. 15. quando fieret talis confeſſio per exiſtentem in extremis. 50

Vltimò ideò dixi in d. concluſione, confeſſionis de mutuo

51 recepto: quoniam † in alijs contractibus confeſſio ilicò præiudicat, l. publia. §. fin. ff. depo. & l. generaliter. C. de non numerata pecunia, & notat gloſſ. in d. l. ſi ex cautione. & in d. l. in contractibus. in princip. & ratio ſpecialitatis ſecundum Bal. ibi eſt: quia homines ſunt faciles ad confitendum ſe debere, quod ſperant ſibi numerari propter varias neceſſitates. Confeſſio tamen de ſoluto ſiue ad liberandum non præiudicat, niſi poſt triginta dies, vt prædixi, & habetur in d. l. in contractibus. §. ſuper cæteris.

52 Secunda concluſio eſſet, quod † poſt biennium non auditur volens dicere pecuniam non fuiſſe numeratam, etiam ſi velit in ſe aſſumere onus probandi: In qua concluſione ſcribentes ſunt valdè varij, quibuſdam ſimpliciter aſſerentibus hanc exceptionem poſt biennium penitus tolli: Alijs illam poſt biennium & perpetuò admittentibus translato onere probandi in opponentem. Alijs illam de æquitate canonica non de iure ciuili recipientibus. Alijs vtroque iure illam penitus reſpuentibus, prout videre potes per Doctores tam legiſtas quàm canoniſtas in locis præallegatis. & per Angel. Aretin. in d. §. 1. colum. 3. & ſequent. & per Iaſ. in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignoran. colum. penultim. Et diſputatiuè putarem veriorem ſententiam dicentium, perpetuò dari, ſed poſt biennium incumbere onus probandi debitori, & ſic tranſcurſum biennij operari ſolùm translationem oneris probandi in Reum, contra concluſionem prædictam per iura & rationes adducta per Angel. Aret. vbi ſupra, dicentem quòd gloſſ. Vltramontani per eum relati ita tenent. Sed in actu practico non video vtilitatem magnam reſultare ex huiuſmodi altercatione Doctorum. Cùm maior pars ſcribentium concludat, volentem probare pecuniam non fuiſſe ſibi numeratam debere audire poſt biennium de æquitate canonica, prout voluit Dyn. in c. locupletari. de regul. iur. lib. 6. & Ant. de Butr. Imol. & Moder. in d. c. ſi. vbi Imo, teſtatur hanc eſſe communem. & Bal. in 9. queſt. & Salic. in 2. in d. l. ſi ex cautione. & idem Bald. in d. l. in contractibus. in princ. in 2. not. & in repet. l. 2. colum. 59. verſic. 5. quæritur. ff. de iureiur. licet idem Bald. & Iaſ. poſt eum in in d. l. cùm quis. dicant vtroque iure ſilentium totale induci per lapſum biennij. Angel. verò Aretin. dicit in d. §. 1. col. 4. iure canon. etiam poſt biennium incumbere onus probandi

bandi

bandi creditori: quod tamen ſic ſimpliciter non puto verum. Item nemo in hoc diſcrepat, quin † debitor moleſtatus à creditore, poſſit poſt biennium miſericorditer implorare officium iudicis in locum deficientis exceptionis, per quod iudex ab agendo repellat creditorem, ſicuti per exceptionem: prout voluit Bald in l. illicitas. in princip. per illum text. ff. de offi. præſid. & in locis præadductis, & eum ſequitur Iaſ. in l. 1. in 6. colum. verſicul. nunquid autem. vbi multa adducit ſimilia. ff. de iuriſd. omn. iudic. Et propterea non erit vis, niſi in forma implorandi dictum officium iudicis, in quo non ſic concluditur, prout in exceptione, per ea quæ no. modern. in d. l. 1. Et niſi in repulſione excipientis propter præſumptam calumniam, de quo per Bald. in d. l. in contractibus. in princip. immò plus voluit Hoſtien. in d. c. ſi cautio. quod ſi poſt † biennium non admitteretur dicta non numeratæ pecuniæ exceptio, poterit tamen de dolo & fraude creditoris excipi, videlicet quod repetit pecuniam à ſe non numeratam, ita vt propoſita exceptione doli cum aliquibus probabilibus coniecturis onus probandi transferatur in creditorem: quod dicit valdè not. & ment commendandum Pa. ibi. Sed redeundo ad prædictam concluſionem, licèt fortè non veram, dic eam nō procedere vltra prædicta: primò ſi probaretur creditorem confeſſum fuiſſe pecuniam non fuiſſe ſibi numeratam: quia propter confeſſionem partis receditur ab omni præſumptione iuris, per gloſſ. ſingul. in Authen. de æqua. dot. §. 1. in verbo, ſcribat. collat. 8. quam dicit non eſſe alibi Bald. in Authen. ſed iam neceſſe. C. de do. ant. nup. Et ita tenent Hoſt. Pa. & Fely. in d. c. ſi cautio. & voluit Sali. in Authen. quod locum. C. de do. cau. non num. Secundò non procederet in foro conſcientiæ: quia quantumcunque lex ciuilis fingat ſuper tali debito, non verò propter taciturnitatem biennalem debitoris: tamen in foro conſcientiæ ipſe debitor eſt tutus, nec tenetur ſoluere: quinimmò ſi ſoluere compulſus fuerit, tenetur creditor ad reſtitutionem: ita tenent Innoc. Anton. de Butr & Pan. in c. quia plerique. de immun. eccleſ. & Bald. in d. l. ſi ex cautione. in fin. verſicul. tales enim leges † ſe fundantes ſuper præſumptione ſeu fictione non habent locum in foro conſcientiæ: vt dicit Bald. in d. l. cùm quis. column. 6. verſicul. poſt hoc ſciatis. & forus conſcientiæ eſt tribunal veritatis, & non

53 54 55

non fictionis, dicit Bald. in l. vna. colum. 2. C. de confeſ.

Quo autem ad exceptionem non numeratæ dotis, quia pleraque ex prædictis ei conueniunt, ſi plenius informari cupis, videto ſcribentes in locis præallegatis, ſignanter Fely. in d. c. ſi cautio. hoc vnum in practica quotidianum non
56 omittam, quòd licèt certa tempora † ſint ſtatuta ad præcludendam facultatem opponendi exceptionem non numeratæ dotis, competentem marito vel eius hæredis contra vxorem vel eius hæredem: Attamen contra tertium poſſidentem bona mariti nulla ſunt tempora præfixa: quominus vxori agenti hypothecaria ex beneficio, l. aſſiduis. C. qui po. in pignore habe. incumbat neceſſitas probandi dotem fuiſſe marito numeratam, non obſtante decurſu temporum, in d. l. fin. & Authen. ibi poſita præfixorum, per text. in l. ſi cui. C. de non nume. pecun. & in d. l. aſſiduis. in verſicul. date. & in l. ſi quis poſt hæc. in princip. C. de bon. præſcrip. quæ iura hoc benè probant ſecundum Felyn. in d. c. ſi cautio. colum. 25. verſic. fallit vltimò dicentem Rom. ita conſuluiſſe, & ita tenere Imol. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verbor. oblig. contra Iacob. But. & Bar. contrarium tenentes, in d. l. aſſiduis.

m *Anomalæ* Licet gloſſ. in l. 3. ff. de exceptio. & alibi ſæpè dicat has exceptiones eſſe anomalas quòad onus probandi: iſtud tamen diſplicet Bar. & Dd. ibi per rationem, de qua per eos. Ant. de Tre.

n *Velleiani.* Licèt hæ duæ exceptiones ſint peremptoriæ, vt dicitur hic, & nedum poſſint opponi ante ſententiam, verum etiam poſt ſententiam in executione, vt dicet idem auctor infr. titul. in princip. Attamen inter eas eſt menti tenenda differentia: quia videlicet altera, id eſt, Velleiani, eſt fauorabilis, altera ſcilicet Macedoniani eſt odioſa. Et mu-
57 lier † tuta exceptione fauorabili Velleiani ſoluens quocunque errore repetit. ſed filiusfamil. tutus exceptione odioſa Macedoniani non repetit. iſte eſt text. ſingularis in l. qui exceptionem, in princip. ff. de condi. inde. ſecundum Barto. & modern. ibi. Et dicitur ideò fauorabilis exceptio Velleiani ex mente Bartol. ibi quia principaliter eſt inducta in fauorem mulierum: licèt ſecundario in odium creditorum. Sed exceptio Macedoniani eſt principaliter inducta in odium fœneratorum, licèt ſecundariò in fauorem filiorumfam. l. 1. in prin.

in princ. ff. ad Maced. & ideò impedit repetitionem indebitè ſoluti. quia eſt principaliter odioſa contra naturalem æquitatem & rationem inducta: aliàs ſi eſſet inducta ſecundum naturalem rationem, licèt odioſa, prout ſunt exceptio doli & metus, non impediretur repetitio indebitè ſoluti, vt volunt Cyn. Barto. & omnes, in l. 2. C. de his quæ vi met. ve cau. fiunt. Et ex ratione prædicta poteſt elici alia differentia, quòd Macedonianũ tunc demum habebit locum, quando creditor fuit ſciens, vel ſcire debuit, l. 3. vbi Bartol. & Dd. ff. ad Mace. & dicetur infrà. Secùs autem in Velleiano: in quo † non curatur ſcientia vel ignorãtia creditoris, ſed tantummodo ne mulier damnificetur, l. 1. & 2. ff. ad Velleia. prout ſcribit Ang. Aret. in §. item ſi. in 11. col. Inſti. de excep. Aliam tertiam differentiam poteris colligere ex 11. caſu, in quo ceſſat Velleianum, infr. ea. addi. 58

Pro breui autem annotatione circa vnamquamque harum exceptionum ponã aliquos caſus quotidianos, in quibus ceſſant, ſiue non competunt. Præmitto tamen, quòd † Velleianum habet locum, quoties mulier in quolibet contractu ſiue re, ſiue verbis, literis vel conſenſu pro alio ſine patre, marito, vel filio, aliáue quacunque perſona intercedit. l. 2. §. fin. ff. ad Velleia. 59

Pleriſque autem modis dicitur † mulier intercedere: primò alienam obligationem in alterius perſona iam natam in ſe transferendo quia quod Titius Seio debebat, mulier eidem Seio promiſit animo nouandi. Secundo alienam obligationem naſcituram in perſona alterius in ſe ſuſcipiendo, putà volebam tecum contrahere, & mulierem in fideiuſſorem accipere. Sed veritus ne mulier ſe Velleiano iuuaret, malui cum ipſa contrahere, hoc etiam caſu dicitur intercedere, l. quamuis. §. ſi cùm eſſem. ff. ad Velleia. Tertiò quandò participat de obligatione alterius æquè principaliter ſe obligando. Quartò quando ſe obligat acceſſoriè fideiubendo, conſtituendo ſe pro alio ſoluturam & mandando, vt no. in l. in perſonam. §. 1. ff. de pact. & in l. 1. C. ad Vell. & in l. Stichum. §. additio. ff. de ſolut. 60

† Primus ergò caſus in quo ceſſat Velleianum erit, quando mulier expreſsè renunciauit illi beneficio: vt voluit glo. in d. l. 1. C. ad Velleianum. & in l. fin. §. fin. ff. eod. Sed quia Iaco. de Aret. Pet. Cy. & Ny. de Mat. tenent contrarium. in d. 61

l. 1.

l. 1. & in l. fin. eod. titul. C. & modern. in eiſdem locis latè diſtinguunt. dicas, quòd cùm hodie in inſtrumentis de conſuetudine mulieres renuntient beneficio Velleiani, & in eis apponatur iuramentum, certè † iuramentum validabit renuntiationem, & excludet beneficium Velleiani, per tex. apertũ, in c. ex reſcritpto. de iureiu. & quia ſine interitu ſalutis æternæ poteſt ſeruari, c. cùm contingat. eod. titul. & c. licet mulieres. eod. titul. lib. 6. & c. 2, de pactis. eod. lib.

62

Et licèt gloſſ. ordinaria, in d. l. fin. §. final. dicat, quòd mulier ſimpliciter renuntiando non præſumatur certiorata, vt etiam tenent Dy. Bartol. & omnes in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig. quia eſt ſolennitas extrinſeca. Attamen vbi interuenit iuramentum, præſumitur certificata de viribus Velleiani, licèt aliter de certificatione non appareat, ſecundum Bar. & moder. ſignanter Alexan. in 7. colum. in d. l. ſciendum, per text. in d. c. ex reſcripto: vbi verbum nullum de certioratione. & ibi tenent Ant. de But. & Pa. & Pau. de Caſt. in d. l. fi. C. ad Vell. dicens pro opi. Bar. eſſe deciſionem iuris Canon. Et dicit Ange. Aretin. in d. §. item ſi. col. 20. quòd Bartol. opi. ſeruaretur in practica. & idem voluit ipſe Bart. in l. ſi duo. §. idem Iulianus. ver. item per hanc. l. ff. de iureiur. & in Auth. ſacramenta puberũ. colla. 2. ver. quæro vtrùm. vbi etiam Dd. C. ſi aduer. vendi. Vbi ergò non eſſet renuntiatum cum iuramento. Secundus caſus erit: ſi poſt biennium à die primæ interceſſionis mulier ſecundò caueat: quia non iuuabitur Velleiano, l. ſi mulier perfectè. C. ad Velleia. & hoc propter ſolennitatem actus tacitè repetiti, quo caſu etiam non eſſet opus aliqua certioratione, ſecundum Bald. & Sal. ibi.

63 Prædicta tamen limita, niſi mulier † intercederet pro eius marito: quia etiamſi millies ratificaret & etiam poſt decennium non ei noceret, niſi manifeſtè probaretur pecuniam verſam in vtilitatem mulieris, vt dicit tex. in Authen. ſi qua mulier. C. ad Vell. etiamſi mulier expreſsè renuntiaret diſpoſitioni illius Auth. quia cùm ſit prohibitoria, & factum ipſo iure annullet, non tenebit renũtiatio, vt in ſimili voluit gl. ſingularis, in rub. C. ne fideiuſ. do. den. quam dicit reputari ſingularem Alexan. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 5. ff. ſolu. matrim. & hoc tenent Iaco. de Aret. Petr. Cy. Bald. & Salic. in d. Authen. ſi qua. quod eſt verum, niſi renuntiaret cum iuramento, d. c. cùm contingat. cum ſimibus præalleg. prout

tenent

nenent Bald. ibi ſcililicet. in d. Authent. ſi qua. & in l. antiquæ. §. final. & moder. in d. §. quoties. poſt Ioan. Andr. in addit. ad Specu. loco pe. eos allegato dicentem, quòd licèt legi prohibitiuæ non poſſit renuntiari per pactum vel ſtipulationem, benè tamen iuramento: & hanc dicit ſibi placere Alex. in d. §. quoties. licèt Bar. contrarium tenuerit: cuius opin. dicit communiter reprobari per Can. in d. c. cum contingat. Et quod ſup. dixi in viro, idem dicas in quolibet contingente virum iure patriæ poteſtatis: puta in eius patre, filio, & fratre in eiuſdem patris poteſtate exiſtente, per text. in l. 3. §. in poteſtate. cum ſequen. ff. de don. inter vir. & vxor. ſecundum Nico. de Mat. & Bald. in d. Authen, ſi qua. quos ſequitur Aretin. vbi ſuprà. colum. 22. Tertius caſus erit, quando mulier creditorem deciperet: quia imbecillitati mulierũ non calliditati ſenatuſcon. opem tulit, dicit text. in l. 2. in fi. princip. & in l. ſi decipiendi. ff. ad Velleian. dicitur autem mulier decipere multipliciter, vt per Angel. Aretin. vbi ſup. colum. 21. Quartò non iuuabitur mulier Velleiano, ſi pretium accipiat pro interceſſione, ꝑ tex. in l. antiquæ. in prin. C. ad Velleia. Sed an ſufficeret quid modicum, an verò debeat eſſe tale, quod æquipolleat quantitati pro qua interceſſit? in qua quæſt. licèt Cy. & Salice. fuerint contrarij, in d. l. antiquæ Bald. tamen ibi notabiliter diſtinguit, dicens, quòd ſi † mulier recipiat tale & tantum pretium, quod homo diſcretus pro illo præmio ſe fideiuſſorem conſtituiſſet, tunc quia non fideiuſſit ex fragilitate, ſed ex propria vtilitate non iuuabitur Velleiano, aliàs ſic: & totum erit in arbitrio iudicis, multis conſideratis. & Bal. diſtinctionem approbat. Are. vbi ſup. Quintò non iuuatur mulier Velleiano pro alio ſoluendo & numerando, l. 1. & 2. C. ad Velleia. quia ei non ſuccurritur. niſi quandò intercedit alienam obligationem participando, vel in ſe transferendo, non autem alium liberando, vt ibi. Non tamen putes verum, quod voluit gl. in d. l. 1. videlicèt quòd mulier pro alia ſoluendo preſumatur donare, cũ poſſit ſumi alia coniectura, quàm donationis, l. ſi cùm aurũ. ff. de ſolut. Ideò potiùs præſumitur velle illius negotium gerere, ſecundum Bald. & Sali. ibi. Niſi fortè † ſoluiſſet pro coniuncta perſona. vel pro debitore miſerbili, & ipſa mulier eſſet multum diues, vt ibi per eos. Et præmiſſa intelligas in vera & actuali ſolutione. Secùs enim, ſi pro alio in-

64

65

tercederet etiam animo donandi, de quo conſtaret: quia adhuc iuuaretur Velleiano: cùm talis donatio non incipit à traditione ſeu numeratione, ſed à ſola obligatione, in quam quis facilius incidit. ſecundum Salicet. in d. l. 1. quod tamen non firmat, ſed reliquit cogitandum. Ang. autem Aret. in d. §. item ſi. colum. 24. hoc putat verum adducens aliqua ſimilia. Sextò non iuuaretur, ſi intercederet in rem ſuam, id eſt, ſuum negocium gerendo, putà ſe obligando pro illo, cuius vera erat debitrix, per text. in d. l. 2. C. ad Velleianum. quod intellige ſecundum Paul. ibi quando intercederet vſque ad concurrentem quantitatem: quia ſi vltrà quàm deberet pro creditore ſe obligaret, in illo plus iuuaretur, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend.
67 Septimò ceſſat Velleianum, ſi mulier † pro alia muliere dotem promiſerit, vel pro illa ſe obligauerit, ſiue eſſet filia ſiue extranea fauore dotis, & ne indotata à viro repellatur: vt eſt tex. in l. ſi dotare. & l. fin. C. ad Velleianum & dicit Ang. Aret. in ſæpè allegato. §. item ſi. colum. 17. quod quia in fauorabilibus & pijs cauſis fit extenſio etiam vbi lex. taxatiuè loquitur per gloſſ. in l. illud. C. de ſacroſanctis eccleſijs. quod idem erit in omni alia pia cauſa, putà alimentorum in quibus non iuuabitur Velleiano.

Octauus caſus erit, ſi pro libertate alicui ſeruo danda mulier tanquàm principalis, vel vt fideiuſſor aliquid promittat, l. penult. C. ad Vellleia. ea ratione quia cùm libertas ſemel data non poſſit retractari, ne dominus ſerui damno afficiatur mulieri non ſuccurritur, vt ibi dicit tex. Et eadem ratione,
68 ſi creditor, apud quem † mulier inceſſit, non poſſet habere regreſſum contra illum, pro quo interceſſit, certè non iuuaretur Velleiano, ad quod benè facit text. in l. ſi apud minorem. ff. de minoribus. & ita tenet Salicet. in d. l. penultim. & Angel. Aretin. vbi ſuprà. Nonus, quando mulier ſucceſſit ei, pro quo interceſſerat, l. quamuis. §. ſi mulieri hæres. verſi. planè. ff. ad Velleianum. & hoc ſiue mulier erat æquè principaliter obligata, ſiuè acceſſoriè: quia fideiuſſoria actio ſublata eſt confuſione per aditionem hæreditatis, & ipſa ſolùm tenetur actione hæreditaria, l. generaliter. ff. de fideiuſ. contra quam non iuuatur Velleiano. Decimus caſus erit,
69 quando † mulier pro alio intercedit apud minorem, & principalis debitor non eſt ſoluendo, tunc mulieri non ſuccurritur fauore minoris, per text. in d. l. ſi apud minorem. ſed ſi

eſſet

eſſet debitor principalis ſoluendo, ita ſuccurritur mulieri contra minorem, ſicut maiorem, ſecundum Salic. in d. l. fin. Vndecimus erit, quando debitor, pro quo mulier interceſſit, ſoluiſſet ipſi mulieri, in quo interceſſit: quia per talem ſolutionem mulier perdit Velleianum, licèt potuerit perdere pecuniam ſibi ſolutam. Immò etiam † ſi illam perdiderit, non 70
iuuabitur: quia ſibi imputet, ſi quàm primùm pecunia fuit ſibi ſoluta, creditori non ſatisfecit: tali enim caſu ex ſua interceſſione non remanet in damno, ſed ex ſua culpa: & damnum quod quis ſua culpa ſentit, &c. c. damnum de reg. iur. lib. 6. Secùs tamen erit in † Macedoniano, in quo quantum- 71
cunque filiusfam. habeat pecuniam ſaluam, tamen ſi conueniatur, iuuabitur Macedoniano, text. eſt mirabilis ſecundum Paul. ibi. in l. ſed & ſi pater. §. hoc Senatuſconſulto. ff. ad Macedonia. quem & dicit nota. Bald. in l. Macedoniani. C. eod. & Angel. dicit eſſe ſingularem. in d. §. item ſi. col. 13.

Et differentiæ ratio patet ex ratione, de qua ſuprà. videlicet quod Macedonianum eſt introductum in odium credentis, & actus ipſe mutuandi attenditur: ſed Velleianum eſt introductum, ne mulier intercedendo ledatur: & hoc caſu non lederetur ex ſua interceſſione: & hanc rationem aſſignat gloſſ. in d. §. hoc ſenatuſcon. & ibi ſequuntur Dd. ſignanter Paul. de Caſtr. ſed ille text. ſanè procedit quando filiusfamil. accepiſſet pecuniam ſimpliciter & indeterminatè, & non vt in rem patris conuerteret, & eam penes ſe haberet, vel in emptionem librorum, vel prædiorum, quos penes ſe haberet conuertiſſet. Secùs autem ſi conuertiſſet in vtilitatem patris, vel ea intentione eam accepiſſet, vt in rem patris conuerteret, per text. in l. ſed Iulianus. §. prouidè. ff. ad Macedo. ſecundum Bald. in l. Macedoniano. C. eod. & Paul. de Caſtro. in d. §. hoc Senatuſconſ. & in d. l. ſed Iulianus. §. final. Vltimus caſus erit, ſi decretum iudicis interponatur, per nota. in l. final. C. ſi mili. indem. promiſ. ſecundum Paul. de Caſt. in d. l. final. C. ad Velleia. faciunt quæ de decreto iudicis habentur. in l. 1. vbi Bartol. de præd. cur. libr. 10. & per Bart. Sali. Pau. Alexan. & Iaſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pac.

In caſibus autem, quibus mulier iuuatur Velleiano, quomodo ſuccurratur creditori, & quando ei competat remedium reſtitutorium, & quando inſtitutorium, quia raro con-

tingunt in practica, videbis in l. debitrix. §. 1. & in l. quamuis. §. ſi cùm eſſem. ff. ad Vell. & per Ang. Are. in d. §. item ſi. col. 26. De Trem.

o *Macedoniani.* Quia in præcedenti additione longior fui. Ideò nunc breuiſſime tranſcurram caſus, in quibus Ma-
72 cedonianum non habet locum. Primus † quando filius, cui eſt mutuatum, eſſet ſui iuris, & non in patris poteſtate, putà emancipatus, baſtardus, vel ſpurius, quibus Macedonianum non competit, ſed ſolummodò filiofam. vt eſt text. in l. 1. ibi in cuius poteſtate fuiſſet, ff. ad Mace. intellige tempore mu-
73 tui recepti, ſiue numerationis, quod tempus eſt inſpiciendum: ſi enim in patris poteſtate exiſtenti fuerit pecunia mutuo numerata, poſteà quemcunq; ab eo pecunia repetatur, etiam ſui iuris effecto, iuuabitur Macedoniano, l. 1. in fi. prin. & §. certè ſi arrogatus. eod. tit. Et eadem ratione, ſi filius ſui iuris recepturus pecuniam mutuam ſe obligauerit, & ei poſteà in aliena poteſtate conſtituto numeretur pecunia, certè iuuabitur Macedoniano inſpecto tempore numerationis, glo. eſt multum no. ſecundum galic. ibi in d. l. pen. in ver. C. eo. tit, quam dicit ordinariam Ange. Aret. in §. item ſi. col. 8. Inſt. de except. pro qua eſt bonus tex. in l. contra etiam. ff. ad Maced. Secundò ceſſat in omnibus alijs contractibus, excepto mutuo, in quo ſolo habet locum Macedonianum, vt eſt text. in d. l. 1. ff. ad Macedon. Ideò dicit text. in l. idem. & l. ſequent. eod. titul. quod ſi filiusfamil. fideiubeat pro alio, non iuuabitur Macedoniano, niſi fieret in fraudem, vt ibi,
74 Et quidem oportet, quòd tale mutuum ſit in pecunia numerata, l. ſed Iulianus. §. mutui. eod. titul. vnde licèt mutuum conſiſtit etiam in vino, blado, oleo, & ſimilibus recipientibꝰ. functionem in ſuo genere, l. 2. in princip. ff. ſi certum petat. tamen in mutuo talium rerum non iuuaretur filiusfa. Macedoniano, niſi fieret fraus, per text. in d. l. mutui. Et eadem ratione filiusfam. aliquid emeret, & pretium eiuſdem rei cõfiteatur debere venditori ex cauſa mutui, licèt ſit mutuum, l. certi condictio. §. fin. cum l. ſequen. ff. ſi cer. pe. tamen quia pecunia non eſt numerata de manu creditoris in manum filijfam. certè non iuuabitur Velleiano, per tex. in l. ſi filiusfa. §. is enim ſolus. ff. ad Macedon. niſi fortè vt prædixi fieret in fraudem quæ fraus ipſi creditori noceret. Et ideò dicebat Azo in ſumma titul. ad Maced. verſi. habet etiam. quod ſi filiuſ-

ſi filiusfam. haberet pecuniam deſtinatam ſolutioni fiendæ ſuo creditori, & illam ſe mutuo recepiſſe ab eodem creditore confiteatur: tamen quia numeratio ex parte creditoris non interuenit, ceſſabit Macedonianum. Et viceuerſa ſi alicui numerauero pecuniam mutuam, & illam poſtmodum à filiofam. ſtipulatus fuerim animo nouandi, licèt ex parte creditoris interuenerit numeratio: quia tamen non fuit numerata filiofam. ceſſabit Macedonianum, vt eſt text. in l. ſi quod alij. ff. eod. titul. habet ergò ſolummodò locum in mutuo in pecunia numerata facto. Tertiò ceſſabit Macedonianum, ſi filiusfa. accepit mutuum, vt conuerteret in vtilitatē patris, & conuertit. Item ſi à principio ea intentione non accepit, ſed poſtmodum mutato propoſito in rem patris illam conuertit. Item & tertiò ſi à principio ea intentione accepit, vt conuerteret in rem patris: ſed mutato propoſito non conuertitur, ſed eam perdidit, vel in ſuam vtilitatem conuertit. Iſtis enim tribus caſibus ceſſabit Macedonianum: quia ſufficit † vel in rem patris conuertiſſe, vel ea intentione accepiſſe, prout hæc probantur in l. ſed Iulianus. præalleg. §. proindè. & §. ſi filiusfam. & in l. in pupillo. in fin. vet. ff. de ſol. Secùs autem ſi pecuniā ſimpliciter acceptam non perdidiſſet, ſed eam penes ſe haberet: quia eo caſu benè iuuaretur, vt dixi in addi. præcedenti, verſi. vndecimus. Et habes quandoq; caſus. 75

Sextus igitur erit, vbi creditor non vana ſimplicitate ductus, nec iuris ignorantia credidit filiumfam. eſſe patremfa. & ſui iuris, vt eſt tex. l. 3. in prin. ff. ad Macedonianum. & ibi tex. ponit, quando † dicatur vana ſimplicitate ductus: putà quia ſi publicè paterfam. plerisque videbatur, ſic agebat, ſic contrahebat, ſic publicis muneribus fungebatur, quaſi dicat per famam, & ex frequentatione actuum probabitur habilitas, ad idem text. in l. 2. in verſi. publicè. C. eod. ſimplici autem aſſertioni dicentis ſe patremfam. creditor ſtare non debet, niſi dicta iuſta ratione ductus, l. 1. vbi glo. & Dd. pleniùs diſtinguunt C. eod. Quid autem ſi erant duo Rei debendi, & alter erat filiusfam. ponit gloſſ. not. & magiſtra. in l. ſed Iulianus. § non ſolū. ff. eod. quā ſic vocat Ang. Are. in d. §. item ſi. col. 11. vbi ponit quid è contra, ſi ſint duo Rei credendi, & alter erat iniuſta ignorantia, alter verò ſciebat eſſe filiumfa. vide per eum. 76

Octauò ceſſat, ſi pater filijſam. ſoluerit creditori pecuniam mutuatam filio in totum, vel in parte: quia per † ſolu-
77 ſutionem etiam partis debiti dicitur totum debitum agnonouiſſe, & ratificare, vt eſt tex. notab. ſecundum Paul. ibi in d. l. ſed Iulianus. §. pen. in verſic. ſoluere ceperit. ff. ad Macedo. facit quod de exceptione non num. pecun. dixi in verſic. præced. quæ per ſolutionem partis excluditur.

78 Secùs autem eſſet, ſi pater † daret pignus: quia tunc tantummodò videtur debitum agnoſcere vſq; ad valorem pignoris. vt eſt text. in l. ſed & ſi paterfa. eod. tit. vbi gloſſ. aſſignat rationem diuerſitatis. Quod Paul. de Caſtr. ibi dicit eſſe notab. & ſingulare ad materiam Authent. ſed cùm teſtator C. ad l. Fal. quod ſi hæres non ſoluat vnum integrum legatum: ſed dedit pignus pro eo: quod propterea non tenebitur ad integra legata alii, quod dicit menti tenendum.

Nonò idem per omnia dicas in filio effecto ſuiiuris, vt ſolutione partis debiti in totum videatur agnoſcere, nec iuuetur Velleiano, d. l. ſed Iulianus. §. fi. non ſic dando pignus vt prædictum eſt.

Decimò ceſſat, etiamſi filius non ſoluerit, ſed ſui iuris effectus fidem ſuam pro dicto mutuo aſtrinxerit, aut aliàs quomodolibet agnouerit, l. Zenodorus. C. ad Macedo. dum-
79 modò hoc † non faceret ex ignorantia facti: quia illa non facit eum perdere dictum beneficium, per tex. in l. fin. cum ibi no. ff. eodem.

Vndecimò ceſſat, ſi etiam pater nō ſoluerit de mutuo, veruntamen filiusfa. ſolutus erat talia mutua recipere, & pater illa ſoluere & reſtituere: quia ex tali conſuetudine inducitur præſumptio conſenſus, ſecundum Bal. in d. l. Zenodorus. & licet Sali. ibi teneat contrarium, Bal. tamen ſententiam putat veriorem Ang. Are. in allega. §. item. col. 15.

Duodecimò ceſſat, etiamſi pater non ſit ſolitus reddere, ſed aliàs filiofamil. mutuum recipienti conſenſit expreſsè vel tacitè: quia præſens erat & non contradixit nominatim, vel paſſus eſt filium erigere apotecham, & exercere aliquam artem: quia niſi prohibeat, videtur conſentire, & filius non iuuabitur Velleiano, per text. in l. ſed Iulianus. §. quamquam ff. ad Macedon. intellige autem de patre, qui eum haberet in poteſtate, ſecùs ſi eſſet in poteſtate: aut, quia ſemper requirimus conſenſum illius, penes quem reſidet ius,

princi-

principale, vt eſt text.notab.in l.filium habeo. eod.titul. & voluit Bald.in l.ſi permittente.C.ad Macedon. vbi dicit d.l. habeo.ad hoc.nota.

Decimotertiò ceſſat, etiamſi pater filio non conſenſit, veruntamen † poſt mutui receptionem filius id patri per ſuas 80
literas ſignificauit, & pater factum filij non improbauit, vt eſt caſus in l.ſi filiusfa. ff. ad Maced.quam Paul.ibi dicit eſſe ſingularem. & per illum text.tenent Guil.de Cug. & Barto. in l.Titius.in fin.ff.de conſtit.pec. & illum text. Dd.notant contra campſores, vt per Angel. Aretin. vbi ſuprà.

Decimoquartò ceſſat, ſi filiusfa.miles pecuniam mutuam acceperit in cauſa caſtrenſis peculij, vſq; tamen ad quantitatem illius, l.1.in fin. & l.2.ff. ad Macedon. in peculio enim caſtrenſi filijfam. loco patrumfamil. habentur. Et idem dicas in cauſa quaſi caſtrenſis peculij, iuxta l.fori. C.de aduoc. diuer.iudi. & per not.in l.miles.ff.de re iudic. Et tales † ha- 81
bentes caſtrenſe vel quaſi in dubio præſumuntur accipere in illam cauſam, vt voluit gloſſ.in d.l.2. & probat text. in l. final.§.fin.C. ad Macedon. Decimoquintò ceſſat, ſi filiusfa.alibi cauſa ſtudiorum degens, vel in legationem proficiſcens pecuniam mutuam acceperit ad eum modum, quem pater ei non deberet recuſare, vt eſt text. in d.l. Iulianus. §.quod dicitur. & in l.Macedoniani.C.eod.titul. & vtrobiquè per gloſſ. & Dd.dicentes, quòd hoc caſu † ſumptus ne- 82
ceſſarij cauſa ſtudiorum dicuntur, libri, victus, & veſtitus: & ibi vide, quid ſi filiusfam. erat in ſtudio contra voluntatem patris, vel eſt hebetis ingenij, & per Aretin. in d. §. item ſi. colum.12. Decimoſextò ceſſat, vbi eſſet mutuatum filiofam. mercatori: quia eſſe mercatores eſt vtile Reipublicæ, & quid iudicatur eſſe licitum propter finem, quòd aliàs eſſet illicitum: & ideò hoc caſu, ſicuti nec vbi cauſa ſtudiorum, non iuuabitur Macedoniano ſecundum Cynum Nicolaum de Ma.Bald. & Salice.in d.l.Macedoniani. Imò, vt prædixi, quando mercator accepit debitum, & non apparet, in quo ſit verſum, præſumetur verſum in mercantijs, ſecundum Bald. ibi poſt Bartol.in l.final. in fin eod. titul.

Decimooctauò ceſſabit, ſi filiusfamil.acceperit mutuum, vt ſe † ab antiquo debitore liberaret, quam nulla exceptione 83
poterat repellere.dicit tex.in d.l ſed Iulianus.§. ſi filiusfam. Sed ſi potuiſſet opponere exceptionem contra illum

creditorem, licèt eſſet ei efficaciter obligatus: quia tamen repetere non poteſt, l. qui exceptionem in prin. vbi eſt tex. ſingul. ff. de cond. indeb. non dicetur benè conuerſum in ſuam vtilitatem. Ideò iuuatur Macedoniano contra mutuantem, & conſequetur liberationem cum iactura mutuantis, ſecundum Ang. Aret. in d. §. item ſi. col. 15.

Decimononò ceſſat, ſi filiofam. minori pecuniam mutu-
84 am numeret, l. 3. §. final. ff. ad Macedon. quia priuilegiatus † non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum. l. verùm. §. fin. ff. de minor. & nota. in Authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. tamen tex. in d. l. 3. §. fin. non ſe fundat in ratione priuilegij, ſed in iuſta ignorantia minoris.

Vltimò, non habebit locum exceptio Macedoniani in foro conſcientiæ, per no. dict. Innocent. in c. quia plerique, ad fin. de immun. eccleſ. volentis, quòd ſi filiusfam. acceperit pecuniam mutuam, quam conſumpſit in bonos vſus: vel creditor reuera mutuauit in neceſſitatem filijfam. quod licet habeat exceptionem Macedoniani, tamen ſi illam opponat, peccat mortaliter: quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in d. l. qui exceptionem. in prin. Et licèt Lud. Rom. voluerit contrarium, in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. dicens, quòd
85 lex † ciuilis ſtatuēs aliquid ratione præſumpti delicti, quod non videatur æquum, eſt ſeruanda in foro conſcientiæ, vt in Macedoniano: quia pſumitur creditor ſuadere filio, vt patrem interficiat. & Ludo. Rom. refert Pet. de Vbal. in rep. c. ſi diligenti. col. 11. de præſcrip. Attamen ſaluarem Lud. Rom. quando creditor fuiſſet in dolo vel culpa, aliàs adhærendū, eſſet not. & miror quòd de prædictis Iaſ. non meminerit: faciunt quę dixi ſup in verſ. pręced. in materia non numeratæ pecuniæ. Ant. de Trem.

a *Præſcriptiones & vſucapiones ſunt peremptoriæ.* Licèt Ang. Aret. in §. appellantur. colum. 37. verſic. quid de exceptione
86 præſcriptionis velit, quòd exceptio † præſcriptionis dicatur dilatoria vel peremptoria ex forma eam proponendi: vt ſi opponatur ad proceſſum dicendo, non potes agere, vel non eſt audiendus, quia præſcripſi, & tunc datur dilatoria. Si aūt à merito & iuſtitia cauſę, putà dico me debere abſolui vel non teneri ad petita, quia præſcripſi, & tunc dicatur peremptoria. Ego tamen hoc non puto verū: quoniā imò omni caſu eſt peremptoria: vt dicit auctor iſte. Nec poteſt primo

caſu

caſu dici dilatoria, cùm negotium principale non differat, ſed potiùs perimat, & per eam Reus litem prorſus inficiatur contra naturam dilatoriarum, vt eſt text. in l. 1. in fin. ff. de excep. benè verum eſt, quod dicto primo caſu benè impedit litis ingreſſum, próut vult Bartol. in locis per Ang. allega. Sed ex hoc non ſequitur, quòd ſit dilatoria non hoc alicubi dicit Bart. & licèt alij appellent declinatoriam iudicij, attamen nec propriè declinatur iudiciũ, imò ſuper ipſa exceptione lis conteſtatur, & diffinitiuâ fertur, & ſic ſolum iudicium abbreuiatur.

Circa hanc materiam exceptionis præſcriptionis quanta & quam varia dici & diſputari poſſint, nemo eſt qui neſciat: cùm plerique Doctores magna etiam de ea ediderint commentaria: verùm ad practicam magis neceſſaria & vulgatiora pauca tangenda ponam, quę ſit differentia inter iura Canonica & Ciuilia circa requiſita in præſcriptionibus.

Imprimis dico, quòd circa † vſucapionem & præſcriptionem longi temporis rerum corporalium & prophanarum inter laicos, ſiue contra priuatum non eſt differentia inter ius Canon. & Ciuile: quoniam vtroque iure requiritur titulus verus vel putatiuus cùm probabili errore facti, & bona fides, & curſus triennij in mobilibus, & decennij in immobilibus inter præſentes, & 20. ann. inter abſentes, per tex. in l. nullo. C. de rei ven. & l. Celſus. cum ibi not. ff. de vſuca. l. 2. & l. diutina, & l. ſuper longi. C. de præſcript. lon. tem. quæ iura habentur in §. poteſt. & aliter ſub c. placuit. 16. q. 3. hoc tamẽ ſaluo, quòd de iure ciuili ſufficit à principio adeſſe bonã fidẽ tẽpore traditionis, nec ſuperueniens mala fides præſcriptionem interrũpit, l. 1. §. hoc tantùm modo. C. de vſuc. transfor. & l. ſequitur. §. de illo. ff. de vſuca. Sed iure Canon. oportet 87

† omni tempore adeſſe bonam fidem vſq; ad cõſummatam præſcriptionẽ: oportet enim vt qui præſcribit in nulla temporis parte conſcientiã habeat rei alienæ, dicit tex. in c. fi. de præſcrip. & ibi glo. & Dd. & gloſſ. Dy. & Io. And. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Et quia in hoc articulo agitur de peccato ſtabimus iuri Canon. vt d. c. poſſeſſor. notatur. 88

Ex tali autem præſcriptione cum titulo & bona fide acquiritur præſcribenti dominium rei, videlicèt per vſucapionem directum, l. 3. ff. de vſucap. & Inſtit. eod. in princip. per præſcriptionẽ verò longi temporis vtilem, per quod præ-

ſcribens conſequitur exceptionem contra antiquum dominum agentem & ſi à poſſeſſione ceciderit, conſequitur actionem contra eundem & quemlibet alium, l. ſi quis emptionis. in prin. vbi gl. Cy. Bal. & Sali. C. de præſcrip. 30. Et ſic vbi quis habet titulum licet iniuſtum, puta quia emit à non domino, quem credebat dominum, articulando de ipſo titulo & bona fide & poſſeſſione dicto tempore continuata obtinebit. Sed vbi non habet titulum, confugiendum eſt ad preſcri-
89 ptionem 30. vel 40. annorum. In † præſcriptione igitur 30. vel 40. ann. in qua non requiritur titulus, eſt benè differentia inter ius canon. & ciuile: quia iure ciuili procedit & cum bona fide & cum mala: nec requiruntur niſi poſſeſſio cum tranſcurſu dicti temporis: quia tanto tempore omnis actio tollitur, l. ſi cui. l. omnes. & l. cùm notiſſimi. C. de præſcript. 30. annor. veruntamen vbi eſſet bonæ fidei poſſeſſor, præſcriberet dominium ſaltim vtile, per quod conſequitur nedum exceptionem contra antiquum dominum agentem, verum etiam ſi à poſſeſſione cadat, paratur ſibi actio ad rē vendicandam contra quemlibet tertium poſſeſſorem, licet non contra antiquum dominum. Sed quādo eſt malæfidei poſſeſſor, non acquirit aliquod dominium, ſed ſolùm ius excipiendi contra antiquum dominum. Sed ſi cadat à poſſeſſione, nullam habet actionem ad rem vendicandam, nec contra dominum antiquū nec contra tertium, vt eſt tex. ſing. ſecundū Bartol. in d. l. ſi quis emptionis. §. 1. iuncta gloſſ. in ver. cum qua tranſeunt ibi Cyn. Barto. Bald. Ang. & Saly. Sed iure canonico nulla præſcriptio cuiuſcunque temporis procedit cum mala fide, c. vigilanti. & c. fin. de præſcrip. & d. c. poſſeſſor. Et quia, vt dixi, hoc etiam caſu agitur de peccato, ſtabimus iuri cano. Et ſic concluſio erit, quòd vtroq; iure cum bona fide ſine titulo procedit præſcriptio 30. ann. in rebus corporalibus & prophanis, & vbi priuatus præſcribit contra priuatum, vel eccleſia contra priuatum. Si verò priuatus †
90 præſcriberet contra eccleſiam, vel eccleſia contra eccleſiam, tunc requiritur ſpacium 40. annorum fauore eccleſiæ: nec tunc requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides cum poſſeſſione dicti temporis per textum in c. de quarta. c. ad aures. & c. ſi diligenti. vbi gloſſ. & Doct. de præſcript. & in c. 1. vbi gloſſ. Archid. Ioann. Andr. & Gemin. eod. titul. lib. 6. & quóad hoc ius ciuile eſt imitatus, ſed quóad præſcribendum
longo

longo tempore inter priuatos, et quando eccleſia contra priuatum iura ciuilia ſunt incorrecta, vt volunt expreſsè Gemi. & Phili. Franc. in d c. 1. Innoc. Pa. in c. de quarta. col. 4. verſi. ſed quantum ad principalem articulum concludit, quòd in hac præſcriptione inducenda nulla eſt differentia inter ius canonicum & ciuile præter illam, quia ius ciuile admittit eam cum mala fide, quàm ius canonicum damnat, in tranſcurſu autem temporis ſecundũ eum non eſt differentia; quia iura canonica non exigunt tempus 40. annorum, niſi quando eccleſia præſcribit contra eccleſiam, vel priuatus contra eccleſiam: quod etiam eſt iure ciuili ſtatutum, in Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & in eccleſia Romana centum annorum, vt ibi, & c. cùm nobis. de præſcript. Priuatus autem contra priuatum, & eccleſia contra priuatum benè præſcribunt minori tempore, ſicut eſt à iure ciuili diffinitum ſecundum eum. & ſequitur Bartholomæ. Cæpo. in tract. ſerui. vr. prædi. c. 24. colum. 4.

Circa titulum † etiam nulla eſt differentia inter dicta iura: q. a neutro iure eſt neceſſarius in hac præſcriptione: quoniam etiam laicus rem temporalem eccleſiæ ſpacio 40. annorum cum bona fide præſcribit ſine titulo, vt tenent expreſsè gloſſ. in c. fi. de præſcrip. lib. 6. & in c. facultates. in ver. quadraginta annorum. 13. q. 2. Quod ſanè intelligas, niſi ius commune reſiſteret præſcribenti, vel eſſet iuris præſumptio contra eum. quo caſu requiritur titulus, vel tanti temporis poſſeſſio. de cuius initio memoria non exiſtat. iſte eſt text. in d. c. 1. de præſcriptio. in 6. 91

Tántum † enim tempus, cuius initij nõ exiſtit memoria, habetur loco tituli legitimè conſtituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. Et eo tempore acquiruntur etiam ea, quæ non poſſunt competere niſi priuilegio, vt ſunt iuriſdictio, & regalia: & ſic habet videlicet priuilegij, et eſt text. ſingularis in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignifi. ſecundum Panor. ibi. & Ludo. Roma. ſingu. ſuo. 2. q. 1. incip. nunquid vſus. vnde Innoc. & Bald. in d. c. ſi diligenti. dicebant, quòd in præſcriptione tanti temporis, de cuius initio &c. ſemper præſumitur titulus & bona fides, licèt non alleget. Et hæc eſt præſumptio iuris: & de iure quæ non admittit probationem in contrarium, niſi quod dictum tempus nõ eſt elapſum, ita not. tenet Feli. in d. c. cùm nobis. col. 3. 92

V 5 ſed

93 ſed præmiſſa procedunt data † capacitate in poſſidente, aliàs tantum tempus non haberet vim priuilegij, nec habilitaret incapacem: ideò quantocunque tempore, etiam ſi per mille annos laicus exerceret officium ſacerdotis, non per hoc conſequeretur titulum, nec efficeretur ſacerdos, vt dicit Bald. in l. 1. col. 2. de emanci. libe. & dicunt Cano. in c. 2. de conceſſ.
94 præbend. quod † quantocunque tempore laicus exerceat actum collationis beneficiorum: quod tamen ius conferendi non præſcribit. Item aduertas, quod vbi in præſcriptione eſſet neceſſaria ſcientia & patientia illius, contra quem præſcribitur, puta in iuriſdictione, pedaglo, & ſeruitutibus, iuxta l. ſeruitutes in magna. ff. de ſerui. & l. 2. C. eod. titu. quod hoc caſu tranſcurſus tanti temporis, de cuius initio &c. releuant ab onere probandi ſcientiam & patientiam, prout voluit gloſſa, quam ibi Ange. notat in dicto §. ductus aquæ: & tenet Iaſ. in l. imperium. colum. 9. verſicu. circa primum. poſt Dd. ibi per eum adductos ff. de iuriſdict. om. iud. & Felin. in d. c. cùm nobis. colunin. 1. & 2. Qualiter autem probari debeat præſcriptio tanti temporis de cuius initio &c. & qualiter probetur memoria ſtare, tradit gloſſ. ordi. & not. in d. c. 1. gloſſ. fin. de præſcriptio. in 6. Modum autem probandi poſſeſſionem centum annorum ponit gloſſ. reputata ſingularis.

95 Item aduerte circa modum articulandi & probandi † poſſeſſionem in præſcriptionibus, quod oportet articulari & probari de tempore completo ante litem conteſtatam: aliàs ſi teſtes ſimpliciter deponerent poſt litem conteſtatam, quod poſſediſti per decem, vel viginti annos, intelligeretur à die redditi teſtimonij ſeu iuramenti præſtiti: & ſic includeret tempus poſt litem conteſtatam, per quam fuit interrupta præſcriptio, & per conſequens non remaneret probata præſcriptio iſta eſt nota. doctri. Barto. in l. Celſus. colum. fina. ff. de vſuca. & probatur in l. in vſucapionibus. eod. titu. & idem tenet Bartol. & Dd. in l. ſi poſt acceptum. per illum text. de rei ven li. ff. & in l. nec bona. C. de præſcript. long. tempo. & Bald. & Angel. in l. ſuper longi. eod. titul. & idem vult Bald. in l. fina. in 15. oppo. C. de edict. diui Adria. tollen. dicens, quòd teſtes deponentes ſuper præſcriptione debent aſſerere tempus eſſe completum. Item adde, quod ille, qui legitimè præſcripſit, puta cum bona fide & titulo, vbi eſt neceſſa-

neceſſarius, cùm id faciat lege ciuili & canonica permittentibus & approbantibus, quod non peccat: quia qui legis auctoritate, præſertim canonis, peccat, peccare non dicitur, c. qui peccat. 23. quæſt. 4. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulterijs. Et ideò erit tutus præſcribens, nec in foro conſcientiæ tenebitur ad reſtitutionem, cùm alienum non poſſideat: 96
alienum † enim dici non poteſt. quod iure poſſidetur, in c. quid dicam. 23. quæſt. 4. Et ita tenet Angel. de Cla. in ſumma in verſi. præſcriptio. §. 46. incipien. vtrùm tutus. dicens ita tenere Sco. in 4. ſenten. diſtinct. 15. & tenent Roma. in repe. rubr. de arbi. colum. 2. & Ioan. Fab. Inſtit. de vſucap. in princip. Et conſequenter quia denunciatio euangelica non habet locum niſi ratione peccati, c. nouit. de iudic. contra illum, qui legitimè præſcripſit, non poteſt haberi recurſus ad eccleſiam per denunciationem euangelicam, cùm non peccet. Quod vtrunque ſanè intelligas in præſcriptione reali, per quam dominium eradicatur à primo domino, & attribuitur præſcribenti, per l. at qui natura. §. cùm me abſente. ff. de negot. geſt. Sed ſecùs in præſcriptione actionis perſonalis, ſiue debiti, per quam præſcriptionem non tollitur naturalis, ita nota. voluit Bald. in Authent. ad hæc. colum. verſicu. item dubitatur. de debito. C. de vſu. dicens ita communiter tenere Dd. & procedit maximè attenta communi opinione, quæ habet, quod † actioni perſonali non poteſt 97
præſcribi propter malam fidem, cùm ſciat vel ſcire debeat ſe debitorem, prout nota. per gloſſ. Innocen. & communiter Canoniſtas in c. fina. de præſcript.

Quo verò ad præſcriptionem ſeruitutum inducendam ſeruanda eſt in vtroque foro canonico & ciuili diſtinctio, poſita in dict. l. ſeruitutes in magna. in princip. videlicet inter † ſeruitutes habentes cauſam continuam ſeu quaſi: id 98
eſt, non requirentes ſemper factum hominis continuum, vt eſt ſeruitus aquæductus, & ſtillicidij, quibus præſcribitur ſpacio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes exemplo rerum corporalium, immobilium, etiam ſine titulo, l. 2. vbi gloſſ. & Dd. C. de ſerui. & aqua. & l. ſi quis diuturno. in princi. ff. ſi ſer. vend. niſi aqua duceretur de publico, quo caſu requireretur tantum tempus de cuius initio non eſſet memoria in contrarium. l. vſum aquæ. vbi Bartol. de aquæduct. lib. 11. C. Et inter habentes cauſam diſcontinuam,

nuam, id eſt, requirētes ſemper factum hominis vtentis, puta ſeruitus itineris & viæ, quibus præſcribitur ſpacio tanti temporis, de quo memoria in contrarium non exiſtit, d. l. ſeruitutes. in princ. vbi gloſſ. & Dd. & in l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcend.

99 Quod primum ſanè procedit, niſi præſcriberetur † ſeruitus habens cauſam continuam in prędio eccleſiæ: quia tunc eſſet neceſſarium tempus quadraginta annorum, ſicut in præſcriptione ipſius prædij, vt tenent Innocen. & omnes in d. c. ſi diligenti. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſeruitutes. in princip. colum. 3. verſic. 3. requiritur. in diſcontinua verò ſeruabitur ius ciuile, ne quod fauore eccleſiæ &c. ſecundum Panorm. in d. c. de quarta. colum. 3. verſic. ſecundo eſt dubium.

Et pariformiter in iuribus ſpiritualibus, vt eſt ius eligēdi, & in annexis, vt eſt ius patronatus, nō procedit pſcriptio minori tempore 40. annorū, non attenta differentia cauſæ continuæ vel diſcontinuæ, per tex. in d. c. de quarta. cũ ibi not. ita tradit Bald. in l. 2. colum. 2. verſic. quæro ergo. C. de ſerui. & aqua. & ſequitur Aret. in §. æquè. colum. 5. Inſti. de actio.

100 Secundum autem, quod † dixi de ſeruitutibus habētibus cauſam diſcontinuam procedit ſanè, niſi præſcribens probaret titulum habitum à tertio non domino fundi, qui conſtituiſſet ſeruitutem inter viuos vel vltima voluntate. Nam eo caſu ſeruitus licèt diſcontinua præſcriberetur & acquireretur longo tempore cum d. tit. & bona fide. iſta eſt ſingularis determinatio Pau. de Caſt. in d. l. ſeruitutes. in princ. verſ. eſt & alius caſus. per textum in l. fina. in fin. C. de præſcript. long. temp. & in l. ſi ego. §. 1. de pub. ff. & ſequitur Cæpol. in tracta. ſerui. vrba. prædij. cau. 20. verſic. tertius caſus. Et hoc eſt, quod dicebat Ioan. Fab. in d. §. æquè. colum. 5. quod ſeruitus formata ſeu titulata præſcribitur longo tempore inſtar immobilium: ideò autem dixit, à non domino, quia ſi fuiſſet dominus fundi non eſſet opus præſcriptione: quia incontinenti eſſet quæſita ſeruitus. l. ſequitur. §. lana. ff. de vſuca.

Vltimo etiam alio caſu in ſeruitutibus diſcontinuis procedet præſcriptio longi temporis decem annorum inter præſentes &c. videlicet quādo præſcribens allegaret titulum ſeruitutis à vero domino, qui potuiſſet illam conſtituere, & titulū non poſſet probare: ſed bene probaret de vſu, ſeu quaſi poſſeſſione ſeruitutis dicto tempore. & dicta cauſa: ex vſu

† enim

† enim dicti temporis præſumetur titulus allegatus, quamuis aliter non probetur, & tali caſu ſeruitus diſcōtinua præſcribetur ſpacio longi temporis, ſicut continua, ſecundum glo. & Barto. in d. l. ſeruitutes. & dicit ibi Paul. de Caſtr. quod iſta eſt communis opinio canoniſtarum & legiſtarū. & eandem opin. glo. dicit eſſe communem & ſe vidiſſe ſemper obſeruari in practica Cæpo. d. c. 20. 101

Vnum tamen eſt ſpeciale in hac præſcriptione † ſeruitutum, quod neceſſaria eſt in ea ſcientia & patientia illius, contra quem præſcribitur. Et ideò debet probare præſcribens, ſe vſum fuiſſe ſeruitute ſciente & patiente aduerſario, l. 2. vbi glo. Bart. & omnes in d. l. 2. C. de ſerui. & aqua. iuncta l. quoties in ſecundo. ff. de ſerui. Licèt ſecùs ſit in præſcriptione rerum corporalium, quæ non exigit ſcientiam aduerſarij, ſed procedit etiam contra ignorantem, l. fi. C. de præſcrip. long. temp. Niſi vt prędictum fuit, probaretur poſſeſſio tanti temporis de cuius initio &c. quia illa ſupplet vicem ſcientiæ & patientiæ. In præſcriptione † etiam ſeruitutum negatiuarum, vt altius non tollendi, vltra præmiſſa eſt requiſita prohibitio, & à die prohibitionis incipit currere præſcriptio: vt not. per gloſſ. & Dd. in l. qui luminibus. ff. de ſerui. vrb. præd. & in l. 1. C. de ſerui. & aqua. & gloſ. in c. Abbate ſanè. de verb. ſignifi. Titulus autem in præſcriptione ſeruitutum nō eſt neceſſarius, per text. in d. l. ſi quis diuturno in princ. vbi glo. Bartol. & Dd. in d. l. ſeruitutes. & in d. l. 2. & Nico. de Nea. & Ioan. Fa. in d. §. æque. Quod eſt verum † in ſeruitutibus realibus, ſecùs enim in perſonalibus vel mixtis, puta vſufructu, & vſu, in quibus inſtar immobilium requiritur titulus et bona fides, per text. in l. fin. C. de præſcrip. long. temp. & in d. l. ſi ego. §. 1. ff. de publi. quia in his agitur de graui præiudicio, ſecundum Pau. in d. l. ſeruitutes. 102 103

Circa præſcriptionem † verò actionum perſonalium nulla alia differentia reperitur inter ius cano. & ciuile, niſi quia ius ciuile admittit præſcriptionem actionum perſonalium ſpacio 30. annorum, etiam cum mala fide, l. 2. circa medium. C. de conſtituta pe. & l. ſicut. & l. cùm notiſſimi. C. de præſcri. 30. ve 40. annorum. 105

Sed de iure canonico nulla currit præſcriptio, niſi concurrente bona fide, c. fina. de præſcript. quæ decretalis procedit etiam in actionibus perſonalibus, ſecundum communem

conclu-

conclusionem Dd. Sed debitor actione perſonali, cùm ſciat ſe debitorem, vel ſcire debeat, & non ſoluat, dicitur eſſe in mala fide. Niſi fortè data iuſta ignorantia: vt quia erat obligatus ex facto procuratoris, vel ex teſtamēto aliquo, quod ignorabat, vt declarat Anton. de Butr. in d.c. fina. & Imol. in l. ſequitur. §. ſi viam. colum. 2. de vſucap. ff. Et ſimiliter hæres debitoris eſt in mala fide, aut ſaltem mala fides ſui prædeceſſoris ſibi nocet, & in eum tranſit, l. cùm hæres. ff. de diuer. & temp. præſcript. etiam ſi nolit vti acceſſione defuncti, ſecundum communem concluſionem Doctor. quam firmant Anton. de Butri. & Panorm. in 5. colum. verſicu. ſed circa prædicta. in dicto c. ſi diligenti. & idem Panormi. in c. nihil. colum. 2. verſicu. ſucceſſor verò. eod. titu. videlicet de præſcriptio. Et ideò iure canonico præſcribere non poſſunt. Et quod dixi ſpacio 30. annorum præſcribi actioni perſonali, & non minori tempore, procedit, ſiue ſit actio ciuilis, ſiue prætoria, rei tamē perſecutoria. l. in honorarijs. ff. de act. & obliga. & ſiue ex contractu ſeu quaſi, ſiue ex vltima voluntate: cùm etiam legata præſcribantur 30. annis.

106 Pœnales † autem prætoriæ, & quædam rei perſecutoriæ minori tempore præſcribuntur, pœnales, vt actio iniuriarum anno, reſciſſoria quadriennio à die læſionis, redhibitoria ſpacio ſex menſium, quanto minoris anno, actio de dolo biennio, vt eſt gloſſ. magiſtra. in d. l. in honorarijs. & not. Inſtit. de perpe. & tempo. ac. in princi.

107 Criminales † autem actiones, ſiue accuſationes tolluntur ſpacio 20. annor. per text. ſingularem ſecundum Bald. & Ange. ibi in l. querela. C. ad l. Cor. de fal. præterquàm in aliquibus ſpecialibus delictis, ibi per gl. not. quorum accuſationi præſcribitur maiori vel minori tempore. Et hoc voluit iſte author, ſup. tit. qui. mo. ſuo no. ciui. agen. verſ. & à generaliter nulla. Et ideò dicebat in ſpecie gloſſ. in l. in cognitione. gl. mag. ff. ad Silla. quod de homicidio † non poteſt quis

108 accuſari poſt viginti ann. per d. l. querela. quæ procedit in omni crimine publico: & ita determinat Pa. in c. cùm haberet. in 3. not. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. Intellige tamen reſpectu penę temporalis & vindictæ publicæ: quia ſecus reſpectu pœnitentiæ in foro conſcientiæ imponendæ pro delicto, in qua non cadit præſcriptio, gloſ. ſingular. in c. admonere. 23. quæſtio. 2. ſecundum Pa. & Felin.

in d.c.

in d.c.fina.& eundem Pan. in d. c. cùm haberet. vbi infert, quòd in foro animæ diuturnitas temporis auget peccatum etiam non reitrratum: quia tantò grauiora ſunt delicta &c. c.fina.de conſue. Sed in foro † ciuili diuturnitas quandoque 109
alleuiat pœnam, l. ſi quis diutino. ff. de pœnis. quandoque in totum tollit, vt in d.l.querela. de pœniten. ideo dixi quia plenè legales ad duplum vel quadruplum in foro conſcientiæ ſolui non debent, vt eſt text. ſingularis iuncta gloſſ. in c. fraternitatis.12.q.2. quam dixit ſingularem Matth. Mat. nota.23. incip. nota quod omnes.

Item aduerte pro ſingulari limitatione d.l.querela. quod in delictis, ex † quibus oritur duplex actio ciuilis & crimi- 110
nalis, iuxta l.fin. ff. de priua.de. & l.fi.ff. de fur. ſi ciuilis tolli tur mino itempore, pariſormiter eodem tempore tolletur criminalis, pone in actione iniuriarum prætoria: quia ſicut ciuilis tollitur anno, l. ſi non conuicij.C. de iniu. ita & anno tolletur criminalis: quia de crimine non poteſt quæri criminaliter vltra id tẽpus, intra quod agi poteſt ciuiliter. Iſtud fuit ſingulare dictum Iac. But. quem ibi ſequitur Ang. & Sal. dicens perpetuò menti tenendum in d.l. querela.

Officio autem † iudicis præſcribitur eo tempore, quo a- 111
ctioni vel accuſationi, in cuius locum ſuccedit. vnde ſicut actioni perſonali preſcribitur.30. annis. d.l. ſicut. C. de preſcri. 30. anno. ita & officio iudicis in eius locum ſuccedenti, vt eſt glo. ſingularis in ea. l. ſicut. in verſi. perſecutione. quam dixit ſingularem Bald. in l.2. C. de execu. rei iudi. & tenet Bart. in l. prætor. §. fi. ff. de no. ope. nun. & in l. ſocietatem. §. arbitrorum. col.5. verſi. quæro.1. quantum. ff. pro ſoci. dicens quod quando officium iudicis ſuccedit loco actionis, durat tantum, quantum actio. Et vbi datur in locum exceptionis, tũc durat perpetuò.

Et licèt gloſſ. in præal. l. querela. glo.1. in fin. voluerit per verbum, ſorte officium iudicis ſuccedentis in locum accuſationis, durare 30. an. tamen illa glo. eſt reprobata à Iaco. But. Cyn. Bartol. & communiter Dd. ibi. & illam etiam damnat Imo. in l. diuus. §. fi. ff. de re iud. & Alexand. in l. ita demum. col. fi. C. de proc. eam etiam dicit communiter reprobari Iaſ. in l.1. colum.5. ff. de iuriſdict. omn. iudic. quia vt dixi ſolum durat, quantum accuſatio, quæ regulariter tollitur 20. anno, d.l. querela.

Aliquibus tamen caſibus officium iudicis minori tempore tollitur ſecundum ſubiectam materiam, vt tradit Iaſ. in d. l. prætor. §. fin. col. penul. exemplificans in officio iudicis, quod competit pro fructibus, quod non durat niſi triennio, vt vult gl. ſingularis ſecundum eum in l. ſequitur. §. fructus. vbi Bart. & alij. ff. de vſuca. & Bart. & Moder. ſignanter Alex. in l. 3. C. de his quæ vi me. v-. cau. fiunt.

112 Idem in officio iudicis, qui eſt deſcriptus † in cataſtro, ſiue libro publico, putà talliarum, & exceſſiuè cotiſatus, vt iudex cataſtrum emẽdet, quod debet implorari infra annum, aliàs ſibi præiudicat, vt eſt ſingulare dictum Bar. in l. forma. §. fin. ff. de cenſi. per text. l. ſi quis grauatus. C. de cenſi. & cenſito. lib. 11. quem ſequuntur Ludo. & Iaſ. in d. l. prætor. §. fin. Idem & tertio dicit idem Iaſ. in officio iudicis, quod competit agnatis volentibus reuocare feudum alienatum, quod tollitur lapſu anni: vt eſt textus ſingularis in c. vno. §. Titius. ſi de feu. contro. ſit inter do. & ag. & ibi Bald. Iacob. Al. & Mar. Lan. quem dicit ſingularem Ro. in d. §. fin. in addit. Sed Iaſ. ibi addit alios duos, videlicet text. in c. vno. §. fin. ſi de inueſti. inter dom. & vaſal. lis ori. & in c. vno. §. porrò. qualiter

113 feu. olim po. alie. quem latius vide. Circa † actionem hypothecariam benè eſt differentia inter ius ciuile & cano. quando in ea præſcribendo ius ciuile non requirit bonam fidem, niſi quando tertius poſſeſſor rei hypothecatæ vult præſcribere iuri hypothecæ contra creditorem ſpacio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes: quo caſu neceſſarius eſt titulus & bona fides, per tex. in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. credi. Sed ſi velit idem tertius præſcribere hypothecariè contra creditorem, ſpacio 30. annorum vel 40. quando haberet cauſam ab eodem debitore, iuxta d. l. cùm notiſſimi. in princ. & §. 1. vel ipſe principalis debitor aut eius hæres vellet præſcribere ſpacio 40. annorum contra ipſum creditorem iuxta §. primum. his caſibus iura ciuilia nullam exigunt bonam fidem: ſed tantum caſum dicti temporis. Sed, vt prædictum eſt, iura canonica, quibus ſtandum eſt, nullam præſcriptionem admittunt cum mala fide, d. c. 11. fina. vbi ita communiter concluditur. Et quia hodie mala fides ſeu perfidia exuberat inter homines de quolibet quantumcunque modico contractu ſolet fieri inſtrumentum, & in inſtrumentis notarij de ſtilo apponunt hypothecam, & iuramentum, ex ipſis

contia-

contractibus agi poterit perpetuò, id eſt, vſque ad 40. annos cùm † iuramentum perpetuet actionem in 40. annos, 114
ſicut litis conteſtatio, per text. in l. nam & poſtea. §. ſi is qui temporali. ff. de iureiurand. vbi Bartol. Bald. Angel. Salice. Alexand. & Modern. dicentes eſſe mirabilem effectum iuramenti. Sed aduerte, quia loquuntur propriè iuramento deciſorio, quando ad delationem debitoris creditor iurauit centum ſibi deberi. Ideò cogita, cùm hæc forma non ſeruetur, vtrùm iuramentum debitoris de implendo contenta in inſtrumento, perpetuet actionem in 40. annos: ad quod vide quæ dixi ſupr. eod. titu. verſicu. peremptoriæ, in verſic. iuſiurandi. col. penult. Quia in hoc ampliſſimo præſcriptionum gurgite abyſſus abyſſum inuocat. ideò ſiſto ratem, & videto ad ſaturitatem, Imol. in repet. c. fina. de præſcrip. & Pet. de Vbal. in repe. d. c. ſi diligenti. & Io. Fran. Bal. in tract. de præſcrip. & repe. d. l. Celſus. ff. de vſucap. Anton. de Tremo.

q *Contra legem.* gloſſ. in d. l. 3. hic allegata exemplificat in l. Iulia. de fun. dota. In quo articulo, quia † vtilis eſt in 115
practica, pono aliquas concluſiones: prima erit, quòd ſicut fundus dotalis prohibetur alienari per maritum conſtante matrimonio, ita per ſponſum antequàm matrimonium ſit conſummatum, text. eſt ſingulariter notan. in l. 4. ff. de fun. do. ſecundum Angel. Inſtit. quibus alie. lice. vel non. in princip. Secunda concluſio res mobilis dotalis ita prohibetur alienari, ſicut immobilis, niſi ſeruata diſpoſitione, Authent. ſiue à me. C. ad Velleia. ita concludit Barto. poſt gloſſ. ibi. in 1. colum. 3. verſicul. aliud eſt priuilegium. ff. ſolut. matrimo. quam concluſionem dicit eſſe communem. Iaſ. ibi. colum. 8. in 1. lectura. Niſi in rebus conſiſtentibus pondere, numero, & menſura, quæ non ſunt prohibita alienari, l. res in dotem. ff. de iure do. & in ſeruo dotali, qui poteſt manumitti, l. 1. C. de ſeruo. pig. dama. Tertia concluſio: licèt quando fundus dotalis æſtimatus extitit: & non apparet qua mente, an vt faciat emptionem, an ad fines cognoſcendi valorem, ſi à marito deterioretur, in dubio præſumatur emptio, vt poſſit alienari, vt eſt gloſſ. valde nota. in l. ſi inter virum. C. de iur. dot. Et vbicunque eſt † pretium, præ- 116
ſumatur emptio, vt eſt gloſſ. valde nota. & ſingularis. in l. cùm dotem. vt eod. tit. quam ita appellat Iaſ. in l. 1. colum. 6.

C.de iure emphyt. hoc tamen eſt verum, vbi pretium correſpondet vero valori rei, aliàs non, glo. eſt valde ſingularis in l.1.§.1.in verſic.agendo.ff.de ſuperfi. quam ſequuntur Bal. & Salice. in l. ex conuentione.C. de pact. & ibi Iaſ. illam dicit valde ſingularem, & in d.l.1.C.de iur.emphy.

117 Quarta concluſio: tunc demum † æſtimatio fundi dotalis facit emptionem, quando maritus eſt ſoluendo, aliàs nō: ita tenent Baldus & Salicetus in l.intereſt.C. de vſufruct. per gloſſ.in ſimili. in l.in rebus gloſſ.2.C. de iure doti.quam dicit ſingularem Iaſ.in d.l.ex conuentione.

Quinta concluſio: maritus qui fundum dotalem alienauit in caſu nō promiſſo poteſt nihilominus rem ipſam vendicare, non obſtante ſua alienatione, vt voluit gloſ. in l. vna. §. & cùm lex. & ibi tenet Cyn. C. de rei vxo. act. & glo. Inſtit. qui.aliena.li. vel non. in princi. & tenent Bart. in l.cùm vir. colum. penul. verſicu. quæro vtrum vir. & ibi etiam Imol. ff. de vſuca. vbi glo. tenuit contrarium. Et iſtam dicit eſſe communem Angel. Areti. vbi ſuprà. Et benè faciunt quæ de alienante rem eccleſiæ ſine ſolennitate requiſita habentur in c. ſi quis presbyterorum. in gloſſ. in verſic. alienator. de re. eccleſi. non alienan. Plus voluit Imo. in d.c. cùm vir. quod etiam ſi maritus iurauerit non contrauenire alienationi,
118 quod † tamen non obſtante iuramento poterit alienationem reuocare ex perſona vxoris, in cuius fauorem eſt prohibita alienatio.

Sexta concluſio. Mulier non poteſt conſentire alienationi fundi dotalis etiam cum iuramēto, vt vult glo. in d.l. vna. §. & cum lex. propter prohibitionem legis: ſed iure canonico, cui in hoc ſtandum eſt, ſi mulier conſentiat viro alienanti, & iuret non contrauenire, neceſſe habet iuramentum ſeruare, per text. in c. cùm contingāt. de iuriiuran. & in c. licet mulieres. eod. titu. in 6. Si tamen velles obuiare huic canonicæ diſpoſitioni, contra quam inuehitur practic. Papien. de Ferra. in for. li. quo vxor agit ad do. in verſicu. ac etiam caſtrum facias tu mulierem prius iurare, quod alienationi nunquàm conſentiet, nec ipſa alienabit: & ſi contingat ipſam poſtmodum alienare, vel conſentire viro cum iuramento: primum iuramentum impediet effectum ſecundi, vt voluit gloſſ. ſingularis in d. c. fina. gloſſ. fina. quam dicit ſingularem Angel. Aret. vbi ſuprà in fin. Septima concluſio:

cluſio: ſicut quando maritus ſuccedit vxori in dote conualidatur alienatio fundi dotalis per eum facta, l. cùm vir. ff. de vſucap. ita ſi mulier alienauerit † fundum dotalem, ſolu- 119
to matrimonio per mortem viri conualidatur alienatio, gloſſ. eſt ſingularis in l. conſtante. C. de dona. quam tanquam ſingularem allegat Cyn. in l. ſi prædium. C. de iure doti. vt refert Bald. in d. l. conſtante. intellige etiam ſi non iuraſſet, ſecundum Bald. in d. l. ſi prædium. Antonius de Tremolis.

r *Eſt exceptio.* licèt excipiens dicatur agere, l. 1. ff. de excep. & debeat certum factum proponere ſicut actor, per glo. ibi. Et ſi opponeretur de inepta exceptione, ſuccumberet excipiens, ſicut ineptè agens. l. 1. §. Labeo. vbi Barto. ff. de flu. & idem Barto. in d. l. 1. colum. 2. Attamen non eſt † neceſ- 120
ſe exceptionem, vide Angel. Aretin. in rubric. de except. colum. 25. inſtit. in ſcriptis dari, ſed ſufficit, quod iudex in actis redigi faciat, nec eſt neceſſe, quod in exceptione concludatur, ſed in libello ſic. prout vtrumque determinat Barto. in dicta l. 1. & 2. verſicu. quæro primo. per multa iura per eum ibi adducta. Intellige tamen, niſi eſſet excipiens voluntarius, putà contra electum, vt voluit Innocen. in c. dudum. in 2. de elect. quem ſequitur Flo. in l. in exceptione. ff. de except. & alij quos refert Felyn. in rubr. de except. colum. fina. vbi ſubdit, quod propriè loquendo, excipiens non dicitur agere, per gloſſ. Inſtitu. de except. in princip. Et ideo in ſtatutis appellatione actoris non veniret excipiens, nec appellatione actionis veniret exceptio, ſecundum eum. poſt Bart. & Ange. in d. l. 1. Antonius de Tremolis.

ſ *Ante litem conteſtatam* ſed an etiam probari poterunt ante litem conteſtatam, hoc eſt quærere, vtrùm impediant litis ingreſſum ſiue conteſtationem, vt prius de ipſis exceptionibus, quàm de actoris intentione diſputetur: & probationes ſuper illis recipiantur, antequàm actor ſuam fundet intentionem: &, ſic prius intentetur exceptio, quàm actio, quod eſſet mirabile, ſecundum Baldum in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condition. Ad quod dicas, quòd regulariter † exceptionis peremptoriæ obiectio li- 121
tis conteſtationem ſuper principali negotio non impedit: licèt dicta regula multas patiatur exceptiones,

ob quod plerique ſcribentium laborant in enumerandis exceptionibus litis ingreſſum impedientibus, & quaſdam ponit Barto. & multo pluries Alexand. in addi. ad eum. in l. vir bonus. & Bald. in l. poſtquam liti. C. de pact. & Paul. de Caſt. in l. nam & poſtea. in princ. ff. de iureiuran. & Ange. Aretin. enumerat 42. in §. æquę. col. 6. cum 4. ſequen. Inſtit. de excep. & latè Maria. Socin. in c. vno. colum. 11. cum 8. ſequen. de litis conteſta. vbi enumerat 33. & Felin. in c. exceptionem. colum. 9. & tribus ſequen. Tu autem pro nunc dicas, quòd exceptiones peremptoriæ, ſeu alicuius defenſionis obiectus litis conteſtationem non impedit ſuper negotio principali, niſi ſit de re iudicata tranſacta, vel finita. iſte eſt text. in c. vno de litis conteſta. libr. 6. qui text. clarè decidit, quod exceptiones rei iudicatæ, & tranſactionis impediunt litis conteſta. Sed quæ comprehendantur ſub illo verbo, rei finitæ, paſſus eſt multum difficilis. in quo Frede. de Se. dubitans conſuluit quendam Dom. Bertum canoniſtam excellentiſſimum, vt refert Maria. vbi ſuprà verſicu. viceſima exceptio. Et tota difficultas ſecundum eum conſiſtit in cognoſcendo, quæ
122 ſint † exceptiones ſeu defenſiones rei finitæ. Barto. autem in l. cùm quærebatur. ff. iud. ſol. tradit hanc doctrinam, quod quælibet exceptio, per quam concluditur actori non competere actionem, dicitur rei finitæ, & impedit litis ingreſſum, per illum text. & per l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de negot. geſt. exemplificat de exceptione ſolutionis & acceptilationis, per quas ipſo iure tollitur actio. Et idem voluit ipſe Bartol. in dicta l. nam & poſtea. in princip. vbi ſequuntur Angel. & communiter Modern. ff. de iureiuran. & licèt Paul. de Caſtro. ibi reprobet Bartol. per gloſſ. in d. c. vno. in verſicu. defenſionem. tamen illa gloſſ. communiter reprobatur, ſecundum Iaſ. in d. l. nam & poſtea. qui etiam reſpondet ad text. d. cap. vnici. poſt Alexand. ibi & Felin. in d. c. exceptionem. in ver. defenſionis cuiuslibet. quod non excludit eas quæ per alias leges inducuntur, per gloſſ. in l. ob æs. C. de præd. mino hoc idem voluit idem Bartol. in d. §. videamus. & in l. Papinianus. §. ſi quis impubes. per illum textum. ff. de inofficioſ. teſtamen. & alibi ſæpè. & iſtam Bartol. ſenten. dicit ſibi videri æquiorem Maria. in d. verſic. 20. Et quia ſuprà in rubrica huius operis in ſecunda additione
123 poſui aliquas exceptiones, † quæ dicuntur facti ſeu intentionis,

tionis, quæ oſtendunt actori actionem non competere, dico, quod illæ impedient litis ingreſſum, vt etiam tenet Maria. vbi ſuprà. Immò plus, vt ibi dixi, iudex ex ſuo officio, etiam ſi à parte non excipiatur, repellere poteſt ſic de facto agentem. Et hoc intelligas ſiue in ciuilibus ſiue in criminalibus, quando exceptio eſſet talis, quæ redderet factum impunibile: quia poterit ante litem conteſtatam opponi, & probari: & impediet accuſationis cauſam, l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. ad l. Iul. de adult. text. gloſſ. & Bartol. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confu. & idem Bart. poſt Iaco. de Are. in d. l. nam & poſtea. vbi etiam Moder.

Duo tamen tibi circa hoc ſunt diligenter notanda. primò, quòd tunc demum exceptio, quæ concludit actori actionem non competere, impedit litiſcon. quando poſſet incontinenti probari: quoniam ſi requireret altiorem indaginem, reſeruaretur poſt litem conteſta. per text. in d. l. nam & poſtea. in princ. cum gloſſ. fina. vbi Bart. Ange. Pau. Fulgoſ. Alexand. & Iaſ. ff. de iureiu. & idem Bart. in d. l. cùm quærebatur. & l. fin. ff. pro ſuo. & eſt text. in l. ille à quo. §. 1. vbi per Alex. ff. ad Trebell. Et quando exceptio † dicatur requirere altiorem indaginem, habes text. ſingulariſſimum ſecundum Barto. ibi. in l. ſi is à quo. in princi. ff. vt in poſſ. lega. & per eundem Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & per multos adductos per Alexan. in d. §. 1. 124

Secundò aduerte, quia tota vis conſiſtit in forma opponendi dictas exceptiones: quia † ſi opponis, quia proceſſum exceptionem concludentem actori actionem non competere, vel delictum eſſe impunibile: putà dicendo, non potes agere, vel tibi actio non competit, vel non teneor tuo libello reſpondere, quia ſolui vel præſcripſi, quia fui aliàs diffinitiuè abſolutus: & tunc impediunt litis ingreſſum. 125

Si verò opponas ad merita cauſæ, putà tu non foues iuſtam cauſam, vel ego venio abſoluēdus à petitis per te: quia ſolui &c. & tunc non impediant, ita nota. voluit Barto. in d. l. cùm quærebatur. & in d. l. fin. quod nunquam exeat mentē tuā dixit Ang. Aret. in d. §. æquę. col. pe. & ſequitur Bal. Ang. Lud. Alexan. & Iaſ. in d. l. nam & poſtea. & Mari. & Felin. in locis præalleg. Item aduerte diligenter, quod nedum exceptiones prædictæ actori actionem non competere, & delictū eſſe impunibile concludentes, modo præmiſſo oppoſitæ

impediunt litis cõteſtationem, verùm etiam omnis exceptio notoria, & quæ non indiget probatione, etiam ſi aliàs non concludat actorē eſſe ſine actione in iudicio: quia talis æquiparatur illis, de quibus in d. c. vno. ita tenent Ant. de But. Pa. & Feli. col. 8. verſ. circa peremptorias. in d. c. exceptionem. & Bal. in l. poſtquam liti. col. 2. ver. octaua exceptio. C. de pac. et in d. §. ſi quis poſt. & alij à Feli. relati in loco præall. Idem dicentes, quãdo exceptio probaretur per inſtrumentum: quia quod probatur per inſtrumẽtum, dicitur patere, & ſuper ſuperuacaneo proceſſu non eſt inſiſtendum ſecundum eos: & licèt hoc iure expreſſo non probetur, habent tamen in ſe æquitatem, ſecundum Imol. in c. fin. de ordi. cogni. & Felin.
126 vbi ſuprà. Aliàs † autem regulariter exceptio peremptoria, etiam quam quis vellet incontinenti probare, non impedit litiſcon. ſecundum Innocen. Anton. de Butr. Panor. & Imo. in c. fina. de libel. obl. & per Felin. in dicto c. exceptionem. col. 11.

127 Sed ſi reus † oppoſuerit exceptionem impeditiuam litiſcon. ſui natura ante ipſam litem conteſtatam ad proceſſum, & in ea ſuccumbat, an eandem poterit opponere poſt litem conteſta. ad merita cauſæ, Barto. in extrauag. ad reprimendum in ver. ſummariè verſic. & ex hoc dico quomodo in cri. læſ. maieſt. proce. ſimpliciter tenet, quod ſic quia prima cognitio fuit ſummaria, & ideò iterum poterit opponi, & teſtes iterum recipi, & publicari, ſecundum eum quem ſequitur Ange. Angel. Areti. in d. §. æquè. colum. 12. licèt Bald. Ludo. & Iaſ. in d. l. nam & poſtea. diſtinguant, vtrùm iudex plenè cognouerit ante litem conteſtatam, vt tunc amplius non audiatur, aliàs ſic. Anto. de Tremo.

t *Ante ſententiam.* Licèt vulgò dici ſoleat, quòd peremp-
128 toriè † poſſunt obijci vſque ad ſententiam, rectius tamen dici poſſet ad renunciationem & concluſionem in cauſa. quo etiam verbo ipſius eſt Specu. in titu. de except. §. dicto verſicu. Et peremptoriæ quoniam facta renunciatione & concluſione perinde eſt, ac ſi ſententia eſſet lata, ſecundum Barto. in l. ſi mater. §. eandem. in fin. ff. de re iudic. & poſt renunciatum & concluſum in cauſa, partium organa ſunt clauſa, ita quod non licet eiſdem aliquid dicere aut deducere, quod factum concernat, c. paſtoralis. de cau. poſſ. & proprie. cum ſimi. ita expreſsè voluit Angel. Aretin. in §. appellan-

pellantur.colum.3. verſic. quarto aduertas. Inſtit.de except. text. tamen in l.peremptorias. hic alleg. & in l. præſcriptionem.C. de except. vtuntur tali modo loquendi, videlicet quòd poſſunt opponi vſque ad ſententiam. item aduerte, quòd præmiſſa Ange. ſententia non conuenit ei, quod ſtatim ſequitur. Et hoc procedit & c. quoniam in criminalibus, nō obſtante renunciatione & concluſione in cauſa † accuſatus admittitur quādocunq; ante ſententiā ad opponendum & deducendum pro ſuis innocentijs, etiam ſi expreſsè renunciaſſet omni defenſioni & probationi, glo. eſt vnica & ſingularis. in l. pactum inter hæredem. vbi per Dd. ff. de pact. quam dicit vnicam Bald. in multis locis relatis à Moder. ibidem. & eam ſequuntur Bart. Ange. & Imo. in l. cuſtodias. ff. de publ. iudic. etiam ſi interueniſſet iuramentum ſecundum Bald. in l. vna. C. de confeſ. quam gloſſ. tamen limita vt per Moder. ibi. Poſt ſententiam † tamen, quæ in rem tranſiuiſſet iudicatam non admitteretur exceptio repugnans ſententię, nec probatio innocentiæ: cùm talis ſententia retractari non poſſit, niſi ex priuilegio Principis, vt eſt text. menti tenendus, & nunquam obliuiſcaris ſecundum Bar. ibi. in l. diui fratres. ff. de pe. & illum dixit ſolenne Iaſ. in l. imperatores. col. 1. ff. de re iudi. Anto. de Tremo. 129 130

V *Minor 25 annis* hoc ſanè intellige de minore, qui † fuiſſet in iudicio cum auctoritate ſui curatoris: quoniam ſecùs eſſet ſi ſine curatore eo enim caſu iudicium eſſet nullum, vt dicetur inf. titu. 2. ver. ratione perſonæ. Niſi fortè litigaſſet per procuratorem, quem cum iuramento conſtituiſſet: quoniam cùm iuramentum repræſentet eum maiorem, gloſſ. & Dd. in l. 2. C. de reſcin. vend. ſicut maior non reſtitueretur aduerſus omiſſam exceptionem peremptoriam, ita nec minor, iſta eſt doctrina Bar. in d. l. mino. 25. annis omiſſam. ita not. limitantis illam. l. per text. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. vbi idem tenet Barto. in vlti. col. ver. quæro quid in iudicijs. vbi dicens illam Authen. procedere in iudicijs ſicut in contractibus. & Bartol. in d. l. minor 25. annis mouet aduocatum minoris ne faciat eum litigare per procuratorem cum iuramento conſtituitur, ſed cum auctoritate curatoris. 131

Item aduerte, quoniam quod hic dicitur minorem reſtitui poſt ſententiā ad opponēdum exceptionem, procedit in

peremptorias, in quibus terminis author iſte loquitur: quoniam ſi omiſiſſet opponere dilatoriam vel declinatoriam, merita cauſæ non concernentem, nullatenus reſtitueretur: cùm illa dicatur modici præiudicij, & pro modica læſione non datur reſtitutio, l. ſcio. ff. de in integ. reſti. ſecundum Innoc. in c. coram fœlicis. de in integ. reſtitutio. quem ſequitur Bald. in l. peremptorias. in 3. colum. verſ. quæro vtrum ſicut. C. ſen. reſcin. non poſſ. & in d. l. ſcio in vtraque lectu. & Bal. refert. Fèlin. in c. fraternitatis. colum. 4. de teſti. licèt contrarium teneat Barto. in l. fina. C. ſi aduer. rem iu. per gloſſ. not. ibi volẽtem, quòd plus præſtat in integrum reſtitutio, quàm appellatio. quem facit ſingularem Bal. in c. cùm Bertoldus. in 2. col. de re iudic. & Bartol. ſequitur Iaſo. in l. ita demum. col. penul. C. de procur. idem Iaſ. in l. 1. colum. fin. C. de iuris & facti ignoran. Item non admittitur minor ad obijciendum crimina contra aduerſarium, vt eſt bonus text. in l. auxilium. vbi Bart. & Dd. ff. de mino. & eſt gloſſ. in Clem. 2. de procu. Ant. de But. & Pa. in c. auditis. de in integ. reſtit. & Felin. vbi ſup. Anto. de Tremo.

x *A ſententia appellauit.* Et meritò quia quod præſtat reſtitutio minori hoc præſtat appellatio maiori. l. præfecti. ff. de mino. Item quia non deductum vel oppoſitum in cauſa principali deducam: in ſecunda inſtantia ſine cauſa appellationis, l. per hanc. gloſſ. & Dd. omnes. C. de tempo. appell. & c. cùm Ioannes. de fide inſtrum. Quod declara pro nunc quatuor modis: primò, vt procedat quando eſt appellatum à diffinitiua: quoniam appellatio ab interlocutoria iuſtificatur ex eiuſdem actis, & nil noui in ea deducitur, Cle. appellanti. de appella. Secundò dummodò exceptio omiſſa ſit peremptoria, prout author iſte loquitur: quoniam dila-
132 toria † & declinatoria fori omiſſæ in prima inſtantia non poſſunt opponi in cauſa appellationis etiam antequàm lis in ea ſit conteſtata. per text. ſingularem & non alibi ſecundum Bald. Alexand. & Iaſ. ibi. in l. ita domum. C. de procur. ſecundum intellectum Bart. & communem licet ſecundùm intellectum Raph. & Modern. nulla ſit differentia inter primam inſtantiam & ſecundam ſiue cauſam principalem & cauſam appellationis. Sed quod in vtraque admittantur dilatoriæ vſque ad litis conteſta. vt ibi benè probat text. in verſi. appellatio agitur. quod dicitur fieri per litis conteſtationem,

ſtionem, vt eſt gloſſ. expreſſa & ſingularis, in l. ſi poſteà. in glo. 1. ff. de pecu. quam dicit ſingularem Bald. in c. quoniam contra falſam. colum. 6. de proba. communem tamen intellectum vide limitatum per Felyn. in c. ad audientiam, in 2. colum. 9. ver. omittens dilatoriam. de reſcrip. quem tranſcri pſit Iaſ. de eo non facta mentione, in d. l. ita demùm. colum. penul. Tertiò, niſi in prima inſtantia peremptoria fuiſſet omiſſa malitiosè ad fines magis vexandi aduerſarium, quia hoc caſu non poſſet deduci in cauſa appellationis, gl. quam ibi ſequuntur Hoſt. Ioan. And. Anto. de Bu. & Pa. in c. inter monaſterium. glo. fi. de re iudi. & glo. in d. c. ad audientiam. vbi etiam Anto. de But. & Panorm. in c. exceptionem. de excep. & ſequitur Ang. Aret. in §. appellantur. colum. 20. verſi. in hoc autem articulo. Sed Io. de Imo. in d. c. inter monaſterium. & in d. c. ad audientiam. & in repe. c. quintauallis, col. 15. ver. circa ſextum. de iureiur. tamen contrarium dicens per hanc. l. præallega. non reperiri ita declaratum per alia iura licet talis benè puniatur in expenſarum condemnatione, iuxta d. c. exceptionem, & opin. Imo. placet Felyn. in d. c. ad audientiam. vbi ſubtiliter comprobat & ad rationes in oppoſitum reſpondet in 11. colum. verſ. placuit mihi. & in d. c. inter monaſterium. colum. 7. ver. non deductum. Vltimò declara, quandò exceptio in cauſa appellationis deducenda cõtineret factum non omninò nouum, ſed trahens originem ab antiquo, vt in d. l. per hanc. vbi per Dd. Quintò poſſes declarare, quandò publicatio non obſtaret, iuxta Clem. 2. de teſti. de quo dices aliquid infrà titul. proxim. in ver. & cum præfatæ.

y *Animaduertat.* Iſtum verſi. vſque ad verſ. eſt & exceptio quàm mixta. infr. eod. tranſplantauit Guil. Duran. in Spe. titul. de excep. § viſo. ver. tu verò aduocate Rei. & ibi Ioan. Andr. notat. Et ex tota hac diffuſa litera auctoris habes principaliter vnam concluſionem nõ veram, videlicèt quòd exceptionem † obijciens videtur intentionem actoris confiteri contra textum apertum, in l. non vtique. ff. de excep. & in c. cùm venerabilis. extrà eod. tit. & in c. exceptionem obijciens. de reg. iur. lib. 6. Nec eſt verus intellectus quem infr. tradit Do. Hubert. ad d. l. auream non vtiq;, videlicèt ꝙ intelligit de excipiente conditionaliter: quem intellectum etiam dat gloſ. ibi & alibi ſæpè, quoniam ille intellectus tanquàm 133

diuinatiuus & de indubio ab omnibus reprobatur. Et licet ſuper intellectu dictorum iurium fuerint variæ ſententiæ, quos refert Pa. in d. c. cùm venerabilis. & Ludo. Roman. in l. cùm mulier. colum. 5. cum ſequ. ff. ſolu. mat. licèt etiam, vt dicit Fel. in d. c cùm venerabilis. col. 3. verſ. an & quando iſta materia ſit prolixa & difficilis. Tu tamen concluſiuè dicas, quòd regulariter exceptionem obijciens non videtur intentionem actoris confiteri, nec actor replicās exceptionem rei, per l. & decretales. præalleg. Et iſta eſt communis ſententia omnium canoniſtarum, in d. c cùm venerabilis. & legiſtarū maximè Ia. de Are. Pet. de Bel. Pertica. Cy. Ny. de Mat. Bald. & Salyc. in l. exceptionem. C. de probat. Et ibi Bald. in 3. col. verſi. modò ſequitur videre. atteſtatur iſtam eſſe communē & veram etiamſi ſimpliciter & non ſub conditione excipiat imò plus quia ſimpliciter opponendo intelligitur ſub conditione opponere, ſi petitoris aſſertio fuerit probata ſecundum Bal. poſt Ny. de Ma. ibi. Et quòd ſimpliciter excipiens non confiteatur nec fundet intentionem actoris tenent poſt Bar. Ang. Raph. Imo. Pau. & moder. ſignanter Alex. in 5. & 6. col. in l. decem. ff. de verb. oblig. & Bal. & alij in multis locis relatis ab Alexa. ibid. & à Felyn. in d. c. cū venerabilis. Et moder. poſt gloſſ. & Bar. in l. Iulianus verum. ff. de condi. indeb. Et dicunt omnes, quòd d. l. non vtiq;. & decretalis præalleg. ſicut ſimpliciter loquuntur, ſic ſimpliciter procedunt, & ſunt intelligendæ, quòd excipiens non fatetur. ideò dicebat, in ſpecie gloſſ. not. & ord. ſecundum Bart. ibi in l. Iulianus. verum debitorem gloſſ. 1. verſic. vel dic. ff. de cond. indeb.
134 quòd opponens † exceptionem ſolutionis non videtur fateri debitum præceſſiſſe: & illam glo. ibi indifferenter ſequuntur omnes. & illam dicit ad hoc ſingularem Bald. in c. cùm in iure. colum. 3. de offic. deleg. Sicuti nec dicens ſe abſolutum videtur fateri excommunicationē preceſſiſſe, vt plenè per modern. Iaſ. poſt Bar. in d. l. decem. col. pen. & per Pa. in c. venerabilem. de elect. reprobantem gloſſ. ibi & Bar. in d. l. decem. & per eundem Pa. in c. cùm dilectus. de or. cog. Sicut etiam petens veniam non videtur fateri delictum: vt eſt gl. ſing. in c. exhibita. in ver. poſtulauit. de hom. quam dicit ſingulirem Iaſ. vbi ſupr. Et procedunt præmiſſa, etiamſi Reus non probet ſuam exceptionem: quoniam nec tunc videbitur confiteri quicquid dixerit, gloſſ. reputata ſingularis in

Authen. de exhib. Re. §. ſuſcepto vero. in ver. litiſcon. in fin. coll. 5. quam dixit ſingularem Bald. in l. 2. col. 2. in princip. verſi. ſed pone quòd debitor. C. quando fiſcus vel priua. quā idem Bal. reprobat in d. l. exceptionem. & alle. in d. l. decem. ratio autem, quare excipiens non fateatur, eſt: quia inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium, l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & exceptio tendit ad impugnandum ius aduerſarij: ergo illud quo adiuuare nō debet. Itē ſi ita eſſet quòd excipiens fateretur obiectum exceptionis fieret litis conteſtatio, contra c. 2. de litis conteſt. lib. 6. quæ ratio eſt fundamentalior, & eam poſuit Bal. in d. l. exceptionem præmiſſam tamen concluſionem limitat Alex. in d. l. decem. & Iaſ. poſt eum in d. l. Iulianus duobus modis: ſed primam impugnant: limita ergò in criminalibus, in quibus ſi Reus excipiat, quod occidit ad defenſionem ſuam, ſi defenſionem non probet tanquàm confeſſus venit puniendus: quia præſumptio eſt contra opponentem, quod non fecerit ad ſui defenſionem, ſed doloſè, l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar. Ita eleganter voluit Barto. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de liber. legat. quem ſequitur Imol. & Alexand. in d. l. decem. & Paul. in c. cùm veniſſent. per illum tex. de inſti. & Iaſ. in d. l. Iulianus. & Felyn. declarans. in d. c. cùm venerabilis. aliam limitationem tanquàm impugnatam non refero, tertiam etiam ponebat Alexand. in d. l. decem. ſed eſt indubitata, quando verba exceptionis continerent confeſſionem explicitè dicendo, verum eſt, quòd debitum præceſſit ſed ſoluit. Feli. etiam vbi. ſup. ponit ſex caſus fallētiales ſed ad eū te remitto. Ant. de Trem.

z *Turpitudinem continente.* Quo caſu nulla † naſcitur obligatio neque ciuilis, neque naturalis, d. l. generaliter. in ver. nullius momenti. & meritò nec ex ea datur actio: vt ſtatim ſequitur. Item dicas, ſi ipſa promiſſio non contineret turpitudinem, ſed fieret ex turpi cauſa· putà promitto decem, ſi homicidium facias, quia etiam talis promiſſio ex cauſa turpi eſt ipſo iure nulla, vt voluit gloſſ. in l. iuris gentium. §. ſi ob maleficium. vbi Bartol. Paul. Alexand. & Iaſ. ff. de pactis. & ſequuntur Bartol. & omnes Vltramon. in d. l. generaliter. & in l. penultim. ff. de conditione ob turpem cauſam. & Iaſon in d. l. generaliter. column. 3. quod iſta eſt communis opinio & magis æqua. Tertiò idem dicas,

quando

quandò promiſſio contineret turpitudinem ex parte promittentis tantùm: vt in caſu.l. 4.§. ſed quod meretrici.ff.de condit.ob turp. cauſ. quoniam etiam tunc eſt ipſo iure nulla, vt voluit gloſſ.ibi. & in l.2.C.eod.tit.&in l.affectionis.ff. de donationib. & Bald. Angel. & Paul.de Caſtro. ſequuntur in d.§.ſed quod. & dicit Ang quod iſta eſt tutior & honeſtior.etiam tenent Imol. & Iaſ.in d.l.generaliter.vbi Iaſ.in vltimis ver.dicit iſtam eſſe ſuſtentabiliorem in puncto iuris, licèt citramontani & multi vltramontan.relati ibi ab eo tenuerunt contrarium.Ant.de Trem.

a *Actio non datur.* Quibus caſibus quando iudex videt actorem ſine actione experiri, poteſt ex ſuo officio repellere actorem etiam Reo non opponente, vt dixi in rubrica huius tracta. in 2. additio. vbi etiam oppoſui quæ ſunt iſtæ exceptiones, quæ propriè dicuntur intentionis.

b *Nemo experiatur.* Hoc ſanè procedit, niſi in litis conteſtatio. ſperaretur oriri actionem, per tex. mirabilem. ſecundum Rapha. Cuma.ibi, & ſingularem ſecundum Angel. & Imo.in l.ſi Titius.ff.de verb.oblig. quia idem iudicamus de potentia propinqua ad actum, ſicut de ipſo actu.l.penul.vbi Bald.ff.de milit.teſtamen. & niſi Reo expreſsè conſentiente, & alijs quibuſdam caſibus, de quibus per Bar. & modern.ibi. ſcilicet in d.l.Titius. quæ licèt allegetur ſingularis, habet tamen ſocium, in l.ſi pluribus.de legat.1. ſecundum intellectũ quem ponit ibi gloſſ.fin.approbatum ab Petr.Ang. & Imo. ibi ſecundum Alex.in d.l.ſi Titius.

c *Fundat intentionem.* Nihil eſt vt dixi ſupr.in prin. huius verſ.in addi.mag.Ant.de Trem.

d *Non credit.* Quia per talia verba benè inducitur litiſcon.vt per Ioan.And.Anto.de But.Pa.& Ma. Sozin. colum. 11.verſ.viceſimoſecundò quæro.in c. vno.de litiſcon. quicquid dixerit gloſſ.ſingularis ſecundum Paul. ibi in l.1. C.de litiſcon. Iſta erit melior forma excipiendi, quàm illa, nego debitum præceſſiſſe, vel nego aliquid debuiſſe, & ſi probaueris, &c. quia ſi verè præceſſerit debitum, mentitur contra ſalutem animæ: & potiùs deberet omnia mala pati quàm veritatem negare, in l.Iulianus.verum.colum.7.ff.de cond. indeb.poſt Imol.in l.decem.ff.de verb.oblig. damnantes cautelam traditam per Bald. ex mente gloſ.ordi.in l.ſi quidem. hic alleg. ſed fortè Iaſ.fallitur per ea quę nota.Alexand.in l.

qui totam.ff.ad Trebell.& retuli ſup.tit.1. in princ.in gloſſ. in verſic.per calumniam. Item conſideraquomodo poteſt ſtare,quod ſubdit idem Iaſ.ponens aliam tutiorem cautelã,
vt dicat † conditonaliter,ſi quid tibi debui ſolui:cùm per ta- 136
lia verba ſic ſimpliciter prolata non fiat litiſconteſt. per nota.in d.c.vno.& in l.1.C.de litisconteſt.Antonius de Tremolis.

e *Non vtique.* Imò ſicut prædicta l.ſimpliciter intelligenda:vt ſup.tibi dixi,in prin.huius verſi.

f *Non fiet litiſcon.* Imò hodie:quia per obiectum peremptoriȩ exceptionis non fit litiſcon.dicit text.in c.2. de litiſcon. libr.6. & tenet Bal. in l.1.col.1. de litiſcon. nec eſt vera ratio ſequens ibi.quia actoris, &c.

g *Probauerim.* Licèt hoc vòluerit gloſ.in Auth.de exhib.re. §.ſuſcepto.coll. 5. tamen reprobatur vt dixi in prima addi. huius verſ.

h *L.ſi quis cùm aliter.* Aduerte,quia l.dolo.propriè loqui-
tur in † dolo dante cauſam contractui ſtricti iuris: quo caſu 137
mero iure valet contractus:ſed reſcinditur ope exceptionis, vt etiam habetur in l.& eleganter.in princip.vbi glo.& Bar. ff.de dolo. Sed quando daret cauſam contractui bonæfidei eſſet mero iure contractus nullus,l.3.§.final.ff.pro ſoc. & l. ſi voluntate.C.de reſcind. vend.& tunc diceretur exceptio intentionis. Sed l.ſi quis cùm aliter.loquitur de dolo incidente in contractum ex propoſito,vel re ipſa, putà ex enormi læſione abſque propoſito ſtipulatoris; ex qua reſultat dolus reipſa,vt ibi eſt text.melior de iure ſecundum Paul. & ſingularis ſecundum Bald.in c.vno.de plus petit. Anton. de Tremo.

i *Nulla actio.* Iſta litera,pròut iacet,non eſt vera; quoni-
am † contractus per metum initus mero iure tenet,licet prȩ- 138
textu metus poſſit reſcindi,vt eſt text. quem ibi notant modern.in l. interpoſitus.C.de tranſact.Sed eſt ſpeciale in dote, vt metus ipſo iure vitiet illius cõſtitutionem, per d.§. ſi dos. & ibi gloſſ.expreſſa Bartol. Bald. & Alexand.in l.ſi cùm dotem.§.ſi mulier.ff.ſolut. matrim. ſicut etiam eſt ſpeciale in matrimonio & alijs caſibus nota.per gloſſ. in l.1.§. final.ff. de auto.iudi.& Sali.in d.l.interpoſitas. Et puto, quòd hoc voluerit dicere iſte auctor, quòd fallat in dote, non in re. Sed tunc fallentia non benè congruit, cùm ſuprà nil dixerit

de

de metu, ſed de dolo. ideò Specul. in titul. de except. §. viſo. verſic. tu verò aduocate: dicit, quòd hoc fallit in dote promiſſa per dolum, ſed nec tunc benè adaptatur tex. d. l. ſi mulier. §. ſi dos. loquens de metu non dolo.

k *Titulus.* Etiam iure Canon. ſed ſolùm bona fides, niſi iùs commune eſſet contra præſcribentem, vt dixi latè ſuprà eod. titul, verſicul. exceptio Macedoniani. in ver. pręſcriptiones.

l *Vt prædixi.* Et malè vt habes. ſup. in prin. huius verſi. animaduertat. in 1. addi.

m *Ante litem conteſtat.* Licèt exceptiò dubia, de qua in d. l. ſufficit dubietate pendente quoad conditionem indebitè ſoluti, ſit cenſenda peremptoria & perpetua, vt ibi. Attamen quia ſui natura eſt dilatoria ſolutionis, vt in exemplis ibi poſitis in gloſſ. ideò de ea an ſit opponenda ante litem conteſt. vel non, & de effectu dic vt dilatoria ſolutionis plenè dixi ſupr. tit. de impe. & excep. quæ contra reſcrip. & dele. iudi. opp. ver. attende tamen.

§. fina. Iſtis iuribus punitur mendacium, de quo latè vide quæ ſcripſi. ſup. tit. qui. mod. ſuo no. agen. ciui. ver. item deludentur agentes. & ſeq. Ant. de Trem.

Puto contrarium. Et benè facit quod ſcripſi. ſupr. d. titul. verſi. & generaliter. ad fin. magnæ addi. videlicèt quòd etiamſi quis oppoſuerit vnam de impedientibus litis conteſt. & in ea ſuccuberit, nihilominùs tamen poſt litem conteſt. iterùm poteſt illam opponere, probare multo fortiùs, ſi nondum fuerit oppoſita. Ant. de Tre.

n *Contrarius* Parum eſt de hac elegantia curandùm, cùm Reus pluribus exceptionibus ne diuerſis, ſed etiam contrarijs vti non prohibeatur, per tex. gloſſ. & Dd. in l. nemo prohibetur. ff. de excep. tex. gloſ. & ſcrib. in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. Sicuti & actor replicando poteſt vti contrarijs allegationibus, ſecundum Bar. & alios in d. l. nemo. Intelligentes dummodò ipſi excipienti & replicanti incumbat neceſſitas probandi vtranque, aliàs ſecùs, quod dic vt per eos. Secùs autem in actore, qui contrarias actiones non poteſt intentare, vt ſup. tit. quib. mod. ſuo no. ciui. agen. ver. ſimiliter repelluntur contra ponentes & ibi dixi.

De-

# De exceptionibus & beneficijs, quæ poſt diffinitiuam ſententiam opponuntur. Rubrica.

## *SVMMARIA.*

1 Exceptiones poſt ſententiam opponendæ quæ ſint.

2 Miles condemnatus nõ poteſt ſuis defenſionibus etiam vti poſt ſententiam impediri.

3 Falſi exceptio poteſt etiam poſt ſententiam opponi.

4 Sententiam prætextu falſorum teſtium vel inſtrumentorum annullari poſſe, qualiter ſit intelligendũ. & n. 66

5 Exceptio pacti de non petendo quibus prodeſſe poſſit, & quibus non, & contra quos poſſit opponi.

6 Exceptio omnis, principaliter in agentis creditoris odium inducta, poſt ſententiam opponi poteſt.

7 Velleiani exceptione, ſi mulier condemnetur, nõ oppoſita oritur aut renouatur in ſententia exceptio, vt poſt eam latam opponi poſſit, & quare.

8 Priuilegium eſt cõtra, beneficium autem præter ius cõmune.

9 Exceptio, non teneor vltrà, quàm facere poſſum, quare etiam poſt ſententiam opponatur: eſtque dilatoria & temporalis. & nu. 16. & peremptoria.

10 Exceptio ſententiam non impugnans, ſed executionem tantùm aut mutans aut moderans, etiam poſt ſententiam obijcitur.

11 Hæres, ad integra legata condemnatus, poterit in executione poſt ſententiam exceptione inuẽtarij legitimè confecti vti, vt vltra vires hæreditarias non teneatur.

12 Exceptio deductionis expenſarum per me in re vindicata bona fide factarum, poſt ſententiam opponi poteſt.

13 Compenſationis exceptio etiam poſt ſententiam in executione obijci poteſt.

14 Exceptio contra inſtrumentum, contra quod ex ſtatuto non opponitur exceptio, ſi illud moderetur, valet.

Exceptio

16 Exceptio ante ſententiam à iudice cognita, aut data ante ſententiam omnes dilatorias, peremptorias, & anomalas termino non obiecta, poſt ſententiam non admittitur.
17 Incarcerari poteſt omnis condemnatus, qui non eſt ſoluendo, donec bonis cedat: eſtq; ad ſacculum & peram excutiendus.
18 Debitor delicto ceſſione bonorum non liberatur reſpectu fiſci.
19 Pœna pecuniaria non mutatur in corporalem reſpectu partis læſæ, niſi conſenſerit.
20 Cedere bonis qui non teneantur ex priuilegio, ſi cauerint ſe integrum ſoluturos, ſi pinguior fortuna aduenerit.
21 Socer vxoris quibus in rebus & quare magis ſit priuilegiatus quàm ſocer viri, in beneficio, quo quis non tenetur cedere bonis.
22 Socer viri, ſi generum dolo induxit ad contrahendum ſub ſpe magnæ dotis promiſſæ, non gaudet etiam conſtante matrimonio hoc priuilegio, vt non teneatur vltra, quàm poſſit.
23 Priuilegia militibus conceſſa quatenùs ad aduocatos & clericos extendantur.
24 Deductio, ne egeat, quid requirat in qualitate perſonæ, rei, & temporis inſpiciendum.
25 Exceptio nullitatis ſententiæ poteſt quandocunque opponi poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, etiamſi tres conformes latæ eſſent ſententiæ.
26 Nullitate proueniente ex iudicis iuriſdictione, ſi ea poſt tres conformes ſententias opponatur, impeditur etiam executio.
27 Sententia lata aſſiſtente falſo procuratore mero iure eſt nulla, ſiue aduerſarius ignorauerit, ſiue dubitauerit eſſe falſum, niſi iuſto procurator errore ducatur: aut admiſſus ſit cum cautione rati.
28 Iudex ſi falſum procuratorem ante ſententiam legitimum pronuntiauerit, poſt eam non erit nullitati locus ob falſitatem.
29 Falſi procuratoris exceptio, an poſſit etiam poſt renuntiationem & concluſionem in cauſa opponi, vt ſenten-

ſententiam feriæ impediatur.

30 Procurator falſus quis habendus.

31 Mandatum qui habet generale ſi agat in cauſa requiren te ſpeciale, procurator falſus habetur.

32 Mandatum de lite proſequenda, prius geſta confirmat.

33 Dominus poteſt proceſſum & ſententiam contra falſum procuratorem latam ratificare, etiamſi in fauorẽ falſi procuratoris data ſit, & nu. 34.

35 Procuratoris falſi acta quando non poſſit dominus ratificare.

36 Venales ſententiæ, quæ aut pecunia aut interuentu cuiuſcunq; rei impetrantur, cùm ſint ipſo iure nullæ, poterit talis exceptio etiã poſt ſententiã in rem iudicatam tranſactam opponi, etiamſi vt iuſtè feratur data ſit. & quare.

37 Repeti an & quando poſſit pro ſententia obtinenda datum iudici.

38 Iudex & teſtis turpiter etiam pro iuſta cauſa recipiunt pecuniam, ſecùs in arbitro, & arbitratore, non annullatur tamen ipſo iure ſententia.

39 Sententia per peſſimum iudicis dolum aut fauorem data valet quidem, & tenet, tranſitque in rem iudicatam: ſed iudex punitur.

40 Reſtitutio in integrum datur etiam ſine remedio appellationis, ſi ſententia dolo aut ambitione ſit lata.

41 Exceptio ſententiæ latæ per ambitionem vel errorem iudicis an & quando poſt ſententiam poſſit opponi.

42 Error expreſſus vitiat ſententiam ipſo iure, & quando non. & nu. 46.

43 Sententia per errorem aut falſam cauſam lata, ipſo iure non vitiatur, ſed valet, etiamſi ex actis appareat error, ſecùs in decreto. & nu. 48.

44 Decretum per errorem aut falſam cauſam interpoſitũ non valet, ſed ipſo iure eſt nullum, etiamſi partim vera partim falſa fuerit cauſa.

45 Datio in ſolutum à iudice facta ſi aliqua in parte debitum excedat, tota eſt nulla.

47 Error iuris in actis, ad quæ ſe refert ſententiã, expreſ-

ſus non valet, vt & in errore facti, ſecùs ſi poſſit tolerari.

49 Error in libello quando eundem & ſententiam ſuper eo latam irritet.

50 Sententiam continere errorem expreſſum, & ſe referre ad acta, quando paria ſint, & quando non ſint.

51 Sententia in probationibus à iure reiectis fundata ipſo iure nulla.

52 Iniuſtitia notoria non reddit ſententiam ipſo iure nullam.

53 Exceptio incompetentis iudicis quando & quomodo opponatur.

54 Exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis ad impediendam latæ ſententiæ executionem opponi poteſt, etiam poſt tres conformes ſententias.

55 Sententia falſorum teſtium vel inſtrumentorum prætextu lata an ipſo iure ſit nulla.

56 Decretum per falſas probationes interpoſitum eſt mero iure nullum.

57 Reſtitutio in integrum quando non detur aduerſus ſententiam per falſos teſtes datam.

58 Falſitas publicatis atteſtationibus quomodo poſſit per teſtes probari.

59 Falſus teſtis quis ſit.

60 Sententia teſtium prætextu lata quare mero iure teneat, vt nec corruptio aduocati aut procuratoris.

61 Teſtes ſi pecunia corrumpantur an ſic cauſa cadat corrumpens, ac ſi iudicem, aduocatum vel procuratorem pecunia corrupiſſet.

62 Acta cauſæ aut notarium actorum falſificans, cauſa cadit.

63 Reſciſſio ſententiæ per falſos teſtes latæ vt obtineatur, an opus ſit probare tũ quòd falſum depoſuerint teſtes, tum quoq; quod corrupti ſint, an verò alterum, & quod ſufficiat.

64 Teſtium falſitas ſi ſit probata, ſentẽtia per in integrum reſtitutionem retractabitur, etiamſi dolus vel ſcientia producentis non interuenerit.

65 Teſtibus precibus corruptis, at non pecunia vel rei interuentu, non reſcinditur ſententia.

67 Tranſ-

67 Tranſactio etiam iurata prætextu falſorum teſtium facta retractatur.

68 Iuramentum non nocet iuranti, vbi falſitas aut ſimulatio interuenit.

69 Exceptiones & beneficia poſt ſententiam opponendæ quando & quomodo poſt ſententiam probabuntur.

70 Peremptoriæ exceptiones ante ſententiam purè vel conditionaliter oppoſitę, an à Reo antequàm teſtificata didicerit probari debeant.

71 Atteſtationibus publicatis an ſuper eodem aut cõtrario articulo noui poſſint produci teſtes.

72 Priuilegium in dubio conceſſum perſonæ quando cenſeatur perſonale, quando item reale, vt tranſeat ad hæredes.

73 Exceptiones non tantùm trãſeunt ad hæredes defuncti, ſed etiam incipiunt ab hæredibus.

74 Hæres nominę ſuo & non defuncti agens non poteſt repelli exceptione contra defunctum competente.

75 Priuilegium perſonale vt non tranſit ad hæredes, ſic nec fideiuſſores, & quare.

76 Reſtitutio in integrum conceſſa minori non prodeſt fideiuſſori, datur tamen hæredi minoris.

77 Exceptio competens principali quando detur fideiuſſori, & quando non. & nu. 79.

78 Fideiuſſor ſi ſit illius, pro quo fideiuſſit, debitor, conuentus non habet, quàm opponeret principalis, exceptionem.

80 Liberatio fideiuſſori facta, quãdò non proſit Reo principali.

81 Ius quęſitum tertio ex meo contractu, non poteſt tertio inuito à me tolli.

82 Pactum merè perſonale quomodo conſtituatur, adeò vt ad hæredem non tranſeat.

83 Incluſio vnius perſonæ extendit ſe ad excluſionem aliarum.

84 Exceptio deleganti obſtans non obeſt delegato.

85 Res inter alios iudicata quot caſibus tertio præiudicet. & nu. 91.

82 Sententia vt noceat tertio, requiritur citatio, & quando ſola ſcientia ſine citatione ſufficiat.

87 Pater quando teneatur ex ſententia contra filium lata: & è contrario. & nu. 89.

88 Principis ſententia ius facit, habetque vim legis, & ſecundum eam in ſimilibus caſibus à cæteris iudicandum eſt.

90 Statutum an poſſit ſic filium pro patre, aut è diuerſo patrem pro filio ad pœnam corporalem obligare, vt & ad pecuniariam multam.

92 Scientia quando non requiratur in ſententia contra tertium lata, vt ei præiudicet.

93 Præſumptio qualis qualis, aut præiudicium quale quale quid operetur.

94 Citatio tertij cuius intereſt ſiue à lege, ſiue ab homine facta ſit, facit, vt ſententia contra Reum lata, tertio noceat, ſi in caſibus in iudicium deductis tertius comparuerit, in quibus ad definitiuã Reo abſente perueniri poſſit.

95 Citati à lege, quam ignorare non licuit, maior eſt contumacia, quàm citati ab homine.

96 Sententia lata de legitimitate vnius an præiudicet alteri cohæredi, & an idem ſit in filiatione.

97 Sententia de ſtatu perſonæ facit ius quóad omnes, qui nun principaliter intereſſe prætendunt.

98 Sententia vbi de ſui natura facit ius quóad alios, non præiudicat tamen æquè principale ius habentibus.

99 Sententia ſuper nullitate teſtamenti lata contra hæredem, an præiudicet legatarijs, & fideicommiſſarijs.

100 Sententia in petitione hæreditatem contra hæredem ſcriptum lata, etiamſi ſit iniuſta, nocebit tamẽ ei quóad legatarios & creditores, pro qua lata eſt.

101 Sententia ſuper teſtamenti reſciſſione lata inſtante eo cuius non intererat, quo minus ei non proſit, proderit tamen his quorum intereſt, etiamſi in iudicio non fuerint.

102 Tranſactio inter hæredem ſcriptum & legitimum inita, præiudicat creditoribus, vt vtrunque conuenire debeant pro rata.

103 Vaſalli & tertij tranſactio præiudicat domino feudi.

104 Res

104 Res iudicata & iuramentum præiudicat tertio in actione populari.

105 Iniuriæ remiſſione priuata non præiudicatur pœnæ publicæ.

*Poſt ſententiam verò opponi poſſunt infraſcriptæ exce- 1
ptiones,† ſcilicet exceptio Macedoniani* [b] *& Velleia- b
ni* [c]*, & beneficium* [d]*, quod habent mariti, & donatores, & c d
cæteri* [e]*, qui non poſſunt ex iudicato inſolidum conueniri: e
licèt quatenus facere poſſunt, vt ne egeant* [f] *eorum ratio ha f
beatur: vt ff. ad Mace. l. tametſi. & ff. ad Vell. l. vltim. §.
penultim. & ff. de re iudi. l. ſunt. & l. patronus. & l. item
miles. & l. inter eos. & l. Neſennius. §. final. ſolut. matrim.
l. ex diuerſo. §. vltim. & ff. quod cum eo. l. ſi filius. 1. reſpon.*

*† Idem in milite* [g] *condemnato qui poſt ſententiam ſuis 2
defenſionibus vti poterit, vt C. de iur. & fact. ignor. l. 1. g*

*† Idem in beneficio cedendarum* [h] *actionum, vt ff. de fi-
deiuſſ. l. ſi fideiuſſores. in d. § fin.*

*† Idem dico in falſi exceptione, & in omni alia, per quã 3
poteſt iudicium & ſententia annullari* [i] *vt ſi dicatur ſenten h i
tia lata aſſiſtente falſo procuratore* [k]*, nec dominus eius pro- k
ceſſum ratificauit* [l]*, vel à iudice pecunia corrupto* [m]*. Se- l
cùs ſi gratia* [n]*, vel errorre* [o]*, ſeu ambitione, vel à iudice in- m
competente* [p]*, vel ſi dicatur iudicatum per falſas allegatio- n
nes, vel inſtrumenta* [q] *falſa, vel per falſos* [r]*, vel ſuborna- o p
tos* [ſ] *teſtes. Vel ſi dicatur quis ingenuus* [t] *pronunciatus non q
aſſiſtente iuſto contradictore, vt iſta per ordinem compro- r
bantur, C. de procura. l. licet. & ff. de iudi. l. licèt verum. & ſ
C. quando prouoca. non eſt neceſ. l. venales & C. de pe. iud. t
qui ma. iud. l. 1. & Authent. nouo iure. & ff. ad Trebellia. l.
ſeruo iuncto. § cùm prætor. & C. ſi à non compet. iudic. per
totum. & C. ſi ex fal. Inſtit. & teſti. per totum. & ff. de*

*re iudicata. l. diuus Adrianus. & ff. de iudi. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de coll. deteg. l. cùm non iuſto.*

4 † *Et quod dixi ſententiam annullari prætextu falſorum teſtium vel inſtrumentorum, intelligas eſſe verum, quando iudex fidem adhibuit falſis teſtibus & inſtrumentis, & illa ſecutus pronuntiauit: vt ff. de re iudi. l. cùm prolatis. & C. ſi*

v *ex fal. inſt. l. . quod in dubio præſumo* [u], *quando dicit in ſententia, viſis teſtibus & inſtrumentis. Et cùm præfatæ exceptiones, & beneficia poſt ſententiam opponantur, poſt ſententiam*

x *probabuntur* [x].

*Cæteræ autem peremptoriæ, quæ ante ſententiam purè vel conditionaliter proponuntur, ſunt probandæ à Reo ante-*

y *quàm teſtificata didicerit* [y] *iure nouo, vt in Auth. de teſtib. §. quia verò multi. & §. illud. & iacet. C. de probationib. Auth. at qui ſemel.*

z *Opponi* [z] *autem poſſunt peremptoriæ rei* [a] *cohærentes, et*

a *quæ ante ſententiam, & quæ poſt ſententiam ſunt opponen-*

b *dæ à principalibus perſonis, & ab earum hæredibus* [b], *& à*

c *fideiuſſoribus* [c], *& mandatoribus etiam inuitis* [d] *Reis, eo-*

d *rum ſtatu integro manente, vt ff. de exceptionibus. l. exceptiones quæ perſonæ. §. Rei autem. & l. omnes. & C. de exceptionibus l. defenſiones. & ff. de iure fiſci. l. in fraudem. §. ſi principalis. & C de fideiuſſoribus l. . & l. ſententiam. & ff. de fideiuſſo. l. vbicunque. & ff. de regul. iur. l. hære-*

5 *dem.* † *Et quod dixi, recipit inſtantiam in exceptio-*

e *ne pacti, vbi pactum de non petendo eſt perſonale* [e], *quia non proficit hæredi, neque fideiuſſori. ff. de pactis. l. idem in duobus. §. perſonale. Et poſſunt opponi contra paciſcentes, & illos, qui in iudicio ſe offerunt, & in eorum hære-*

f *des, & emptores* [f], *& legatarios vtentes ſuorum authorum iure, ff. de doli exceptio. l. apud Celſum. §. de authoris. & §. ſi cum legitime. & argumen. ff. de acquirend. poſſeſſ.*

*l. Pom-*

*Pomponius. §. cùm quis adminiculo. Et interdum* [g] *contra illos, qui in iudicio non fuerunt, vt in illis caſibus, in quibus ſententia facit ius quò ad omnes. Vt in cauſa filiationis* [h], *ingenuitatis* [i], *& querela inofficioſi teſtamenti iure veteri, non autem nouo* [k], *& in populari* [l], *actione, ſi bona fide delatum ſit iuramentum, nec ſit colluſum, vt ff. de lib. arg. l. 1. §. fina. & l. 2. & l. 3. in princip. & ff. de ſtatu ho. l. ingenuum. & ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. ex cauſa. & C. de libe. præte. vel exhære. Authen. ex cauſa. & ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus.* g h i k l

D*iffinitiuam ſententiam.* Intellige etiam de diffinitiua quæ in rem tranſiuit iudicatam: quia ſi eſſet appellatione ſuſpenſa quælibet exceptio peremptoria poſſet opponi: vt ſup. tit. prox. ver. & regulariter dico. Sed iſte poſſunt opponi etiã poſt diffinitiuã in rẽ iudicatã tranſactã. Et ſi dicis quòd poſt diffinitiuam in rem iudicatam tranſactam nil vltra quærendũ eſt, cũ faciat de nõ ente ens, & verũ mutet in falſum & non admittat probationem in contrarium, vt dixi ſup. tit. prox. ver. peremptoriè. in ver. rei iudi. ad ad hoc reſpondeo quòd iſte exceptiones vel non impugnant ſententiam nec ei ſunt cõtrariæ, ſed eam ſecum compatiuntur & meritò poſt executionem moderando ſententiam opponuntur. Exceptio enim quæ ſententiam non impugnat poſt ſententiam opponi poteſt in executione, text. eſt in l. ſi fideiuſſores. in id. §. fi. & ibi Bar. ff. de fideiuſ. & dicetur ſtatim vel in illis eſt ſpeciale propter odium vel priuilegiũ: vel oriuntur aut renouantur in ipſa ſententia: vt latiùs in ſequentibus dicam: & ideò contra naturã peremptoriarũ opponi poſſunt poſt ſententiã etiam in rem iudicatã tranſactam. Et aduerte diligenter quòd vbicunq; exceptio peremptoria poteſt opponi poſt ſententiã in rẽ iudicatã tranſactã ꝙ etiã poterit opponi poſt quadrimeſtre: quod datur condẽnatis ante factam ſatisfactionem. gl. eſt mirabilis ſecundum Bar. ibi. l. ab executione. in ver. excedat. C. quo. ap. non reci. & illam dicit ſingularem Iaſ. in l. 1. col. pe. C. de iur. & fac. ign. & ante eum Ang. Are. in §. appellantur. col. 10. Inſt. de excep. Ant. de Trem. a

b *Macedoniani.* In iſta exceptione eſt ſpeciale odio credi-

 toris

toris agentis, ſecundum Bart. in l. 1. col. 2. C. de iur. & fac. ign. per ea quæ notan. in l. tametſi, hic alleg. vbi iſtud idem voluit Bart. ex quo inferunt modern. ſcribentes, in d. l. 1. quòd
6 omnis † exceptio, inducta principaliter in odium creditoris agentis, opponi poteſt poſt ſententiam, exemplificantes in exceptione banni, ſiuè tu es bannitus, &c. cùm ſit inducta in odium banniti, poterit opponi poſt ſententiam, vt voluerũt expreſsè Bartol. Bald. & alij in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. inde. Item in exceptione excommunicationis, inducta, quę eſt in odium excõmunicati, poterit opponi poſt ſententiam, de qua dixi in titul. quib. mod. ſuo nomin. ciui. agen. verſicul. item agere impeditur. in verb. & excommunicatus.

c *Velleiani.* Huius exceptionis, quòd opponi poſſit poſt ſententiam, ratio eſſe poteſt ſecundum Bart. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. cum quo ibi tranſeunt ſcriben. quia talis exce-
7 ptio oritur ſeu ſaltem † renouatur in ipſa ſententia, eo quòd mulier condemnata, non oppoſita exceptione Velleiani, videtur de nouo intercedere, meritò cùm renouetur in ipſa ſententia, poterit poſt ipſam ſententiam opponi, per text. in l. & poſt rem. §. 1. ff. de tranſ. & iſtud idem ſentit Barto. in d. l. tametſi. dicens in Velleiano rationem: quia in propria litigotione mulieris interceſſio eſt, per text. in l. ſi mulier in iure. ff. ad Vell. Ang. tamẽ Are. in §. appellãtur in 5. col. Inſt. de exc. ſentit aliam rationẽ, quòd Velleianũ eſt beneficiũ principaliter inductum in fauorem perſonæ propter fragilitatẽ ſexus. Ex quo infert generaliter, quòd quandò executio fieret contra beneficium inductum principaliter in fauorem perſonæ propter fragilitatem ſexus, vel aliam, quòd tunc peremptoria poterit opponi poſt ſẽtẽtiam, vt ibi per eum. Ex quibus duabus rationibus colligere potes duas regulas in hac materia. Ant. de Trem.

d *Et beneficium* Quia Bartol. in l. ſi miles. in prin. ff. de re re iud. in ſuo ſummario etiam appellat beneficium, Iaſ. ibi eum reprehendit, dicens, debere dici priuilegium, non beneficium, per ea quæ ipſemet Bart. tradit, in l. 1. in vltim. col. q.
8 antepe. C. de iur. & fact. ignor. videlicèt quòd † priuilegium eſt contra ius commune & beneficium præter, putà ſi imperator concedat alicui caſtrum diceetur beneficium. Sed non aduertit fortè, quòd iuriſconſultus etiã appellat beneficiũ,

ff. ſol.

ff. ſolu. matr. Item nónne dicimus beneficium ſenatuſcon. Velleiani, & beneficium Macedoniani, hic etiam ſunt contra ius commune. Benè fateor quod ſtricto ſumpto vocabulo, rectius diceretur priuilegium : ſed largo ſumpto vocabulo cum iureconſulto authore illo, & Bartol. vbi ſupr. non ineptè dici poterit beneficium. & quia Bar. vtroque vocabulo vſus eſt in d. l. miles. nos eius veſtigia non aſpernati promiſcuè vtemur. Sed ad rem veniendo, ratio, quare † huiuſmodi exceptio, non teneor vltra, quàm facere poſſem, opponi poſſit poſt ſententiam, eſt, quoniam talis exceptio non impugnat ſententiam, ſed eam ſecum compatitur, executionem illius ſolum moderando. Modò extat regula tradita per Bart. in l. ſi fideiuſſores. in d. §. fin ff. de fideiuſſ. per illum text. & in l. ex diuerſo. §. fin. per illum text. ff. ſol. matr. & in l. Neſennius. §. fin. etiam per illum text. ff. de re iud. & in d. l. 1. col. 1. vbi per Moder. C. de iu. & fac. ig. quod exceptio † quæ ſententia non impugnat, ſed ſolum executionem alterat vel moderatur, poteſt opponi poſt ſententiam. 9 10

Ex qua regula inferunt Dd. in locis prææalleg. & alibi ſæpè, quod hæres cõdemnatus † ad integra legata, poterit poſt ſententiam in executione opponere exceptionem inuentarij legitimè confecti, vt nõ exigatur vltra vires hæreditarias, iuxta l. ſcimus. §. & ſi præfata. C. de iur. delib. próut expreſsè tenuit in d. l. Neſennius. §. fina. & in d. l. ex diuerſo. §. fin. vbi etiam Bald. Ange. & Moder. & idem Bart. in l. pen. per illum text. ff. de confeſſ. licèt Alex. ibi in addit. ad Bart. dicat de hoc non reperiri text. & Bart. etiam ſequuntur Bald. & Modern. in d. l. 1. 11

Secundò inferunt, quòd ſi in actione † rei vendicationis fuerit contra me lata ſententia, in eius executione potero opponere exceptionem deductionis expenſarum per me bona fide factarum in re vendicata, vt voluit pater practicæ Guil. Duran. in Spec. in tit. de excep. §. d. verſ. ſed pone ædificaui. & Bart. in l. in fundo. col. fina. ver. videamus ergo. ff. de rei vendi. & ſequuntur Modern. in d. l. 1. Vbi etiam tertiò inferunt, quòd exceptio compenſationis † cùm ſententiam nõ impugnet, ſed ſe compatiatur cum illa, poterit opponi poſt ſententiam in executione, per text. in l. 2. vbi Bald. not. C. de compe. idem Bald. in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſ. Pau. de Caſtr. & cæteri. in d. l. 1. & Ang. Are. in §. appellantur. 12 13

14 col. 19. Inſt. de excep. Itē & vltimò infertur, quòd ſtante † ſtatuto, quod contra inſtrumentū non poſſit opponi aliqua exceptio, vt pleræq; curiæ habent ex priuilegio Principis, quod tamē benè poterit opponi exceptio, quę nō tendit contra inſtrumentū: ſed ſolum illud moderatur, vel limitat, prout ab expreſſo voluit Bart. in l. ſi filius. ff. quod cum eo qui in alie. po. eſt. dicens inſpiciendā verba ſtatuti, an prohibeant opponi cōtra inſtrumentū, an contra eius executionē, vt hoc vltimo caſu nil poſſit opponi. Prędicta oīa ſunt ſanè intelligēda

15 niſi iudex † ante ſententiā de tali exceptione cognouiſſet, & eam repuliſſet: quia tunc poſt ſententiā amplius opponi nō poſſet, per text. in l. quod in diem. §. fi. ff. de compen. ſecundū Bar. Bal. & Dd. ſignanter Alex. in d. l. ex diuerſo. §. fi. poſt gl. in d. l. Neſennius. §. fin. & iura per eos alle. Secundò intellige niſi iudex ſtatuiſſet ante ſententiā terminum ad opponendū oēs exceptiones dilatorias peremptorias & anormalas: vt voluit Bal. in l. ab executione. colum. pe. C. quo. ap. non reci. & ſequitur Alex. in d. ex diuerſo. §. fi. col. 2. dicens iſtam Bal. li-

16 mitationem eſſe ſingularem. Aduerte etiam, quòd licèt † huiuſmodi exceptio, non teneor vltra quàm facere poſſum, opponi poſſit poſt ſententiam, non tamē propterea eſt peremptoria, & perpetua, ſed eſt dilatoria & tēporalis, ſecundū gl. ordinariam. in d. §. appellātur. in ver. agentibus. in fi. quam ita appellat Iaſ. in d. l. 1. col. pe. & gl. & Bar. in l. 3. ff. de exce. & Bar. & Dd. in d. l. ex diuerſo. §. fi. & idē Bar. in l. quod nomine. ff. de condi. inde. & licèt ita tranſeat Iaſ. in d. l. 1. attamen Dd. Anti. & Alex. de Imol. Pet. Bel. & idē Iaſ. in l. inter eos. in fi. ff. de re iudi. aliter dicunt videlicet, quòd cùm iſta exceptio nō impediat litis ingreſſum, ſicuti nec regulariter peremptoriè. c. 1. de lit. conte. lib. 6. Item cùm opponatur poſt litē conteſt. & poſt ſententiam, quod nō procedit in dilatorijs, quæ poſt litem conteſt. non opponuntur, l. ita demum. C. de procura. certè quòad proceſſum dicetur peremptoria. Dicetur etiam dilatoria & temporalis reſpectu ſolutionis & executionis: quia differt ſolutionē integrā, quòad peruenerit ad pinguiorem fortunam, l. vna. cùm autem. C. de rei vxo. act. item ſecundò dicetur dilatoria reſpectu conditionis indebiti ſoluti, quæ ex hac cauſa non competit, l. nam & ſi maritus. ff. de conditio. indeb. quæ benè competeret ſi eſſet peremptoria & perpetua cùm ſit fauorabilis per text. in l. qui exceptionem.

nem.cod.tit. Anto.de Tremo.

e *Et cæteri.* Tu aduerte diligenter, quòd regulariter omnis † condemnatus exiſtens nō ſoluendo poteſt incarcerari, 17
donec debitū ſoluerit, facta tamen prius excuſſione, iuxta l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & nō prius: vt eſt gl. ſingularis in l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpec. tu. quam dicit reputari ſingularem Imol. Alex. & Iaſ. in d. §. in venditione. in qua excuſſione comprehendi debent bona fideiuſſoris: vt eſt tex. ſingularis. in l. ſi plures. §. præterea. in 2. quem Barto. ibi dicit not. ff. de fideiuſſ. & illum cum ſua glo. 1. dicit non inueniri alibi Bald. in l. mulier. C. de iu. dot. & illum dicit ſingularem Alexan. in addi. ad Bart. in d. §. tutores. nec à carceribus liberatur niſi bonis cedendo, l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. vſque adeò quod non eſt ei relinquendus vnus denarius, ſed eſt excutiendus vſque ad ſacculum & peram, ſecundum gloſſ. in l. pe. ff. de ceſ. bo. & gloſſ. in l. fi. §. fi. ff. de his quæ in fraud. cred. licèt veſtes viles & attritæ ſint cedenti relinquendæ, ne ſit carne nudus exemplo damnatorum ad mortem, quibus panni relinquuntur, l. diuus. ff. de bon. dam. ſecundum Dyn. Pet. & Bart. in d. l. pen. Ioan. Fa. Ioan. de Pla. Ang. & Iaſ. in §. fin. Inſtit. de acti. Niſi eſſet † debitor ex delicto, qui incarceratus ce- 18
dendo non liberatur, ſed ſi non habet in ære luit in corpore. l. 1. §. generaliter. ff. de pen. & l. ſi quis id quod. ff. de iu. omn. iu. cùm in delictis non habeat locum ceſſio, gloſſ. in c. peccatum. de regu. iur. lib. 6. Innoc. & Dd. in c. Odoardus. de ſolut. Bald. & Modern. in d. l. ſi quis id quod. Quod procedit reſpectu fiſci: quia reſpectu partis læſæ nunquam conuerteretur
† pœna pecuniaria in corporalem, niſi creditor conſentiret, 19
l. fin. vbi Bald. & Dd. ff. de in ius vocan. quo caſu ſi paſſus in corpus deueniret ad pinguiorem fortunam, non teneretur, vt eſt text. not. in l. ſed ſi vnus. ſi ante iudicem. ff. de iniur. quam dicit nota. Bald. in d. l. fin. & tenet gloſſ. in c. ſicut dignum. §. eos. de homi. & in d. c. peccatum. Licèt ergò debitor ex contractu incarceratus non liberetur niſi cedat bonis regulariter. Sunt tamen † perſonæ aliquæ, quæ de iure ex 20
priuilegio non tenentur cedere bonis, ſed nec exigi poſſunt, niſi quatenus habent in bonis deducto etiam, ne egeant: de quibus loquitur author iſte.

Cessio bonorum an locum sit de Iure Sax. vid. Differ. Iur. Civil. et Saxon. D. Fachs.

Enumerantur autē in iuribus hic allegatis ex ordine perſonæ ſequentes: primò ſocius, & ſi eſt ſocius omniū bonorum

rum habet hoc priuilegium ex quocunque contractu conueniatur, & ex quacunque actione. Si verò eſt ſocius alicuius rei vel negotiationis tantum, in illa tantum gaudebit priuilegio, ſecundum Alber. de Ro. & Iaſ. poſt anti. Dd. in l. ſunt qui. hic alleg. ſic concordantes illum text. cum l. verum. in princ. ff. pro ſoci. licèt alij communiter aliter dicant.

Secunda perſona eſt patronus, patrona, & liberi eorum. quod intellige, etiam ſi patronus amiſerit ius patronatus ꝑ renunciationem ex ſpontanea voluntate factam: quia cùm hoc priuilegium detur ratione reuerentiæ, l. alia cauſa. §. 1. ff. ſolu. matr. Et per ſpontaneam remiſſionem iuris patronatus non perdatur ius reuerentiale, vbi eſt text. not. in l. fin. §. fin. C. de bo. li. non tolletur hoc priuilegium, ſecundum Imol. Alexan. & Iaſ. in d. l. patronus. faciunt quæ eccleſiæ exempla habentur per Moder. in d. l. alia. §. 1. Tertia perſona erit parentes, etiam ſi filij eſſent milites, argum. eorum, quæ voluit gloſſ. reputata ſingularis. in l. cogi. §. ſi pater. in ver. contra obſequium. ff. ad Treb. quam dicunt ibi ſing. Nic. de Nea. & Alex. de qua dixi in ti. qui. mo. ſuo. no. ci. agen. ver. item nõ auditur. in ver. litigare. Quarta maritus, qui ab vxore non poteſt exigi vltra, quod facere poſſit, iuribus hic alle. & in §. item ſi de dote. Inſtit. de act. Et aduerte, quia nedũ habet maritus hoc priuilegium in actione de dote, verùm etiam in omni actione ex quocunque contractu, vel quaſi conſtante matrimonio initio: vt eſt text. in l. non tantum. ff. de re iudi. Et hoc ſiue conueniatur durante matrimonio, ſiue eo ſoluto ſecundum communiter Dd. contra glo. ibi & ſecundum Barto. & Dd. in d. l. maritum: licet contrarium etiam teneat gloſſ. in l. ſi vxor marito. ff. de dona. inter vi. & vxo. Item adaduerte, quia eodem priuilegio gaudet vxor conuenta à viro ex natura correlatiuorum, vt eſt text. in d. l. non tantum. in fin. & ibi per Raph Cuma. & Moder. & in l. ex diuerſo. in princ. ff. ſolu. matr. regulariter enim diſpoſitum in viro habet locum in vxore ratione correlationis, per text. in l. fin. in ver. ęqua lance. C. de diuor. per quem dicit ibi Bald. quod vir & vxor ad paria iudicantur, ad idem l. fi. & quæ ibi per Mod. C. de iudi. vi. tol. Item nedum gaudet hoc priuilegio vir & vxor, verùm etiam ſocer vtriuſque, id eſt, pater viri conuentus ab vxore ſuper dotis reſtitutione, & pater vxoris ad dotem conuentus, per textum in l. ſicut autem. cum l. ſequen.

ff. de re

ff.de re iudic. Circa quod tamen attende diligenter, quia in duobus † magis eſt priuilegiatus ſocer vxoris quam ſocer 21
viri-pater ipſius vxoris. Primò, quia ſocer vxoris, pater viri, vtitur hoc beneficio, ex quocunque contractu ab vxore conueniatur, nedum actione de dote, verùm etiam alia, & ad aliud quàm ad dotem: ſed pater vxoris ſolùm quando conuenitur actione de dote: iſte eſt text. ſingularis in d.l. ſicut autem cum l. ſequen. incip. ſed hoc ita. in verſicu. dos ex promiſſa petatur. quem dicit ſingularem Raph. Cuma. in d.l. ex diuerſo. in princip. & ibi Alex. in vlti. colum. & Iaſ. in d.l ſicut. rationem aſſignans, quia vxor eſt magis ſubdita in reuerentia ſocero patri viri, quàm econuerſo vir ſuo ſocero: cùm ſocer vxoris ſit loco patris, l. quia parentis. cum l. ſequen. ff. ſoluto matrimonio. Secundò, quia ſocer vxoris gaudet hoc beneficio etiam ſoluto matrimonio, ſed ſocer mariti tãtùm ſi conueniatur ad dotem conſtante matrimonio, non eo ſoluto, vt dicit text. in d.l. ſed hoc ita. & eſt ratio diuerſitatis: quoniam ſicut ſolu. matrimonio & affinitate ſublata amoris vinculum, ita priuilegij decreſcit beneficium, vt dicit ibidem glo. in ver. ſuccurẽdum. quam reputat ſingularem Bal. in c. literis. circa fi. de teſti. & in c. accedens. in 2. colum. vlt. vt lit. non conteſt. & Ange. Are. in §. ſocium. Inſti. de nup. & in §. ius autem. colum. 1. Indi. de pa. po. Aduerte tamen, quià etiam † conſtante matrimonio ſocer viri non gauderet hoc 22
priuilegio, ſi dolo induxiſſet generum ad contrahẽdum ſub ſpe magnæ dotis etiam promiſſæ, quam ſciebat ſe ſoluere nõ poſſe, vt eſt text. ſingularis in l. penul. ff. de iur. dot, quem dixit ſingularem Paulus de Caſtro in d.l. ex diuerſo. in princ. & eum dixit nõ alibi in iure Iaſ. in d.l. ſicut autem. & ſic habes hic quatuor perſonas virum vxorem & vtrumque ſocerum. Adde idem eſſe in filio communi hærede viri, qui gaudet eodem beneficio, l. etiam. ff. ſolut. matrim. ſecùs tamen ſi eſſet filius mariti ex alio matrimonio, ſecundum gloſſ. in l. ſi cum procuratore. & in l. ſciendum. ff. de re iudic. quas & ſimiles ſequuntur Bart. & Dd. ſignanter Alexan. in d.l. ſi cum procuratore. quam legit cum §. 1. legis præceden. Bart. Bald. Angel. & Modernio in d.l. etiam. Et ſimiliter non competit hoc beneficium nepotibus vel pronepotibus viri, cùm ſint ex alio matrimonio, ſecundum Ang. Imo. Pau. Ludo. Rom. & Alexand. ibidem. Multos autem caſus, in quibus maritus

non

non vtitur hoc priuilegio, vide per Bart. & Moder. ſignanter Alex. in d. l. maritum. Quinta perſona enumerata in d. ll. eſt miles armatæ militiæ. & ad idem eſt text. in l. miles. in prin. ff. de re iudic. & licèt gloſſ. & Bart. ibi limitent quando contraxiſſet in caſtris, ſecùs ſi vagando, tamen Raph. Cuma. Pe. Bel. & Iaſ. ibi tenent contrarium per illum textum generaliter loquentem, benè eſt verum, quòd illud priuilegium non competeret militibus hodiernis auratis, qui non ſunt bellatores, ſecundum Raph. Cuma. & Iaſ. ibi per illum text. & per nota. per Cyn. & alios Dd. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. & per Alexan. late in l. centurio. ff. de vul. & pu.

Et quia aduocati, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, non minus prouident humano generi, quàm qui gladijs, clipeis, & thoracibus innituntur, dicit elegans text. in l. aduocati. de aduo. diuer. iudicio. ideò gloſſ. in d. l. miles. illum text. extendit ad aduocatum, vt non teneatur vltrà, quàm facere poſſit, deducto ne egeat: quam glo. ſequuntur ibi Bar. & Modern. ſignanter Alex. in. & Iaſ. priuilegia enim conceſſa militibus armatæ militiæ extenduntur ad milites inermes, putà Doctores, vel aduocatos, ſecundum gloſſ. & Bart. in l. 1. §. eſt & alius. ff. ſi quis à paren. fue. ma. & ſequuntur Cyn. Salic. & Moder. in d. l. 1. C. de iur. & fact. igno.

Idem & ſecundò dixit glo. procedere & multò magis in militibus cœleſtis militiæ, putà clericis, vt non teneantur vltra quàm facere poſſint: & cum illa glo. ibi tenent Rica malum. Bart. & communiter alij, & Imol. & Moder. Cano. in c. Odoardus. de ſolu. vbi Andre. Sicu. dicit illam glo. in d. l. miles. ad vnam ſingularē de iure ciuili: & illam glo. Bar. ibi dicit menti tenendam. Et idem quod illa glo. tenet aliam gloſ. in c. ſtudeat. 1. diſt. & glo. in l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. facit tex. in c. degradatio. §. 1. vbi Domi. de S. Gemi de Pe. lib. 6. Per quem inferunt Dd. quod ſicut miles non poteſt donare concubinæ. l. 2. C. de dona. inter vi. & vxo. & l. miles ita. §. mulier. ff. de teſta. mili. ita nec aduocatus, vel clericus, vt tenet Bart. in l. affectionis. ff. de dona. & in d. l. 2. & in d. l. miles ita. §. mulier. & in l. mulierem. ff. de his qui vt indig. in alio autem ſecùs: vt per gloſſ. Bart. Bald. & cæteros in d. l. miles. §. mulier. Et quia vbi ſumus in fauorabilibus, quibus iura fauent propter publicam vtilitatem, pietatem, vel aliam fauorabilem cauſam, fit extenſio, etiam in exorbitantibus,

ex identitate rationis, per not. per gloſſ. in l. illud. in ver. alia cauſa. & in l. fin. in ver. captiuorum. C. de ſacroſanct. eccleſ. idem putarem in ſcholari etiam non clerico, ad quod optimè facit gloſſ. reputata ſingularis in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign. dicens, quòd ſicut militibus arma, ita ſcholaribus libri ſunt relinquendi, & quod per illam gloſſ. ſingulariter notat Bal. in rub. C. qui bo. ced. poſſ.

Quod autem dixi † priuilegia conceſſa militibus extendi ad aduocatos & clericos, intellige, niſi priuilegium eſſet conceſſum militibus ratione præſumptæ ignorantię: quia turpe eſt viro patricio & cauſas peroranti ius, in quo verſatur, ignorare, l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. & l. profeſſio. C. de mu. pa. libr. 10. in clericis autem non cadit iuſta ignorantia, vt not. gloſſ. in l. repetita. in verſicu. peritos. C. de epiſcop. & cler. ſecundum Barto. & omnes, excepto Fulgoſ. in d. l. 1. Sexta eſt donator, de quo eſt etiam text. in l. diuus. ff. de regu. iur. Et in hoc eſt vnum ſpeciale, quoniam deducit etiam æs alienum, id eſt, quod alijs ipſe debet, l. inter eos. §. is quoque. ff. de re iud. alij verò non, vt ibi per Dd. Sed intellige illum text. in eo, qui promiſit donare merè & ſimpliciter, ſecùs ſi ob cauſam: quia illa non eſt propria donatio, l. 1. ff. de dona. ſed remuneratio, ſecundum Alexan. in d. l. ſunt qui. col. 1. poſt Ange. in d. l. ſed hoc ita. & ſequitur Iaſ. in d. l. inter eos. §. is quoque. quem legit cum prin. l. reſpondens ad l. ſi xtraneus. ff. de iur. dot. Adde aliam perſonam, videlicet eum, qui ceſſit bonis: quia ſi poſt ceſſionem aliqua acquirat, in illis non tenetur vltra, quàm facere poſſit, deducto ne egeat, l. qui bonis. ff. de ceſ. bo. Ex quo vides, quod magis fauetur cedenti in bonis poſteà quæſitis, quàm in illis, quæ prius habebat, in quibus nil ſibi relinquitur, vt prædixi. Niſi eſſent bona prohibita alienari à teſtatore feudalia vel emphyteoſis eccleſiæ, quæ retineret, licèt non commoditatem illorum, ſecũdum Bal. in l. 1. C. qui bo. ce. poſ. aliam perſonã habes in l. 2. in princ. ff. ꝙ cum eo videlicet filiumfamilias emancipatum vel exhæredatum, qui ex contractu tempore, quo erat in poteſtate, inito, non tenetur vltrà, quàm facere poſſit. Et aduerte, quia omnes præmiſſæ perſonæ tunc demum gaudent priuilegio prædicto, ſi cautionem præſtent de ſoluendo ex integro, ſi ad pinguiorem fortunam venerint, prôut eſt text. in l. vna. §. cum aũt. C. de rei vxo. act. & de

ſocio eſt text. in l. verum. §. item videndum. ff. pro ſoci. de cæteris autem perſonis tenent Ioan. de Imo. Raph. Cum. & Iac. ex identitate rationis in d. l. patronus. quam legunt cum d. l. ſunt qui. tu vide gloſſ. in l. 3. ff. de excep. Et intelligit gloſſ. in d. §. cùm autem. quod talis cautio debet eſſe verbalis & nuda à fideiuſſore. quia maritus egens nõ reperiret fideiuſſorem. & idem tenet gloſſ. Barto. & alij in l. diuortio & benefi. quæ poſt diſſi. ſen. oppo. §. interdum. ff. ſol. matr. & benè probat text. in d. §. item videndum. in ver. nuda repromiſſio. dicit tamen Angel. Areti. in d. §. item ſi de dote, quòd cautio talis debet eſſe iuratoria cum expreſſa obligatiõe bonorum. cum hoc non ſit ſibi graue, nec ſit neceſſe ab alio requirere, ſed habeat à ſemetipſo, per text. ſingularem ſecundum eum in l. filio vel ſeruo. vt in fi. vbi Bart. no. ff. vt leg. no. ca. Item aduerte quòd omnes iſti amittunt priuilegium, ſi negent id, quod eſt cauſa eorum priuilegij, vt dixi plenè in tit. qui. mod. ſuo no. ciui. agen. verſic. ſimiliter punitur. Anto. de Tremo.

f *Ne egeant* Rectè itaque ſentit Do. Huber. quod omnes, qui non poſſunt exigi vltra, quàm facere poſſint, ſunt etiam priuilegiati, vt eorum ratio habeatur, ne egeant, etiam ſi tales non ſint alendi. Et ſic quod l. in condemnatione. ff. de regu. iur. generaliter procedat in omnibus ſuperius nominatis in proxi. addit. próut etiam voluit glo. ſing. ibidem, ſcilicet in d. l. in cõdemnatione. quam dicit ordi. & ſingularem Bal. in l. vna. §. cùm autem. C. de rei vxo. ac. & in c. vno. in princ. in fi. ver de notis feu. & eam dicit not. & ſequitur Iaſ. in d. l. l. ſunt qui. Non omitto vnum neceſſarium in hac materia,
24 quòd in † deductione prædicta, ne egeat, attentus eſt modus circa tria: circa qualitatem perſonæ: circa quantitatem rei: & circa quantitatem temporis. Circa qualitatem perſonæ, an ſit perſona nobilis vel doctor, qui plus habeat expendere, quàm ruſticus. Et quod huius dignitatis ſit habenda ratio, tenent Imol. Raph. Cuma. & Alexan. in l. ſi maritus in id. ff. ſolu. mat. per not. in l. nepos periculo. iuncta gloſſ. in ver. dignitate. ff. de verb. ſign. & per alia iura per eos allegata. & tenet Bal. expreſsè in l. 2. C. quod cum eo qui in alie. po. eſt. ſed Alexan. in d. l. maritum ſecutus mentem Barto. ibi dicit ſibi placere, quòd ſi mulier eſſet valdè inops, ita quòd non poſſet ſibi ſuccurri, ſi haberetur reſpectus ad talem mariti dignitatem, quòd tunc nullatenus ſit habendus, aliàs ſic argu. no. in d. l. ne-

d.l. nepos. Licèt illuſtris Doctor Franc. de Are. in conſil. ſuo 17. incip. conſideratis diligentiſſimè. in 10. col. verſicu. ad quintum. conſuluerit ſimpliciter fore habendam rationem cōditionis & ſtatus perſonæ. & hoc tenet etiam Ang. Are. in §. appellantur. colum. 6. Inſt. de exce. dicens debere cōſiderari an ſit nobilis qui ſecundum ſtatum ſuum multis indiget adminiculis. an verò ruſticus cui ſatis ſit quod habeat pane cępe oleum & caſeum. iuxta gl. in l. ſeruis legatis. de leg. 3. ff. & & idem ſimpliciter dicunt Modern. in d. l. inter eos. ſed mihi multum placet opin. Alexand. in d. l. maritum. Item circa hanc qualitatem perſonæ inſpiciendum eſt, an ſit perſona, quæ habeat artificium aliquod, vnde poſſit venire, quia non vteretur iſto priuilegio: aut ſaltem ſuarum operarum haberetur ratio, per gl. ſingularem in d. l. ſi maritus in id glo. ma. in princ. quam dicunt ſingularem Nic. de Nea. & Pau. de Ca. in d. l. maritum. & ibidem Paul. dicit illam reputari ſingularem. licèt alleget aliam. in l. ſi quis argentum. §. 1. in verſicu. quantum donauit. quę expreſsè hoc vult, C. de dona. & ita tenent Modern. in d. §. item ſi de dote. Circa qualitatem rei debet inſpici non quantum ex venditione rerum ſuarum redigi poſſit, ſed quantum ex patrimonij ſui fructibus, iſte eſt text. mirabilis & ſingularis ſecundum Bart. ibi. in l. qui bonis. ff. de ceſ. bon. per quem Bal. in d. l. ſi maritus in id. ſentire viſus eſt, quòd ſi maritus habet amplum palatium magni valoris, & modici reditus ſibi neceſſarij ad victum, quòd nō teneatur illud vendere, licèt Imol. & Alexan. contrarium teneant. cum quibus ſtarem ſi ex pretio palatij poſſet vtrique rectè conſuli. Circa verò quantitatem temporis eſt attendendum, vt non deducatur ſolùm pro vno vel duobus annis, ſed etiā pro totò tempore vitæ ſuæ, habita cōſideratione, quantum viuere præſumatur iuxta ſupputationem iuriſconſulti, in l. hæreditatum. in prin. ff. ad l. Fal. Iſta eſt doctrina gl. in d. l. maritum. glo. 1. cum quo tenent Py. Io. Fa. Io. de Pla. Ange. Are. & Iaſ. in d. §. item ſi de dote. Anto. de Tremo.

g *Milite.* Speciale priuilegium militibus eſt à iure conceſſum: vt exceptiones peremptorias opponere poſſint poſt ſententiam in ipſa executione: vt eſt text. ſing. & vnicus in iure in d. l. 1. hic alleg. quem dicunt ſingularem Bar. & Pau. ibi. & Bal. in c. fin. col. 6. de confeſſ. quod intelligunt Dd. ibi quando ageret cauſam ſuam & per ſe: ſecùs autem ſi alienam vel

per procuratorem vt per eos. & vult Barto. in l. admonendi. in 2. col. verſicu. ad vnum tamen. ff. de iureiur. quod pariter aduerſarius militis vtetur eodem priuilegio, vt poſſit deducere & allegare poſt ſententiam. & eum ſequitur Alex. in addi. ad Bar. in d. l. 1. & Iaſ. ibi in 1. colum. ſed quia hoc priuilegium eſt inductũ fauore militis propter eius præſumptam ignorantiam. l. fi. C. de iur. deli. nõ extendetur ad aduocatos, vel clericos. Item nec ad ruſticum cùm ei non ſuccurratur niſi in caſibus à iure expreſſis per not. in l. fin. C. illo tit. videlicet de iur. & fact. igno. niſi ex capite clauſulæ generalis, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur ſecundum Bartolum & Moder. in d. l, 1. quos latius vide. Anto. de Tremo.

h *Cedendarum actionum* De hac exceptione dixi tibi in ti. de impedi. & except. quæ con. reſcri. de leg. iud. verſic. idem puto. in verſ. epiſtolæ. in fine.

i *Annullari* Aduerte quòd in hac vtili & quotidiana nullitatis ſententiæ materia duo ſunt diuerſi articuli: alter, vtrùm poſt diffinitiuam ſententiam in rem iudicatam tranſactam poſſit exceptio nullitatis opponi, de quo hic: alter, vtrùm per huiuſmodi exceptionis nullitatis ſententiæ obiectum impediatur executio ipſius ſententiæ, ſic quod debeat differri executio, donec cognito de nullitate: de quo articulo hic non dicam: quia author tangit infr. titu. prox. in princip. & ibi reſeruo. Sed ad primum articulum breuiter dicas,
25 quòd exceptio † nullitatis ſententiæ poteſt quandocunque opponi poſt ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, ſiue nullitas procedit ex parte falſi procuratoris, ſiue ex defectu iuriſdictionis iudicis, ſiue ex inordinato proceſſu, vt probatur in iuribus hic allegatis & tradunt Bart. & Modern. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. ratio huius eſt, quia exceptio nullitatis ſententiæ oritur in ipſa ſententia, & cùm non potuerit opponi ante, meritò debet poſſe opponi poſt, l. & poſt rem. §. 1. ff. de tranſ. ex doctrina Barto. & aliorum. in d. l. 1. facit gloſſ. in l. licet. C. de procur. Item quia ſecundum Iaco. But. Bal. & Salice. in d. l. 1. ſententia nulla non meretur dici ſententia. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. vnde cùm non ſimus poſt ſententiam meritò poteſt opponi. Plus eſt quod etiam ſi eſſent tres ſententiæ conformes adhuc contra illas poſſet opponi exceptio nullitatis, executionem tamen non
26 retardata: vt eſt text. in Clem. 1. de re iudi. Niſi nullitas † proueniret

ueniret ex defectu iuriſdictionis iudicis, quo caſu exceptio nullitatis oppoſita poſt tres ſententias impediret etiam executionem: vt eſt gloſſ. ſingul. reputata in Clemen. vna gloſſ. fina. de ſequeſt. poſſ. & fruct. quam dicunt reputari ſingularem Pau. Alexan. & Moder. in d. c. §. condemnatum. & Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. ope. nuncia. de cuius intellectu & concordia cum gloſſ. in Clem. 1. in ver. pendere. de re iud. vide Alex. in d. §. qui opus. Et ex quibus cauſetur nullitas ſententiæ ponit idem author eo. tit. ſe. vbi poſt eum dicam. Anto. de Tremo.

k *Aſſiſtente falſo procuratore.* Talis quippe † ſententia eſt mero iure nulla, vt hic dicit: & ideo principio exceptio dicitur ineſſe & oriri cum ſententia, vt dicit glo. in l. licet. C. de procu. hic alleg. quę quotidie ad hoc allegatur ſecundũ mod. ibi, & ad l. fam add. text. in c. in noſtra. de proc. quæ iura volentia ſententiã latam falſo procuratore aſſiſtente eſſe ipſo iure nullam limitans quòad prçiudicium domini, quoniam in præiudicium ipſius procuratoris falſi benè valet, vt poſſit contra eum exequutioni demandari: & ideo non eſt fundatus nulla. iſte eſt text. in l. ſi ſe non obtulit. in prin. vbi Dd. ff. de re iud. & in l. Plautius. ff. de procu. niſi iuſto errore deductus putaſſet ſe habere legitimum mandatum, vt d. l. Plautius. & per Ludo. Ro. Alexand. & Iaſ. in d. l. ſi ſe non obtulit. hoc autem quod hic dicitur ſanè intelligas ſiue aduerſarius ignorauerit procuratorem eſſe falſum ſiue dubitauerit: ſiue etiam ſciuerit quia ſua ſcientia nil operabitur ad validandum iudicium. ita in effectu volunt gloſſ. Barto. & Dd. licèt tria membra circa hoc faciant. in d. l. licet. Sed ſanè procedit dictum authoris noſtri, quod exceptio † falſi procuratoris poſſit opponi poſt ſententiam, niſi iudex ante ſententitm pronunciaſſet eum legitimum procuratorem, qui tamen non erat, & eius pronunciatio tranſiuiſſet in rem iudicatam: quoniam amplius opponi non poterit exceptio falſi procuratoris, ſecundum Bart. & omnes in d. l. licet. & Barto. & alios in l. 1. C. de iur. & fac. ig. & Bald. in l. falſus in pe. col. C. de furt. Secundò procedit, niſi procurator falſus fuiſſet admiſſus cum cautione rati, quia poſt modum amplius opponi non poterit dicta exceptio, per text. in l. inter quos. §. alieno. in fin. ff. de damn. infect. Niſi incontinenti poſt præſtitam cautionem ſecundum Cyn. Ray. Bart. Salicet. Fulgoſ.

(Margin numbers: 27 beside "Talis quippe † ſententia"; 28 beside "quod exceptio † falſi procura-".)

& Iaſ.in d.l.licet. & Imol.in d.§.alieno. & Pa.in c.quoniam cōtra falſam.ad fi.de proba. facit gl.in l. Pomponius.§. rati. ff.de procu. volens paria eſſe quod fieri ante vel incontinenti poſt, licet Alex.contra.in d.l.licet. Dicebat etiam Bald.in l. quãuis indubitati.in vlti. colum.C. ad l.Iul.de adul. & Alex.
29 poſt eum.in d.l.licet.quod quamuis † exceptio falſi procuratoris poſſit opponi poſt ſententiam, quod tamen non poſſet opponi poſt renunciationem & concluſionem in cauſa ad impediendum ſententiam ferri: tamen Iaſ.ibi in 1.col.notabiliter concludit contrarium: quia cùm poſſit opponi poſt ſententiam, multo fortius debet poſſe opponi poſt con-
30 cluſum in cauſa vt ibi per eum. Dicitur autem † falſus procurator ex mente glo. & Bald.in d.l.falſus. & glo.in l.ſi procuratori falſo.ff. de condi. cau.da.cau. non ſequ. & in l. ex parte Decani.de reſcri.Bald. & Dd. in d.l.licet. quinque modis: primò, ſi nunquàm habuit mandatum. Secundo ſi habuit ſed impertinens, vel non ſe extendens ad id, quod erat in iudicium deductum. vnde dicebat Bald. in c.nonnulli. in 1.colum.per illum text. & in d.l.ex parte Decani.de reſcript.
31 quod qui habet mandatum † generale & agit in cauſa requirente ſpeciale dicitur falſus procurator. & Bald. ſequitur Iaſ. in l.licet.col.1.

Tertiò dicitur falſus, ſi habuit mandatum, ſed fuit reuocatus, de quo dices ſupr. titu. de excep.procu. verſic. ratione verò conſtituentis. in ver. reuocauit. quia etiam iuramentum, quod hodie ſolet apponi in procuratorijs de non reuocando, non impedit reuocationem, licèt reuocans efficiatur periurus, vt eſt gloſſ. reputata ſingularis. in c.fin. in ver. reuocatus. de procur.lib.6.

Quartò, quando habuit mandatum, ſed fuit conſtitutus à pupillo, vel alio, qui procuratorem conſtituere non poterat, & de tali nullitate ſemper poterit opponi. quod eſt notandum ſecundum Bal.in d.l.licet.tranſeunt Moder. Quintò, quando erat legitimè conſtitutus procurator, tamen ad eius notitiam nondum peruenerat conſtitutio, & interim geſſit, quoniam dicetur geſtum à falſo procuratore, ſecundum Archi. & Ioan. And. per illum tex. in c.is qui.de proc.lib.6. & licèt Bal. non firmet in d.l.licet.tamen Alex.ibi in 1.col.dicit iſtam eſſe magis cōmunem concluſionem: habes tamen tex. ſingularē & non alibi in iure ſecundū Bal.Ang. & Moder.ibi

in l.

in l. Iulianus. ff. qui ſatiſd. cog. quod mãdatum † de lite pro- 32
ſequenda, quã ſciebam te ſine mandato meo inſtituiſſe, operatur confirmationem prius geſtorum. vt ibi per eos.

Habes ergo, quod exceptio procuratoris falſi poteſt opponi poſt ſententiam. ſed quod de exceptione tu non potes eſſe procurator. text. in l. ita demum. C. de procu. decidit eſſe dilatoriam: & ideo ante litem conteſtatam debere opponi. ad idem tex. in §. fi. Inſt. de excep. & gl. in §. appellatur. eo. titu. quod intellige, niſi perſona eſſet talis, quę non poſſet eſſe in iudicio, nec pro ſe, nec ꝓ alio: vt quia ſeruus, monachus, vel bannitus: quia cũ iudicium agitatum per tales ſit mero iure nullum, l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. poterit talis exceptio opponi poſt ſententiã: ſecundum Bar. cum quo ibi tranſeũt Mod. in d. l. licet. & Bal. in d. l. ita demum. ſecùs ſecundũ eos, ſi poſſet eſſe in iudicio ꝓ ſe vel pro alio, putà fœmina, vel minor, quia tũc ſolum poſſet opponi ante litem conteſt. & nõ poſt, niſi in caſibus, in d. l. ita demum. notatis, de quibus dixi in ti. de impe. & excep. quæ cõtra reſc. & dele. ver. & eſt ſciendũ. facit qꝫ dicã de iudice incõpetente, infr. iſto eo ver. Ant. de Tre.

l *Ratificauit.* Clarum eſt, quòd dominus † poteſt ratificare 33
proceſſum & ſententiã contra procuratorem falſum latã, l. licet verum. hic alle. Sed dubium eſt, vtrùm ſententiã latam in fauorẽ falſi procuratoris poſſit ratificare dominus, & ſic ad ſui commodum. Et licèt glo. in l. ſi tutor. in verſ. non potuit. C in quib. cau. in integ. reſt. non eſt ne. quam dicit ſolennem Bal. in c. 1. in vlti. col. de ord. cog. voluerit, quòd ſit ſpeciale in minore, vt ſentẽtiam ꝓ falſo procuratore latam poſſit ratificare, tamen gloſſ. reputata ſingularis in l. ſi mater. §. hoc iure. glo. fi. de excep. rei iudi. ff. tenet indiſtinctè, quòd † 34
proceſſum & ſententiam in fauorem falſi procuratoris latam poteſt dominus ratificare, ſiue ſit maior, ſiue minor. & illam gloſ. dicunt reputari ſingularem Alexan. & Iaſ. in d. l. licet. & illam dicit ordinariam Pau. de Caſt. in d. l. licet verũ. & eam ſequuntur Bart. ibi. & idem Bart. in l. Iulianus. in 5. quæſtio. ff. qui ſatiſda. cogan. & multi relati à Feli. San. in c. cauſam quæ. in 1. col. pe. de iudic. dicens ab hac non eſſe recedendum in iudicando vel conſulendo. Et iſtam etiam dicunt communem Alexand. & Iaſ. in d. l. licet. & pro ea eſt text. in l. licet verum. ff. de iudic. hic alleg. Sunt tamen aliqui caſus, in quibus † dominus geſtum à falſo procuratore 35

in ſui fauorem ratificare non poteſt: quos ponunt Dd. in d. l. licet verum. & tredecim enumerat Felin. in d. c. cauſam. quæ. & poſt eum non facta mentione de Felyn. Iaſ. in d. l. licet. C. de procur. col. penul. & fin. quorum vſitatiores & minus dubios transfero. Primus, quando falſus procurator erat talis perſona, quæ non poterat eſſe in iudicio, nec per ſe, nec per alium, vt ſeruus, vel monachus, vel pupillus: quia cùm iudicium ſit mero iure nullum, etiam quoad ipſum procuratorem, poſtquàm in iudicio eſſe non poteſt, non poterit ratificari, quod nihil eſt: gloſſ. Bartol. & Dd. deſignanter Paul. in l. licet verum. Pa. in c. 1. de re iudic. Eadem ratione ſi iudex tanquàm delegatus cognouit, cùm nõ eſſet, non poterit ſuperior, ad quem ſpectat delegatio, rectificare proceſſum, nec facere eum validum, licèt eius nomine cognouerit: quia proceſſus eſt ipſo iure nullus, ſecundum gloſſ. Bartol. & Dd. in d. l. licet verum. & in l. 1. vbi de crim. agi. opor. Secundus, niſi ſtatuto caueretur proceſſum procuratoris ſine mandato nõ valere: quia eo caſu cùm mandatum ſit pro forma, dominus geſta à procuratore falſo ratificare non poterit, ſecundum Bald. in l. ſi vxorem. in 2. col. C. de condi. inſer.

Tertius, quando à falſo procuratore eſſent aliqua geſta in auditorio Principis, ſecundum Bal. in d. l. falſus. in 1. col. poſt Inno. in d. c. ex parte decani. & Pau. in d. l. licèt verum. Card. tamen Imo. Pa. & Felin. in 2. 3. & 4. colum. in c. nonnulli. §. ſunt & ălij. de reſcript. tenent contrarium per generalitatem d. l. licet verum. & l. 3. §. falſus. ff. rem ra. ha. licèt fateătur ſpeciale in impetrante literas ad lites ſine ſpeciali mandato, vt non poſſit impetratio ratificari per dominum, ſecundum glo. Innocen. & Dd. ibi.

Quartus, quandò requireretur in actu iuſſus, vel conſenſus: quia ratificatio nil operaretur, l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi per ſcriben. ff. de acquiren. hæred. ſecundum Angel. & Paul. in d. l. licet verum. Quintus, quia dominus geſta à falſo procuratore non poteſt rectificare in præiudicium tertij, cui eſt quæſitum ius ex facto vel negligentia ratificantis, ſecundum Bald. in l. obſeruare. §. fina. columm. 3. verſic. circa quintum. ff. de offic. procon. per tex. in l. cùm decem. §. 1. & l. ſi quis offerenti. §. fina. ff. de ſolu. Sextò aduerte, quia licèt geſtum per falſum procuratorem dominus

poſſit

poſſit rectificare, non tamen geſtum per falſum nuntium, ſecundum Bar. in l. qui autem. § conſtituere. ff. de conſti. pe. poſt Pet. & Cy. in l. multum. C. ſi quis alte. vel ſibi vel per eundem Bar. in fi.

m *Pecunia corrupto* Cùm ſententia à iudice pecunia corrupto lata dicatur venalis, & ſententiæ † venales ſunt mero iure nullæ, l. venales. hic alleg. canoniſata in §. venales. 2. q. 6. meritò talis exceptio poterit opponi poſt ſententiam etiam in rem iudicatam tranſactam, per ea quæ in præced. addi. dicta ſunt. Aduerte tamen, quòd verbum pecuniæ, hic non ſtat ſtrictè, vt excludat interuentum cuiuſcunque alterius rei: quoniam ſiue detur pecunia iudici, ſiue aliud, dicetur venalis. l. quinetiam. & l. ſequent. in princip. ff. de calum. ſecundum Bald. in l. 1. C. de pe. iudi. qui ma. iudi. Secundò etiam adde, quòd ſententia dicitur venalis, & eſt ipſo iure nulla, ſi data ſit pecunia iudici, vt ſententiam iuſtam ferat: per text. in c. vendentes. 1. q. 3. vbi iuſtitiam vendere eſt hanc pro præmij acceptione ſeruare, & quòd ſit ipſo iure nulla tenet gloſſ. ibi, & tenet expreſsè Paulus de Caſtr. in l. 2. ff. de condit. ob turpem cauſam. Et vltrà hoc, quòd ſententia eſt mero iure nulla dans pecuniam iudici perdit cauſam, d. l. 1. C. de pe. iudi. qui ma. iud. etiam ſi daret vt iuſtè iudicaret: quia licèt cauſa dandi ex parte dantis ſit honeſta, & eo animo dans non peccet, vt dicit gloſſ. in c. qui rectè. 11. q. 3. attamen datio ipſa eſt mala, & res mali exempli, & tendit ad corrumpendum iudicem: ideò perdit cauſam: quia volens vincere per ſimoniam, fingitur habere malam cauſam, & ideò illam perdit, textus gloſſ. Bald. & Docto. in d. l. 2. 36

Sed pulchra quæſtio eſt, an † datum iudici pro ſententia obtinenda poſſit repeti, an verò perdatur ſimul cum ipſo iure: in qua quæſtione breuiter fac tres caſus: primus quando do pecuniam iudici hoc expreſſo, quòd pro me iuſtam ferat ſententiam: & hoc caſu quia ex parte mei dantis cauſa eſt honeſta, & ex parte iudicis recipientis turpitudo verſatur: cùm id per pecuniam faciat, quod gratis facere tenetur, ſecundum gloſſ. ſingularem, in l. 4. §. ſi tibi iudicium. gloſſ. magna. ff. de condi. ob turp. cauſ. quam dicit ſingularem Bald. in c. ſuper eo. de tranſ. referente Iaſ. in d. §. ſi tibi. ideò datur ſoluti repetitio, per text. in d. c. 2. verſicul. ſed & ſi 37

dederim. & ibi Barto. Bald. Pau. & Dd. & tenet gloſſ. in c. qui recte. & in c. non ſanè. 14. q. 5.

Secundus caſus, quando dedit, vt ſententiam iniuſtam pro me ferat, & cùm iſtò caſu turpitudo verſetur ex parte vtriuſque, & cauſa dandi & datiò & receptio ſunt iniuſtæ & turpes, nedum perdò cauſam, & datum non repeto, l. 3. de condit. ob tur. cau.

Quandoque, & tertiò, do pecuniam iudici ſimpliciter & indeterminatè, vt iudicet, non vt ſic iudicet, hoc eſt dicere, vt cauſam expediat, & ſententiam ferat, ſiue pro me, ſiue contra me: & hoc caſu gloſſ. Bart. Bald. Pau. & Salice. in d. l. 2. verſicu. ſed & ſi. voluit, quod hodie datum non repetam, & cauſam perdam, per d. l. 1. Sed Chriſt. de Caſtil. Raph. Ful. Alex. & Iaſ. ibi tenent contrarium hac ratione, quia iura noua, per quæ gloſſ. prædicta mouetur, hoc non probant, quod datum non repetatur, & in pœnalibus non fit extenſio, l. cùm quidam. ff. de libe. & poſthu. & quia, vt dixi, cauſa dandi eſt honeſta, & ad id allegant gloſſ. in d. c. qui rectè. & in d. c. non ſanè. & ibi Archid. Quod autem dixi ſententiam iudicis venalem ipſo iure nullam, non procedit in ſententia arbitri vel arbitratoris, quia mero iure valet, vt dixi in titu. de impe. quæ impe. compro. ar. verſicu. Item fortè.

38 Item quod dixi † iudicem turpiter recipere pecuniam, etiam vt iuſtam ferat ſententiam, procedit etiam in teſte qui pecuniam accipit: vt verum deponat: quia eo ipſo committit falſum licèt veritatem dicat. gloſſ. eſt reputata ſingularis in l. 1. in princip. in verbo aduocationem vbi etiam Bartol. ff. ad l. Corne. de fal. quam dicit reputari ſingularem. Iaſ. in l. Diuus. colum. penult. ff. de re iudic. licèt propterea ſententia non ſit ipſo iure nulla, d. l. diuus. & dicetur paulò poſt. Sicut etiam non eſt nulla propter corruptionem pecuniariam aduocati, vel procuratoris partis aduerſæ ſecundum Cyn. Petr. & Barto. in l. 1. C. de aduo. diuer. iudicio. contra gloſſ. ibi & tenet Paul. de Caſtr. in l. ſeruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebel.

n *Sigratia* Quia dictum Dd. debet intelligi ſecundum l. quam allegat Barto. in l. non ſolum. in ſecunda. §. ſi liberationis verba. ff. de libe. lega. apertè vult author iſte quod ſententia lata per ambitionem, & dolum iudicis, vel per errorē, non eſt ipſo iure nulla, vt probat text. in §. cùm prætor. hic allega-

allegato. Item ſecundò videtur ſentire, quod hæc exceptio, dico ſẽtẽtiam latam per ambitionem vel errorem iudicis, non poſſit oponi poſt ſententiam. Ad primum igitur aduer te quòd quantumcunq; conſtet iudicem voluiſſe facere gratiam parti, pro qua iudicauit illius amicitia, vel odio partis aduerſæ, vel iudicem fuiſſe precibus aut aliàs quoq; pecunia corruptum, & ſic dolo iudicis ſententiam fuiſſe latam, tamẽ ſententia mero iure tenet, & tranſit in rem iudicatã, vt probat tex. in d. §. cùm prætor. & ideò dicebat Bal. in l. fin. C. de pe. iudi. qui ma. iu. quod † ſententia lata per dolum peſſimũ 39
iudicis lata valet, & tenet, licèt iudex puniatur, ſcilicet ſi dolus non tranſiuerit in ſpeciem corruptionis, allegat gloſ. ſolennem in l. 1. §. calumniatoribus. in verſicu. facti quæſtio. ff. ad Turpil. & intellige Bald. de corruptela pecunia data. aliàs non benè diceret. Sed dubitatio eſt nunc, vtrùm contra ſen tentiam per ambitionem latam mero iure validam ſaltim detur reſtitutio in integrum, ex capite, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. Et licèt tex. d. §. cùm prætor innuat, quòd non: cùm dicat tali ſententiæ ſtari propter auctoritatem rei iudicatæ, tamen gloſſ. final. ibi, quæ in hoc reputatur ſingularis: vult, quòd detur in integrum † reſtitutio, ita quòd pro- 40
bat dolo ſiue ambitione ſententia veniat retractanda, & citra remedium appellationis, & illam gloſ. dicit ſingularem & non alibi Bald. qui nihil ignorauit in l. 1. C. quomod. & quando iud. & in l. veniales. C. quando prouo. non eſt neceſ. & eam dicit reputari ſingularem Paul. de Caſt. in l. diuus. ff. de re iud. Sed Bar. tuba veritatis ibi. ſcilicet in d. §. cùm prætor. & idem Bar. in l. vna. C. de ſen. aduer. fiſc. la. libr. 10. & in d. l. diuus. intelligit & limitat dictam gloſſ. procedere, quan do priuatus non potuit appellare, aliàs ſibi imputet, & Bart. ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. diuus. & in l. Imperatores. eod. titul. ſcilicet de re iudic. ff. licet contrarium tenuerit Bald. poſt Guil. de Cug. in l. 1. C. de condi. indeb. volens etiam priuatum non habere neceſſe appellare, ſed omiſſa appellatione poſſe petere in integrum reſtitutionem propter dolum iudicis. In fiſco autem, eccleſia, & minore eſt indubitatum eis competere reſtitutionem, per ea quæ habentur in d. l. vna. & per nota. in d. l. imperatores. plùs voluit gloſſ. illa in d. §. cùm prætor. in verbo, maximè. quod etiamſi allegetur error iuris vel facti, & ſic ſola iniuſtitia, ſententia abſque

aliquo dolo iudicis, quod etiam tunc competet reſtitutio; ſed illam gloſſam in hoc reprehendunt ibi ſcribentes Bart. Angel. & Paul. quia ſibi imputet, quare non appellauit. & hoc voluit Innocen. & alij in c. quoniam contra falſam. de proba. quoniam etiam ſi pars, contra quam eſt lata iniuſta ſententia, diceret, videantur acta, ex quibus apparebit de iniuſtitia, non eſſet audienda citra remedium appellationis, alias ſecundum eos facilè eſſet eludere iudicia citra appellationem, dicendo: ſententia eſt iniuſta, videantur acta: niſi fortè fuiſſet impeditus appellare, & allegaretur iuſtitia manifeſta: quo caſu procedere, d. gloſſ. & adhuc daretur reſtitutio ſecundum Paul. de Caſtr. in d. § cùm prætor. in final.

41 ver. Ad ſecundum igitur † quod ſentit auctor dicas, quod vbi competit reſtitutio, tunc via reſtitutionis benè poterit opponi poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam & erit vtilius quòad probationes quàm habere ſolam exceptionem doli: quia in integrum reſtitutio quaſcunque probationes admittit, vt dicit Bald. in d. l. 1. C. quom. & quando iud. Ant. de Tremolis.

o *Vel errore* Intellige ſanè de errore non expreſſo in ſen-

42 tentia: quia † error expreſſus vitiat ipſo iure. Vnde circa hunc vtilem articulum, quando error vel falſa cauſa vitiet ſententiam, breuiter dicas ex mente Bortol. & ſcribentium, in l. ſi is ad quem. ff. de acquirend. hæred. & Bartol. & Dd. in l. 1. C. de erro. cal. & modern. in l. ex diuerſo. §. final. ff. ſoluto matrimonio. & Dd. in l. ſeruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebell. & in l. fin. ff. de iuſti. & iur. & alibi, quod quantumcunque ſententia ſit lata per errorem ſiue falſam cauſam,

43 ſiue ſit error iuris ſiue facti. quod † ſententia ipſo iure eſt valida, etiamſi de errore appareret ex actis, dūmodo non ſit error expreſſus in ſententia qui ſe referat ad acta continentia errorem: ita probat text. in l. præſes. vbi gloſſ. & ſcriben. omnes. ff. de re iudi. & tex. in l. 2. in fin. C. quando prouoc. non eſt ne. & in l. 2. C. de re iudicata. gloſſ. Bartol. & omnes in d. l. ex diuerſo. §. fin. gloſſ. Bar. & Dd. in d. l. 1. C. de erro. cal. & alibi ſæpè. Hoc ſanè procedit in terminis, in quibus loquimur, videlicèt in ſententia: quoniam ſecùs in decreto, quod interpoſitum ex falſa cauſa, ſiue per errorem eſt ipſo iure nullum, l. cùm verò. §. ſubuentum. ff. de fideicommiſſ. liber. & l. Seiæ egreſſæ, vbi Bartol. ff. de tut. & cur. da. ab his.

& l.

& l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & tenent Bartol. & omnes in d. l. ſi is ad quem. & Bartol. & Docto. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquirend. poſſeſſ. & Docto. in d. l. final. ff. de iuſti. & iu-re. Etiamſi error non eſſet † expreſſus in decreto, ſed ſolùm reſultaret ex actis: quia diſtinctio expreſſionis erroris procedit in ſententia, & non in decreto, ſecundum Bartol. in d. l. Sciæ. & ſequuntur modern. in l. diuus. ff. de re iudic. immò plus eſt, quòd ſi decretum ſit interpoſitum ex cauſa partim vera, & partim falſa, tamen adhuc eſt merè ipſo iure nullum totum, ſecundum Ludouic. Roman. Alexand. & Iaſ. in d. l. ſi is ad quem. moti per doctrinam Bartol. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. per illum text. ff. de condi. indeb. videlicet quod ſi fiat † datio in ſolutum à iudice, prout quotidiè fit, & datio fiat in aliqua parte plùs debito, quod talis datio in ſolutum eſt in totum nulla, & Bar. ſequuntur ibi moder. dicentes eſſe quotidianum, & valdè notan. & ſequutur Rap. Cu. & Alex. in d. l, iuſte. 44 45

Si verò in ſententia † ſit expreſſus error: & tunc diſtingue, aut eſt error iuris & facti ſimul, vel iuris tãtùm: vt quia pronunciat pũpillum potuiſſe teſtari, & tunc ſententia eſt ipſo iure nulla & retractatur quandoque etiam citra appellationem, iſte eſt text. in l. ſi expreſſim. ff. de appella. & in l. 1. §. item cùm contra. ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcind. & in. l. 2. C. quando prouoc. non eſt ne. de quo latiùs dicetur. infrà titul. proxim. verſicul item ſi expreſſim. Et idem dicas, ſi talis error † iuris non eſſet expreſſus in ſententia, ſed in actis ad quæ tamen ſententia expreſsè ſe referet, quoniam paria ſunt exprimi in ſententia, vel ſententiam ſe referre ad acta, in quibus eſt expreſſum, l. hæc ſententia. in l. 1. C. de ſententia quæ ſine cert. quan. & l. ait prætor. §. 1. & l. in ſumma. ff. de re iudi. Bartol. & Docto. in d. l. 1. C. de erro. calcu. & modernio. in d. l. ex diuerſo. §. fin. & in d. l. ſi is ad quem. Si verò ſit expreſſus in ſententia error facti, vel ſententia ſe referat ad acta continentia errorem, vtputà, dicit iudex, quia conſtat Titium ſoluiſſe, ideò abſoluimus, & de ſolutione in actis non appareat, vel dicit, quia per talem & tales teſtes conſtat Titium mutuaſſe centum Sempronio, ipſum Sempronium condemnamus, & ipſi teſtes nihil probent de mutuo: ſed interrogati ſuper illo dixerunt, ſe nihil ſcire. & hoc caſu pro cõcordia Doctorum variationi, dico, quòd aut talis error eſt 46 47

mani-

manifeſtus, & non poteſt quouiſmodo tolerari, ſiue excuſari, vt in exemplo præmiſſo: Et tunc ſententia fit ipſo iure nulla, per tex. l. 1. §. 1. ff. quæ ſenten. ſine appella. reſcind. vbi ponit aliud exemplum de errore calculi expreſſo in ſententia. ad idem text. in c. cùm Bartoldus. vbi ita tenent Innoc. per illum tex. de re iudica. & ſequuntur Anton. de But. Imo. & Franc. Are. in c. quoniam contra falſam. de probationib. licèt Felynus ibi in 15. colum. ponderet in contrarium text, in d. c. cùm Bartoldus. in ver. irritandum. vt ſic talis ſententia non ſit ipſo iure nulla, ſed annullanda, ſiue condemnatoria ſiue abſolutoria ſecundum eum: ſed quod talis ſenten tentia ſit nulla, tenent etiam Imol. & moder. in d. l. ex diuerſo. §. final. & in d. l. & is ad quem. dicentes, quod iſta eſt communis ſententia Dd. prout ibi atteſtatur Franc. Aret. & poſt eum Iaſ. & idem Iaſ. in d. l. 1. de erro. cal. & tenent Cano. relati à moder. in dictis locis. benè facit d. l. 1. §. 1. ſolùm requirens manifeſtam expreſſionem erroris in ſententia ſiue iuris, ſiue facti, vt ibi erat calculi error. & paria ſunt, vt dixi errorem eſſe in ſententia expreſſum, vel ſententiam ſe referre ad acta, in quibus eſt manifeſtus error & inexcuſabilis. Si verò error non ſit ita manifeſtus, ſed poſſit tollerari & excuſari: putà, quia iudex in ſententia dicit, quia non eſt probatum Titium debere: ideò eum abſoluimus: licèt per duos teſtes benè ſit probatum: certè ſententia mero iure erit valida: quia poteſt eſſe, quod iudex iuſta ratione motus non adhibuit fidem teſtibus. Iſtud probatur ad literam in l. 1. §. item cum contra. verſicul. quod ſi de iure. Et iſtam concordiam tenent Imol. Ludouic. Roman. & Iaſ. in d. l. ſi is ad quem. & Alexand. in d. l. ex diuerſo. §. final. & Anton. de Butr. in c. ab excommunicato. de reſcript. & Iaſ. in d. l. 1. C. de erro. calcu. Præmiſſa tamen reſtringenda ſunt in aliquibus: primò
48 dum dixi, quòd ſententia lata † per errorem, de quo in actis apparet, dummodò in ſententia error non exprimatur, vel ſententia ſe ad acta non referat, quod eſt mero iure valida, intellige, niſi acta, in quibus continetur error, eſſent talia, ad quæ de neceſſitate ſententia debet pura referri, libellus vel ſententia prima reſpectu ſententiæ confirmatoriæ: quoniam talis error etiam non expreſſus in ſententia, benè vitiaret ſententiam, ac ſi ſententia expreſsè ſe referret, & error, qui eſſet expreſſus in libello, videretur expreſſus in ſententia:

tentia: iſta fuit ſententia Bartol. ita ſaluantis opin. Iacob. de Are. in d. l. 1. C. de erro. cal. quem ſequuntur Alexand. & Iaſ. ibi. & dicit Alexand. iſtud eſſe menti tenendum. Sed ſanè intellige, quandò † error eſſet expreſſus in ipſo libello, vel priore ſententia: vt quia diceret, ago ex pacto nudo, vel filius naturalis tantum ſiue ſpurius agit querela, hoc expreſſo in libello, quod eſt naturalis vel ſpurius, quibus querela de iure non competit: vt eſt gloſſa ſingularis in l. 1. in princip. in verſicul. naturales. ff. de bonor. poſſeſſio. contra tabul. quam Bartol. ibi dicit menti tenendam. & eam dicit ſingularem Bald. in l. 1. C. quor. bonor. & in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fac. teſtamen. quoniam hoc caſu, cùm libellus ſit ineptus, & error in eo expreſſus, ſententia ſuper illo lata erit ipſo iure nulla, ad quod benè facit gloſſ. reputata ſingularis, in verbo, ſecundum noſtræ. Inſtitut, de oblig. in princip. quam dicit ſingularem & non alibi in mundo, Baldus in l. actori. C. de iureiurando. Secùs ſi error libelli eſſet tacitus, putà, quia naturalis ageret querela, ſimpliciter dicendo ſe filium: quia tali caſu ſententia ſuper tali libello tacitum errorem continente mero iure valeret, & in rem iudicatam tranſiret: textus eſt ſingularis, in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inofficio. teſtament. per quem ita limitat Bald. in l. 2. C. de re iudi. colum. 2. vbi dicit illum textum valdè ſingularem, & ſequitur Alexand. & Iaſ. in d. l. 1. columη. final. C. de erro. cal. Item ſecundò aduerte ad id, quod dixi, paria eſſe † ſententiam continere errorem expreſſum vel expreſsè referri ad acta continentia errorem, intellige, quando talis relatio ſententiæ ad acta eſſet ſpecialis, & expreſſa, putà per tale inſtrumentum, vel per tales teſtes, vel per talem confeſſionem: ſecùs ſi generalis & indeterminata, putà, dicendo, viſis actis cauſæ, prout in omnibus ſententijs dici ſolet: quoniam ex tali generali relatione actorum ſententia non dicitur referri ad acta, vt dicatur errorem continere, qui continetur in actis, ita voluit expreſsè Franc. Aretin. in d. l. ſi is ad quem. colum. penultim. & ibi ſequitur Iaſ. ead. colum. & idem Franc. Aretin. in conſil. ſuo. 157. incip. viſis diligenter colum. 1. ver. ex ſecundo etiam capite, & ſequitur idem Iaſ. in d. l. præſes. in d. l. 1. column. penultim. C. de erro. cal. Item aduerte, quia † ſi iudex in ſententia fundaret ſe in probationibus à iure reprobatis, putà dicendo, quia probatum

49 50 51

fuit

fuit per duellum vel experientiam ferri candentis, tunc ſententia eſt ipſo iure nulla, per tex. in c. 2. de pur. vul. per quem ita dicit Bald. in l. libertorum. C. de teſti. & ſequuntur Alexand. & Iaſ. in d. l. ſi is ad quem. Item quando ſententia eſſet lata ex falſa cauſa vel errore conſiſtente in facto notorio: quia eſt ipſo iure nulla, per tex. ſingularem, in c. inter cęteras. de re iudi. quem dicit ſingularem Iaſ. in d. l. 1. per quem probatur quod notoria ſententiæ iniquitas reddit ſententiam ipſo iure nullam ſecundum Panorm. ibi. de quo tamen ac de præmiſſis omnibus vltra ſcriben. ſuprà memoratos, vide latiſſime Felin. San. in d. c. quoniam contra falſam. col. 12. verſi. fallit primo. & tribus ſequen. colum. & in d. c. inter cæteras. vbi ad vnguem examinat prædicta per tres articulos, primùm de errore, ſecundum de falſa cauſa, tertium de
52 notoria iniuſtitia: ſed certè notoria † iniuſtitia non reddit ſententiam ipſo iure nullam ſecundum Felin. vbi ſup. & de ſententia lata cõtra notorium facti quod ſit nulla vide eundem Fel. in c. per tuas. de ſenten. excommu. col. 2. ver. & hæc quæſtio. & per Alex. remiſſiue. in l. qui Romę. §. duo fratres. col. 28. de verb. obl. ff. Ant. de Trem.

p *Incompetenti*. Titulus hic allegatus per authorem vide-
53 licet. C. ſi a non compe. iudi. loquitur † de incompetenti iudice, id eſt, non habente iuriſdictionem reſpectu cauſę, de qua agebatur, & pariter de incõpetentia ratione perſonę rei conuenti, in quam iudex nullam habeat iuriſdictionem: quibus caſibus indubie iudicium eſt nullum, niſi interueniat prorogatio expreſſa vel tacita, iuxta l. 1. & 2. ff. de iudi. & l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſcop. aud. & merito poterit opponi poſt ſententiam. Sed ſi iudex ſit incompetens ratione ſuæ perſonæ, vt quia ſeruus, furioſus, impubes, vel infamis: tunc Bartol. in l. quidam conſulebat. ff. de re iudi. voluit nota. quòd ſi exceptio concernat ſtatum iudicis, putà, quòd eſt minor 18. annis, quòd poterit opponi quandocunque etiam poſt ſententiam, & reddit iudicium retro nullum, per text. ibi in principio illius, l. à contrario ſenſu: & quia prius Bartol. locutus fuit de exceptione infamiæ, & poſtmodum exceptione ſtatum concernente, dicit eſſe ſpeciale, vt poſt ſententiam poſſit opponi, ergò ſecùs erit in exceptione incompetentiæ propter vitium perſonæ iudicis, vt quia infamis, quia non poterit opponi poſt litem conteſtatam

ſtatam exemplo dilatoriarum, l. ita demum. C. de procur. & in tali non procederet dictum Dom. Huber. ied Innocen. in c. ſuſcitatus. & poſt eum Anto, de Butr. Imo. Domi. & Felin. in 3. colum. apertius loquuntur dicentes, quod proceſſus iudicis, qui patitur defectum impeditiuum iuriſdictionis mero iure valet, ſi non fuit oppoſitum. Niſi inhabilitas cenſeatur è naturali defectu, putà furioſus, ſurdus, pupillus, vel aliud ſimile: quia talis proceſſus eſt nullus. Secus ſi impedimentum cauſaretur à iure ciuili, vt fœmina vel infamis, vel niſi opponeretur ſeruitus, iuxta l. Barbarius. ff. de offic. præt. de quo latius hic vt Felin. vbi ſuprà. Item aduerte, quòd in hac exceptione nullitatis † ſententiæ ex defectu iuriſdictionis ſunt pro nunc tria ſpecialia: primùm quia talis exceptio 54
opponitur poſt ſententiam ad impediendum executionem illius, etiamſi requirat altiorem indaginem contra naturã exceptionum impeditiuarum executionis, l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. ita voluit Ang. in l. final. C. ſi ex fal. inſt. ſequuntur Rap. Cuma. Alexand. & Iaſ. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Secundum, quia talis exceptio impedit executionem etiam trium ſententiarum conformiũ: per gloſ. ſingularem. in Cle. 1. de ſeq. poſſ. & fruc. vt dixi ſup. eo. in ver. annullari. Tertium, quia quantumcunq; ſtatutum tollat exceptionem, & mandet ſententiam executioni mandari, non obſtante quacunq; exceptione etiam nullitatis, tamen poterit opponi exceptio nullitatis prouenìens ex defectu iuriſdictionis: quando radicitus nullam habebat iuriſdictionem, ſecundum Bald. in l. generaliter. col. 1. in fi. C. de epiſc. & cler. & eundem Bal. in l. 1. colum. 2. ver. vltimo not. C. ſi à non compe. iud. per gl. in d. Cle. 1. quam in d. l. generaliter. dicit eſſe ſingularem, & idem tenent Ang. Imol. & Ro. in l. de pupillo. §. qui opus. de op. no nũ. ff. & ſequitur Alex. in addi. ad Bartol. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Ant. de Trem.

¶ *Vel inſtrumenta falſa.* Vides ergò authorem noſtrum ſentire, quòd ſententia lata † prætextu falſorum teſtium vel inſtrumentorum eſt nulla, ſicut quãdo lata à iudice incompe- 55
tẽti: & ſic ipſo iure, quod etiã voluit gl. in c. cũ venerabilis. gl. pe. & ibi tenet Hoſt. de excep. quã allegãt. Pau. & moder. in l. diuus. ff. de re iudi. ſed intrandũ eſt, q non allegent glo. apertiorem ſimpliciter volentem, ſententiam prætextu falſorum

teſtium

teſtium vel inſtrumentorum latam eſſe ipſo iure nullam, in §. appellantur. in ver. agentibus ante medium ibi. Item vbicunque diceretur iudicium fuiſſe nullum. Inſt. de except. & tenet Rap. Cuma. in d. l. diuus. in 3. colum. licèt contrariam teneant communiter Dd. Vtilitas huius inueſtigationis cōſiſtit: quia ſi dicamus, ſententiam ipſo iure nullam abſque reſtitutionis beneficio, poterit ꝑpetuò opponi exceptio falſi, ſeu replicatio aduerſus petentem executionem ſententiæ: cùm regulariter exceptiones ſint perpetuæ, l. purè. §. final. de excep. don. ff. ſi verò dicas, quòd talis ſententia ſit mero iure valida, ſed ſit opus reſtitutione etiā ad fines excipiendi, certè exceptio vel replicatio falſi non poterit opponi, niſi infrà quadriennium in integrum reſtitutionis petendæ. Et licèt totus titulus, C, ſi ex fal. Inſtit. nihil exprimat de reſtitutione in integrum: ſed ſimpliciter dicat ſententiam prætextu falſorum inſtrumentorum vel teſtium latam non habere auctoritatem rei iudic. probata falſitate: Attamen text. in d. l. diuus. in duobus locis, probat, quod ſit mero iure valida: dum loquitur de in integrum reſtitutione: quia ſi eſſet nulla, non eſſet opus reſtitutione, l. in cauſæ. in 2. ff. de min. quod enim nullum eſt, reſcindi non poteſt, c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. l. nam & ſi ſub conditione. §. ſi poſt defectum. ff. de iniuſto. rup. irri. ve. fac. teſtam. ſed text. in d. l. diuus. dicit retractandam ſententiam per in integrum reſtitutionem: ergò eſt aliqua: dato enim, quòd ſententia ſit lata per falſas probationes, non tamen proptereà deficit in ſubſtantialibus, iuxta not. in l. prolatam. C. de ſenten. & interloc. omnium iudi. cùm teſtes non ſint de ſubſtantia ſententiæ nec aliæ probationes, ſecundum Bartol. in d. l. prolatam. & Pa. in c. afferte. per illum tex. de præſump. Nec proptereà eſt contra leges aut ſacras conſtitutiones, ſed contra ius litigatoris, l. 2. C. quando prouoc. non eſt ne. cum ſimilibus. Et quod ſit mero iure valida tenent communiter Dd. in d. l. diuus. & gloſſ. Bartol. & alij in l. 2. C. ſi ex fal. inſti. & Dd. in locis infrà allegandis. Sed quòd ſit neceſſaria reſtitutio præambula, etiam antequàm competat dicta exceptio falſi & quòd debeat proponi infra quadriennium, ſicut ſi ageretur ad reſciſſionem ſententiæ officio iudicis, iuxta glo. in d. l. diuus. tenet expreſsè gloſſ. ſingularis, in l. qui agnitis. gloſſ. penultim. ff. de except. quam ibi dixit ſingularem

Ioan.

Ioann.de Imol. & cum eo illam ſequuntur Paul. de Caſtr. Alexand.& Iaſ.in d.l.diuus,Cyn. Bald. Paul. Alexand. & Iaſ.in l.ſi ex falſis.C.de tranſact. & Petr.Cyn.Rayn.& Bald. in d.l.quere.C.ad l.Corne.de fal. & iſta eſt magis communis & vera ſecundum modern.in d.l. diuus. pro quo facit text. in l.nam & poſteà.§.ſi minor.ff.de iureiur.& in l. exceptiones quæ perſonæ. §.final.ff.de excep. & licet tex. in d.c.cùm venerabilis. & in c.licèt cauſam.de proba. probent ſimpliciter dari exceptionem falſi contra ſententiam per falſas probationes latam: Attamen intelligi debent petita prius reſtitutione, qua impetrata & obtenta,exceptio ineſſe producta benè competet perpetuò. & ita intelligatur etiam glo.in d.l. querela. ſecundum Bal.ibi & Pau.Alexand. & Iaſ.dicentem iſtam eſſe veritatem in d.l.diuus. Et ideò conſuluit Pau.ibi, quòd ille,qui obtinuit ſententiam per falſas probationes nõ petat illius executionem,donec elapſo quadriennio, ne euigilet dormientem. Facias igitur duas concluſiones. Prima, quòd ſententia lata per falſos teſtes vel falſa inſtrumenta, & ſic per falſas probationes eſt ipſo iure valida. Secunda, quòd aduerſus talem ſententiam datur in integrum reſtitutio, vel ad fines eam reſcindēdi prætextu falſi, vel ad fines opponendi exceptionem falſi aduerſus executionem illius petentem. Primam concluſionem reſtringe in ſententia, quæ deliberate ferri debet:ſecùs enim in decreto iudicis: quod non cum tanta deliberatione,nec cum tanta ſolennitate fertur, ſicut ſententia:quoniam decretum † per falſas probationes interpoſitum eſt mero iure nullum,ſicut ſi ex falſa cauſa vel errore,vt dixi ſup.eo.in ver.errore.Secundò reſtringe in ſententia lata contra maiorem:ſecùs ſi eſſet lata contra minorem, quia eſſet ipſo iure nulla,l.1,vbi Bar.no.C.ſi fal.alleg. gloſſ. final.Barto.Ang.Paul.Alexand.& Iaſ.in d.l.diuus.gloſſ. & Dd.in d.c.licèt cauſam.Bartol.Alexand.Aret.& Iaſ.in l.ſi is ad quem. ff. de acquirend.hæred. vbi dicunt iſtam eſſe communem,licet text.in d.l.1.per Bart. allegatus non probet id, ad quod allegatur,ſecundum modern. in d.l. ſi is. & in d. l. diuus. Intellige tamen, quando eſſet lata contra minorem præſentem & defenſum, & per falſas probationes: quia ſi contra minorem indefenſum ex alio capite eſſet nulla etiam non interuenientibus falſis probationibus, l. non ideò minus.C.de procur.cum ſimilbus.

56 (margin, beside "ſententia:quoniam decretum † per falſas probationes inter-")

Et quia eccleſia & minor æquiparantur, prout æquiparat gloſſ. ſingularis in §. item mixta. alias eſt ver. ſub §. ex maleficijs. in ver. in iudicium. Inſt. de acti. volens, quòd ſicut reipſa minori committitur mora ſine interpellatione, l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. ita eccleſiæ, quam dixit ſingularem Ludo. Ro. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obl. & idem eſſe in fiſco tenet gloſſ. ſingularis in l. cum quidam. §. fiſcus. in ver. inferunt. ff. de vſu. quam dicit ſingularem idem Rom. vbi ſupr. item quia fiſcum minorem & eccleſiam etiam æquiparat glo. ſingularis in l. ſi procurator. §. 1. gloſſ. final. ff. de iure fiſ. volens, quòd ſicut procurator fiſci vendens rem fiſci non poteſt habere fidem de precio: ita nec minor nec eccleſia, quam dixit ſingularem Iaſ. in d. §. ex maleficijs. nu. 35. Ideò infertur, quòd ſicut ſentẽtia lata contra minorem per falſas probationes eſt ipſo iure nulla: ita lata contra eccleſiam & fiſcum. & de eccleſia tenẽt Alex. & Iaſ. in l. diuus. & in d. l. ſi is ad quem. & Pa. in d. c. licet cauſam. cum eccleſia ſecundum eos vtatur iure minoris. c. 1. de integr. reſtitut. & de fiſco tenet Paul. de Caſtr. in ſeruo inuito. §. cùm Prætor. ff. ad Trebel. allegat gloſſ. in l. vna, C. de ſenten. aduer. fiſc. la. lib. 10. quæ extendit illum text. de fiſco loquentem ad minorem & eccleſiam, quòd aduerſus ſententiam contra ipſos latam per gratiam & ſordes iudicis detur in integrum reſtitutio, ad idem gloſſ. in l. imperatores. ff. de re iudica. quæ illum tex. extendit in fiſco loquentem ad eccleſiam & pupillum, vt prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum poſſit ſententia cõtra eos lata retractari. Tertiò reſtringe in ſententia lata per falſas probationes contra maiorem præſentem: quoniam ſecus ſi contra maiorem abſentẽ ꝑ probationes falſas dolo aduerſarij factas, quibus tribus cõcurrentibus ſententia erit ipſo iure nulla, per tex. ſingularem ſecundum Bar. Bal. Paul. ibi in l. ſi prætereà. §. Marcellus. ff. de iudi. per Bartol. & moder. in d. l. diuus. per Ang. Pau. & Dd. in d. §. cùm prætor.

57 Secundam concluſionem † intellige primò, niſi in cauſa libertatis: quia ſi pro libertate eſſet pronuntiatum per falſas probationes dolo aduocati illius, qui vicit concurrente non retractaretur ſententia per in integrum reſtitutionem, ſed dabitur regreſſus victo contra aduocatum vincentis, per text. in l. ſi dolo. ff. de dolo. ſecundum Angelum in d. §. cùm

prætor.

prætor. & Alexand. & modern. in d. l. diuus. Secundò, intellige, quandò iudex fuit motus ad iudicandum per illas falſas probationes vt ſtatim dicet author. Tertiò, niſi falſitas fuiſſet deducta ante ſententiam, & de illa fuiſſet cognitum: & per iudicem ea non obſtante pronuntiatum: quia poſtmodum illius prætextu non poterit contra ſententiam in integrum reſtitutio poſtulari, l. fin. in fin. vbi Bartol. & Dd. C. de fide inſtrum. & in l. 1. vbi etiam Bart. & alij. C. ſi ex fal. inſtrum. & Bar. & cæteri in d. l. diuus. Quartò intellige, vbi eſſet lata ſententia per falſos teſtes, & non fuiſſet ante ſententiam in cauſa publicatum: quoniam publicatio omiſſa non reddit proceſſum nullum, vt eſt gloſſ. ſing. in c. fi. de hęred. libr. 6. quam dicit ſingularem Alex. in d. l. diuus. etiamſi eſſet petita licèt ex hoc poſſit pars petens appellare, vt per Imol. & Alex. ibi. Secùs enim † ſi fuiſſent publicatæ atteſtationes teſtium falſorum, & per in integrum reſtitutionem vellet victus probare directam falſitatem, putà teſtes depoſuerunt me coram tali & tali recepiſſe mutuum à tali, in tali loco & tali die: ego volo cōtrarium probare per illoſmet, certè non potero: quia ſuper eiſdem articulis vel directò cōtrarijs teſtes nō recipiūtur poſt publicatas atteſtationes propter timorem ſubornationis, Clem. 2. de probationibus. Sed per indirectum benè poſſem probare falſitatem, putà probando, quod eo die, quo teſtes falſi dicunt me recepiſſe Romæ mutuum, ego eram Capuę, iuxta c. ex tenore. de teſtibus. & l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtip. talis enim indirecta probatio benè admittitur, etiam poſt publicatas atteſtationes vt declarant Bart. & Dd. in Auth. at qui ſemel. col. penul. C. de probationibus. & Bald. in l. per hanc. colum. 6. ver. or. modo. C. de tempore appella. & tenet Alexand. in d. l. diuus. col. 1. & hoc caſu non obſtante publicatione haberet locum reſtitutio, videlicèt quādo falſitas indirecta deduceretur, & etiā quādo directa, vbi nō fuiſſet publicatū in cauſa. Et idem dicit Alex. vbi ſup. quando cum falſitate directa allegaretur corruptio, quia ꝓpter mixturā corruptionis diceretur nouū capitulū, & poſſet non obſtāte publicatione falſitas directa probari, & haberet locū reſtitutio, próut voluit expreſsè Bar. & alij in d. Auth. at qui ſemel. & Innocen. Io. And. & alij, in d. c. licèt cauſam. Vtrùm autem ad obtinendam in integrum reſtitutionē aduerſus ſententiā per falſos 58

teſtes latam ſit neceſsè probare vtrunq;, ſcilicet falſitatem & corruptelam, an verò alterum ſufficiat, dices ſtatim in ſequ. addi. Ant. de Trem.

59 r *Falſos teſtes.* Quis autem dicatur falſus † teſtis, pro nunc dic, quod non ſolum qui immutat vel occultat veritatem, verumetiam qui veritatem per pecuniam dicit: vt eſt text. cum gloſſ. ſingulari. in verſ. aduocationem. in l. 1. in prin. ff. ad l. Corneliam. de fal. quam dicit reputari ſingularem Iaſ. in d. l. diuus. colum. penultim. ff. de re iudicata. Sed idem videtur velle gloſſ. in c. licet cauſam. in verſic. ſi ſe aſtrinxerit. de probationibus. Et quòd eo ipſo, quod teſtis eſt pecunia corruptus præſumatur falſum depoſuiſſe, eſt text. ſingularis in d. l. diuus. in verſicul. vt ſi tibi. ſecundum Imol. ibi quem
60 refert Alexand. Sed quæ poteſt eſſe ratio, quòd † ſententia lata à iudice pecunia corrupto ſit mero iure nulla, l. venales. C. quando prouo. non eſt neceſ. ſed non lata prætextu teſtium pecunia corruptorum, quæ mero iure tenet, vt dixi in præceden. addition. Dic ex mente ſcribentium in d. l. diuus. quòd talis corruptio iudicis magis inficit ſententiam, quàm corruptio teſtis, ex eó quia iudex eſt de perſonis ſubſtantiantibus iudicij, ca. forus. de verbor. ſignificationib. Sed non teſtes, cùm iudicium poſſit eſſe ſine teſtibus & probationibus, c. afferte. vbi Panorm. in 3. column. per illum text. de præſumptionibus. Bartol. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocut. omnium iudicum. Et eadem ratione corruptio aduocati vel procuratoris partis aduerſæ non inficit ſententiam vitio nullitatis: quia ſine illis poteſt iudicium ſubſiſtere, vt dixi ſuprà eodem. in verſicul. pecunia corrupto. Sed
61 nunc moueo dubitationem, vtrùm ſicut † corrumpens iudicem vel aduocatum aut procuratorem aduerſarij perdit cauſam, vt in l. 1. C. de pe. iud. qui ma. iudi. Ita corrumpens pecunia teſtes: breuiter dic, quod non, ſecundum Bartol. in l. falſam. C. ſi ex fal. inſti. & eundem Bartol. in l. in fraudem. §. quoties apud fiſcum. ff. de iure fiſci. & in l. 1. §. ſed & conſtitutio. ad fin. ff. de calum. licèt in aliquibus impreſſionibus corruptè loquatur de aduocato, non de teſte. & benè probatur in toto titul. C. ſi ex fal. inſti. & teſtibus. & in d. l. diuus & in l. qui agnitis. ff. de exceptionib. quibus iuribus falsò probata cauſa inſtauratur: ergo non eſt perdita: & hoc tenent etiam Imol. Alexandr. & Iaſ. in d. l. diuus, quia illud
non

non eſt de iure cautum. & d. l. 1. pœnalis non venit amplianda, l. cùm quidam. ff. de liber. & poſthum. Licèt falſificans † acta cauſæ benè perdat cauſam, vt eſt text. iuncta glo. 62
ſingulari in d. l. in fraudem. §. quoties. gloſſ. final. quam dicit ſingularem Bald. in c. 1. colum. penultim. vt lit. non conteſta. & Bald. in l. final. C. de pe. iud. qui ma. iudi. dicit idem eſſe in corrumpente notarium actorum, per d. §. quoties. & d. gloſſ. ibi Bartol. notat, & eam ſequuntur Docto. in d. l. diuus. Secundò quæro, vtrùm † ad obtinendum reſciſſio- 63
nem ſententiæ per falſos teſtes latæ ſit neceſsè probare teſtes falſum depoſuiſſe, & fuiſſe corruptos, an alterum ſufficiat? dic, quòd ſi te aſtrinxeris ad vtrunque probandum falſitatem & corruptelam, vtrunque probare neceſsè erit, c. licèt cauſam. d: probation. de quo latius moder. in d. l. diuus. Si verò ſe non aſtrinxerit, dico, quod ſufficit probare falſitatem ſolam ſine corruptela, vt voluit gloſſ. quæ communiter tenetur à Doct. in d. l. diuus. in verbo, corruptus: immò plus, quòd etiamſi † dolus vel ſcientia producentis non interue- 64
nerit, probata tamen ſit falſitas, adhuc retractabitur ſententia per in integrum reſtitutionem, per gloſſ. ſingularem. in l. ſi ex falſis. in verſicul. præcipimus. & ibi Bartol. & Doctores. C. de tranſaction. quam Paul. de Caſtr. ibi dicit ſingulariter notandam. & cum illa gloſſ. tenent Bartol. & cæteri. in l. ſi is ad quem. ff. de acquirenda hæreditate. & Alexand. & Iaſ. in d. l. diuus. Sed probatio ſolius corruptelæ ſine probatione falſitatis non ſufficeret ad ſententiæ retractationem, nec induceret in integrum reſtitutionem, niſi eſſet corruptio pecuniæ: quia illa facit teſtem falſarium. vt ſuprà dixi. Si ergò † eſſent teſtes precibus corrupti, aut alias quam pe- 65
cunia vel rei interuentu, & hoc probaretur, ſine probatione falſitatis non retractaretur ſententia: cùm hoc non reperiatur iure cautum, ſecundum Bartol. Imo. Paul de Caſtr. Alexand. & Iaſ. in d. l. diuus. & Ioan. And. Car. Flo. & Pa. in duobus locis. in d. c. licèt cauſam. quicquid ibi velle videatur gloſſ. Ant. de Trem.

f *Subornatos.* Si intelligis de corruptis precibus peſſimè ſentiret author iſte, cùm, vt ſtatim dixi, corruptela teſtium precibus corruptorum non inducat ſententiæ retractationem, nec eo prætextu cōcedatur in integrum reſtitutio. Ant. de Trem.

t *Ingenuus pronuntiatus.* Quia hæc materia ingenuitatis, ſeruitutis, & libertinitatis apud nos Palatia non intrat, videbis de intellectu, l. ingenium. ff. de ſta. ho. & l. cùm non iuſto. hic alleg. Alex. de Imo, latiſſimè in repe. l. ſæpè. col. 15. & 16. ver. addit etiam gloſſ. ff. de re iudic. & dices aliquid infr. eod. ver. fin. in ver. ingenuitatis.

66 v *Præſumo.* Intellige ſanè quando non erant † aliæ probationes, quas potuerit ſequi, niſi illæ falſæ: quia ſi eſſent aliæ non falſæ, & quæ ſufficerent, vt poſſet ſententia ferri, putà quatuor erant producti teſtes, duo falſi, id eſt, pecunia corrupti, & duo veri, tunc non retractaretur ſententia prætextu falſorum, quia præſumetur ſecutus non falſas probationes, niſi contrarium probaretur, l. penultim. C. ſi ex falſ. inſti. ſecundum Paul. Alexand. & Iaſ. in 2. colum. in d. l. diuus. & gloſſ. & Dd. in d. c. licèt cauſam. Vltimò pro complemento huius materiæ dic, quòd ſicut ſententia retractatur prætextu falſorum inſtrumentorum vel teſtium, ita †
67 tranſactio. per text. ſingularem ſecundum Pauſ. ibi. in l. ſi ex
68 falſis. C. de tranſact. etiamſi eſſet iurata: quia iuramentum † non nocet iuranti, vbi interuenit falſitas, per illum tex. ſicut non nocet, vbi interuenit ſimulatio: per glo. ſingularem, in l. emptione. vbi Bald. & alij ſcriben. C. plus valere quod agi. quam dixit ſingularem Pa. in c. ad noſtram. col. 5. de emp. & vend. Ant. de Trem.

x *Probabuntur* Aduerte, quia iſto Do. author in his verbis iuncto verſicul. ſequen. videtur conſtituere differentiam in-
69 ter † exceptiones, quæ poſſunt deduci & probari poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam, & illas quæ deducuntur ante ſententiam ſiue concluſionem in cauſa, vt publicatio facta obſtet probandis ante ſentẽtiam: non his quæ poſſunt probari poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam, & ſic citra remedium appellationis. de quibus in hoc titulo tractatur. Quemadmodum in cauſa appellationis non obſtaret publicatio in prima inſtantia facta iure ciuili, l. per hanc. C. de tempor. appellation. Sed certè contrarium puto, ſi exceptio eſſet directò contraria, vt dixi poſt Alexand. ſupr. eod. verſicul. idem dico. in verſic. inſtrumenta falſa: ideò intellige, quòd hic dicit poſt ſententiam probabuntur, niſi exceptiones continerent facta directa contraria deductis ante ſentẽtiam, ſuper quibus teſtes publicati fuerũt

producti:

producti: indirecta autem probatio benè admitteretur, per Clem. 2. de teſtib. & c. ex tenore. eod. tit. cum ſimilibus. Ant. de Trem.

y *Teſtificata didicerit.* Iſtud ſanè intelligunt Iac. de Aretin. & Bartol. in d. §. quia verò multi. quandò † producerentur teſtes poſt publicatas atteſtationes ſuper eodem articulo vel directo contrario propter timorem ſubornationis, ſecùs ſi ſuper nouo articulo. & eſt gloſſ. ordin. in c. de teſtib. glo. fin. de teſti. quam dicit ordin. Bartol. in d. §. quia verò multi. & no. in c. fraternitatis. & in c. ſeries. eodem titul. Et in hoc ſatis conueniunt iura canon. & ciuilia quóad productionem teſtium fiendam in prima inſtantia poſt publicatas atteſtationes. Sed quóad cauſam appellationis iura ciuilia videntur directo contrariari iuri canonico: cum † iure ciuili non probatum in prima inſtantia liceat ſimpliciter probare in ſecunda non obſtante publicatione, l. per hanc. C. de tempo. appel. Secùs verò iure cano. cùm non liceat poſt publicatas atteſtationes ſuper eodem articulo vel directo contrario teſtes producere, nec in prima inſtantia, nec in ſecunda, per text. apertum, in Clement. 2. de teſti. Et iura ciuilia ſeruabuntur in foro Cæſaris, id eſt, in terris imperij, & foro temporali, & cano. in foro ſpirituali ſiue eccleſiaſtico, & in ſeculari in terris de temporali iuriſdictione eccleſiæ, per nota. in c. 2. de regul. iur. lib. 6. & in c. 1. de nou. oper. nuncia. ſecundum Bald. in d. l. per hanc. colum. 7. verſicul. ex hoc ſequitur. & eundem Bald. in l. eos. §. ſi quid autem. C. de appel. & in d. c. fraternitatis. & Paul. de Caſtr. in Authen. at qui ſemel. C. de proba. colum. 2. dicit ita tenere Dd. 70 71

Sed Bart. in d. l. per hanc. colum. final. dicit ſtandum dictæ decretali, fraternitatis. & quod deciſio cano. de qua in d. Clemen. ſecunda, ſit ſeruanda etiam in foro temporali facit: quia licet extra materiam peccati quodlibet ius ſeruetur in ſuo foro, vbi deciſio vtriuſque iuris eſt aperta & indubia: Attamen vbi de aliquo puncto iuris eſt dubitatio inter legiſtas, tunc per deciſionem Papalem cenſetur eorum dubitatio ſopita, & eſt ipſi deciſioni Papali adherendum, etiam inter eos ſiue in foro ſeculari, per not. in c. licet ex ſuſcepto. de for. compet. & in c. per venerabilem. qui fil, ſint legitim. & in c. Raynutius. de teſtã. próut iſtud tenent Anton. de Butr. Imol. & Feli. in 1. colum. in d. c. fraternitatis. & Pet. de Anch.

in repe.c.1.colum.16.de conſtit. & Ant.de Imol.in c.ſuper literis.de reſcript. & Pan.in c.cùm tempore.colum . fin. de arbit. Et ſic habes, quòd ſiue in prima inſtantia, ſiue in cauſa appellationis publicatio atteſtationum impedit alios teſtes produci ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs timore ſubornationis: quod tamen multipliciter limitant ſcribentes, ſignanter Feli. in d.c.fraternitatis.col.2.cum 4. ſequ. ad quem pro nũc te remitto aliàs ſuo competẽtiori loco dicturus. Anto. de Trem.

z *Opponi autem* Iſtum ver. vſq; ad ver. & etiam interdum poſuit Specu.tit.de exceptio. §. viſo. verſ. ſed quis debet. auctore ſuppreſſo.

a *Rei cohærentes.* Ideò dicit rei cohærentes, quoniam exceptiones perſonæ cohærentes, & perſonalia beneficia ad hæredes non tranſeunt, ſed cum perſona extinguuntur, l. maritum. & l. quia tale. ff. ſolut. matr. Sed difficultas eſt laborioſa, an & quando in dubio priuilegium conceſſum perſonæ cenſeatur eſſe perſonale an reale, de quo videas plenè, Alexand. in d.l. quia tale, ad quem etiam remittit Iaſ. in l.1. in fin. ff. de conſti. princip. Sed ne in vtili iuris articulo moleſta tibi ſit nuda remiſſio, cui librorum non eſt ampla ſuppellex, dic ex mente Bar. & aliorum in d.l. quia tale. quòd ſi

72 priuilegium † ſiue à lege ſiue à principe conceſſum nunquã incepit competere viuente defuncto, tunc in dubio eſt perſonale, vt d.l.1. ff. de conſti. princip. Si verò incepit competere viuente defuncto, tunc aut inducit exceptionem vel defenſionem peremptoriam, & tunc tranſit ad hæredes, l.3. §. quòd autem ff. quod quiſque iur. in alte. ſta. Et ideò mulier exceptionem Velleiani, & minor beneficium reſtitutionis in integrũ ad hæredes tranſmittunt, l. ad hæredes. C. ad Vell. & l. non ſolùm. ff. de in integ. reſt. Aut inducit exceptionem dilatoriam, & ad tempus, & ad hæredes non tranſit: & ob id maritus priuilegium ne vltra quàm facere poteſt exigatur, cùm ſit temporale, vſquequo peruenerit ad pinguiorem fortunam, l. vna. §. cùm autem, C. de rei vxo. act. ad hæredes nõ tranſmittit, d.l. maritum. & dixi ſup. eod. tit. in prin. in verſ. & cęteri. Si verò priuilegium non inducat exceptionem, ſed ſolam conceſſionem alicuius iuris, tunc quatenùs fuit facta executio in vita eius, cui fuit conceſſum, tranſit ad hæredes, & non in plus, vt eſt text. valdè notab. ſecundum Bartol,

ibi.

ibi. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſti. facit l. ſi defuncta. ff. de vſufru. Et in caſibus, quibus dixi priuilegium non tranſire ad hæredem, intellige ſiue ſuum ſiue extraneum, per text. in l. non ſolum. §. ſi puellæ. iuncta gloſſ. 1. ff. de ri. nupt. quæ communiter tenetur ſecundum Alex. vbi ſupr. Anto. de Tremo.

b *Earum hæredibus*. Cum iuris † fictione cenſentur eædem perſonæ cum defunctis, qui in eos tranſmittunt hæreditatem, dicit text. in Authen. de iureiu. à mo. præſti. in princ. colum. 5. & ipſos defunctos repræſentat, ſaltem pro portione hæreditaria, in qua ſuccedunt, vt eſt glo. multum nota. & ordinaria. in l. 2. §. fina. vbi Bart. dicit multum not. ff. de præto. ſtip. & eam dicit ordi. Iaſ. in l. 2. §. ex his. colum. 1. ff. de verb. obligat. Et ideo mortuo debitore vel creditore actiones perſonales hæreditariæ tam actiuè quàm paſſiuè tranſeunt, & diuiduntur ipſo iure inter hæredes pro portionibus hæreditarijs, l. 2. C. de hæred. act. & l. cùm à matre. C. de rei vend. & l. ſi ab eo. C. de nego. geſt. Et nedum tranſeunt, verùm etiam ab ipſis hæredibus incipiunt, vt in l. vna. & quæ ibi per Cyn. & alios notan. C. vt acti. ab hæred. & contra hære. incip. 73

Et quia hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, nimirum ſi exceptio non continens beneficium merè perſonale, quæ competebat defuncto, detur etiam hæredi eius perſonam repræſentanti. Et viceuerſa exceptio, quę competebat contra defunctum, competat etiam contra eius hæredem, vt ſtatim ſubdit author.

Quod tamen ſanè intelligas, vt ſimul expediam, niſi hæres † prætenderet ius ex perſona propria, quod defuncto non competebat, & ageret non tanquam hæres, per text. ſingularem & non alibi ſecundum Bart. Bald. & alios. in l. fina. C. de euictio. vbi hæres fideiuſſoris agens ex perſona ſua, non tanquam hæres, non poteſt repelli exceptione euictionis, qua fuiſſet repulſus fideiuſſor, de quo textu facit magnum feſtũ Iaſ. in d. l. 2. §. ex his. colum. 2. & dixi aliquid. ſuprà tit. quibus modis ſuo nomine ciuiliter agent. verſi. excipitur quoq;. Anto. de Tremo. 74

c *Et à fideiuſſoribus*. Intellige primò in terminis, quibus loquitur, videlicet in exceptione cohærente rei: Secùs enim, ſi perſonæ, quia † perſonale priuilegium ſicut nõ tranſit ad hæredem, ſic nec ad fideiuſſorem, d. l. exceptiones quæ per-

ſonæ. hic allega. & l. & ſi fideiuſſor. ff. ff. de re iudica. quoniam fideiuſſor illius, qui non poteſt exigi, niſi inquantum facere poteſt, poterit eligi inſolidum, & inſolidum habebit actionem mandati aduerſus principalem, ex cuius perſona fuerit exactus, ſecundum gloſſ. & Dd. ibi. Et ſic per indirectum conſequetur creditor, videlicet conueniendo fideiuſſorem, quod directo non poteſt conſequi ab ipſo principali; contra l. fin. in fin. C. de vſur. rei iudic. & regul. cùm quid. de regu. iur. lib. 6.

Sed hoc ideo eſt, quia eſt, quod ſibi imputet reus principalis, qui fideiuſſorem dedit, ſciens ſibi competere beneficium. Item eſt, quod ſibi imputet, ſi tempore, quo fideiuſſor conueniebatur, non comparuit ad ſuſcipiendum ad ſe iudicium, & ex perſona ſua non oppoſuit exceptionē, quod non tenebatur vltra quam &c. & quod ſua intereſt, ne fideiuſſor ipſe habiturus regreſſum contra eum inſolidum condemnetur, quod facere ei eſt permiſſum, per text. ſingularem. in l. idemq;. §. generaliter. ff. manda. ſecundum Imol. quem ibi refert Iaſ. in d. l. & ſi fideiuſſor. & per illum tex. Ita tenent Alberi. de Roſa. Barto. & alij ſignanter Alexan. & Iaſ. in l. & ſi fideiuſſor. & Bart. & Bald. in l. verum. in prin. ff. pro Soci. & Paul. & Dd. in l. maritum. ff. ſolut. matri.

Debet tamen hoc caſu fidiuſſor ad conſequendam actionem mandati denunciari principali, vt veniat ad eum defendendum, & iudicium in ſe ſuſcipiendum, per text. in d. §. generaliter. & nota. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. in glo. mag. eod. tit. & declarat Iaſ. in d. l. & ſi fideiuſſor.

Idem & ſecundò dicas in exceptione mixta, inducta pro-
96 pter perſonam & propter læſionem ſimul. vt in † integrum reſtitutione, quæ conceſſa minori non prodeſt fideiuſſori, l. 1. & 2. C. de fideiuſſo. mino. licèt benè detur hæredi minoris, vt dixi ſuprà eodem in penult. additio. eo quia non eſt merè perſonalis, vt optimè declarat Paulus de Caſtro in dicta l. 1.
97 Tertiò intellige, quòd † exceptio quæ competit principali, datur fideiuſſori, quando fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra principalem, aliàs ſi non ſit habiturus regreſſum, vt quia fideiuſſit animo donandi, vel in rem ſuam, & alijs caſibus, nota. in l. & hæredi. §. final. ff. de pact. tunc non competeret exceptio fideiuſſori, quæ competit principali: iſte eſt text. in l. quod dictum. vbi Dd. ff. de pact. Et

per

per hoc infertur, quod ſi fideiuſſor † erat debitor illius, pro 78
quo fideiuſſit in tanta ſumma, in quam fideiuſſit, certè ei fideiuſſori conuento non competit exceptio, quæ principali reo benè competeret: cùm non ſit habiturus regreſſum, vt voluit gloſſ. valde notanda. in l. 1. §. fin. in verſi. patronus. ff. qua. re. actio. non da. quam dicit valde nota. Iaſ. in d. l. quod quod dictum. Quartò intellige, prout iſte ſubdit, quando remaneret ſtatus principalis debitoris integer: Secùs enim, ſi eſſet mutatus, & bona eius in ſolidum, vel in parte confiſcata: quia pro parte confiſcata principalis ipſe exuitur ab actionibus, l. 1. C. de fideiuſſ. & actiones actiuæ & paſſiuæ tranſeunt in fiſcum. l. ſi vt proponis. C. de bo. præſcri. & l. 2. C. ſolut. matrimo. & l. ſi marito. in prin. ff. eod. cum ſimilib. ſaltem purè & in diem conceptæ licèt non conditionales, vt eſt text. ſingularis in l. quoties. ff. de nouatio. ſecundum Bar. Ange. Imo. & Pau. de Caſtr. ibi & dicit Pau. quod ille tex. in fin. eſt ad hoc ſingularis, & alibi non ita benè habetur. de quo tamen vide ibi Alexan. in addit. ad Bart. & in d. l. ſi marito. in princip. benè eſt verum, quòd legata conditionalia non tranſeunt in fiſcum, per glo. ſingularem. in verſi. præſens. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtra. quam dicit non eſſe alibi. Bald. in l. etiam. prope finem C. ad leg. Falcid. Ad propoſitum ergo dico, quòd † tali caſu, quo mutatur 79
ſtatus principalis rei ſiue debitoris exceptio competens ipſi debitori, videlicet quod eſt confiſcatus, & quod non poteſt conueniri, non tranſit in fideiuſſorem. Immò poteſt fideiuſſor conueniri & exigi, per text. in dicta l. 1. C. de fideiuſſ. & in l. defenſiones. C. de except. Econuerſo dic, quòd † liberatio facta fideiuſſori, non prodeſt reo principali, l. fideiuſſoris. ff. de pact. ſicut etiam ſententia contra fideiuſſorem lata eidem principali non nocet, per text. ſingularem. 80
in l. & poſt rem iudicatam. ff. de tranſact. quem ibi dicunt nota. Bald. & Angel. & ſingularem dixit Bald. in c. in præſentia. col. fi. de renun. Anto. de Tremo.

d *Etiam inuitis.* Vſque adeò, quod poſtquam eſt quæſita ſemel exceptio fideiuſſori, etiam pacto ipſius principalis, nõ poteſt ipſe principalis pacto contrario illam tollere fideiuſſori, eo nolente, per text. nota. ſecundum Bart. ibi in l. fin. ff. de pact. cum concor. per gl. & Dd. ibi adductis. Ius enim † quæ- 81
ſitum

ſitum tertio ex meo contractu non poſſum illi tollere, per text. in l. 1. §. ſi ſeruus communis. ff. de ſti. ſer. & gloſſ. in l. certi conditio. §. ſi nummos. in gloſſ. magna. ff. ſi cert. pet. etiam ſi eſſet quæſitum per diſpoſitionem legalem, per text. in l. ſi poſt mortem. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas. & text. in l. ſi conſtante. in fin. C. de donatio. ante nuptias. per quē Bal. in vtraque lectura. in fine nota. dicit, quod quando ex contractu vel facto contrahentium, vel occaſione contractus per diſpoſitionem legalem eſt quæſitum tertio ius in re, vel ſpe irreuocabili, non poteſt ei tolli, nec à contractu recedi in eius præiudicium, per dicta iura. Signanter dixi ſpe irreuocabili propter l. 3. §. ſi is pro quo. vbi gloſſ. & Dd. ff. quod quiſque iur. in alie. ſta. de quo latius vide Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. l. ſi. Ant. de Tremo.

c *Eſt perſonale*. Qualiter autem conſtituatur iſtud pactum perſonale, quod non extenditur ad fideiuſſorem, habes text. not. in l. niſi. ff. de pactis. per quem notant ibi Bar. Ang.
82 Fulgoſ. Pau. Alex. & Modern. quod ad conſtituendum † pactum merè perſonale, ita quòd perſonam non egrediatur, & non competat ex eo exceptio fideiuſſori, requiritur, quòd in pacto opponatur dictio taxatiua, putà promitto non petere à te tantum, & iſtud pactum appellāt perſonaliſſimum, Pau. & Iaſ. ibi. & Alex. in l. & hæredi. in princ. illo eodem titulo. Aliàs quando fieret ſimpliciter pactum de non petendo à debitore ſine taxatiua, adijciendo perſonam debitoris verbo executiuo, licèt pactum ſit perſonale, hoc tamen eſt alio reſpectu, videlicet, vt extinguatur cum perſona debitoris, cui eſt factum pactum: tamē eo viuente benè egreditur, & ſe extendit ad alios, d. l. & hæredi. in princip. vbi glo. & declarat Bart. in l. ſi tibi. §. pactum conuentum. & in l. qui in futurū. in prin. eo. titu. ff. de pact. dicens, duplici reſpectu ſine conſideratione poſſe dici pactum perſonale, vno, vt extinguatur cum perſona alia, vt perſonam non egrediatur, quod ſit per dictionem taxatiuam, & de tali loquitur author iſte. Hoc tamen ſanè intellige, niſi cum perſona paciſcentis, putà debitoris, adijceretur perſona vnius ex futuris hæredibus, putà, promittis non petere à me, nec à Titio hęrede meo: quia tunc licèt in perſona hæredis non ſit adiecta taxatiua, tamen pa-
83 ctum cenſebitur merè perſonale quòad alios, & incluſio † vnius tendet ad excluſionem aliorum, text. eſt ad hoc ſingularis

laris ſecundum Albericum Raph. Fulgoſ. & Iaſ. ibi in l. auus. ff. de pact. per quem tex. ita limitat dictam legem niſi Iaſ. ibi dicens illum tex. ad hoc notandum. Anto. de Tremo.

f *Emptores* Et contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem, in quem licèt non tranſeat ius agendi ſine ceſſione, l. in creditore. ff. de euict. cum ſi. tamen benè tranſit ius excipiendi competens ſuper re aliqua, l. etiam ſi in rem. ff. de iureiur. Et nedum actiuè, ſed etiam paſſiuè, hoc eſt, quia tranſit contra ſucceſſorem ſingularem eius, contra quem exceptio competebat, l. idemque. in fin. ff. pro Soci. de qua tamen materia, & quod de iure excipiendi cohærente perſonæ, vide per Guil. de Cug. Ray. & Bald. in d. l. etiam ſi in rem. & per Dyn. & Bart. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aqua plu. arcen. & per Dd. in l. 3. C. quod met. cau. & per Cano. in c. quia Gu. de iudic. & per Dyn. in regula. is qui in ius. lib. 6. Quod tamen non procederet in eo, cui eſt facta † delegatio: quia regulariter exce- 84
ptio, quæ obſtat & deleganti, non obſtat ei, cui eſt facta delegatio, l. doli. ff. de noua. quia is, cui eſt facta delegatio, nititur ex ſua propria ſtipulatione. de quo quia in pleriſque caſibus recipit inſtantiam, vide Ang. Are. Inſti. de exce. in prin. col. 14. et dixi aliquid in tit. qui. mo. ſuo no. ci. agen. ver. item agere. in verb. bannitus. & in ver. excommunicatus. Anton. de Tremo.

g *Et interdum* Benè dixit, interdum, quoniam regulariter nedum actus inter alios extra iudicium geſtus alteri non nocet, l. 1. & per totum. C. res inter alios acta. Sed etiam ſententia lata pro vno vel contra vnum alteri non prodeſt neq; nocet, l. 1. & per to. C. qui. res iud. non no. ſiue in cauſis ciuilibus ſiue in criminalibus, l. iuris manifeſti. eod. titu. de qua regula in l. ſæpè. ff. de re iudi. & in c. penul. eod. titu. Iſta autem regula multas patitur exceptiones, quarum quaſdam ponit Doctor noſter hic, & gloſſ. in l. 2. C. quibus res iud. non no. & plenius gloſſ. in d. c. pe. vbi Felin. atteſtatur iſtam materiam eſſe ampliſſimam & mirabiliter & ſolenniſſimè extenſam per Alex. de Imo. in repet. d. l. ſæpè. vnde vltra caſus hic poſitos per authorem, quibus ſuo loco pauca admodum adnectam, recenſebo quoſdam alios caſus vtiliores & vſitatiores, in quibus res † inter alios iudicata tertio præiudicat. Pri- 85
mus itaque erit, qui ponitur in d. l. ſæpè. & in d. c. penul. videlicet, quando ille tertius, ad quem principaliter pertinebat

actio

actio vel defenſio eius rei, de qua agitur, ſcit & patitur alium prius agere de eodem iure, vel patitur alium agere de iure, quod ipſe tertius patiens habet ex perſona agentis: quia his caſibus ſententia inter alios lata illi tertio ſcienti & patienti benè præiudicabit. Quod ſcribentes, ſignanter Alexan. & Felin. in locis præallegatis declarant procedere, quando ſcientia tertij patientis interuenit tempore proceſſus pendentis: ſecùs ſi iam lata erat ſententia, ſecundum Bald. in l. 2. C. de fide inſtru. Niſi eſſet appellatum per eum, contra quem lata erat, & penderet appellationis cauſa: quia tunc ſufficeret ſcientia pendente cauſa appellationis, ſecundum Ioan. de Imo. in l. à ſententia. in princip. in 3. quæſtio. princ. ff. de appella.

Secundò intelligunt, quando ille tertius ſciret agi cauſam de iure ad ipſum ſpectante, & ipſum ius ſibi tertio competere. Secùs ſi ignoraret, ſecundum Innocen. in c. ſuborta. vbi etiam Anton. de Butr. de re iudic. quia ignorans ſuo iuri renunciari videtur, l. mater decedens. ff. de inofficio. teſtam. Tertiò aduerte, quod his caſibus ſufficit ſcientia, licèt non
86 interuenerit citatio, quia licet ad hoc, vt † ſententia noceat tertio, regulariter requiratur illius citatio, l. ſi eo tempore. vbi Barto. C. de remiſ. pign. tamen fallit in caſibus poſitis in d. l. ſæpè. in quibus ſufficit ſola ſcientia, vt eſt gloſſa ſingularis reputata in l. de vnoquoque. in gloſſ. 2. ff. de re iudic. quam dicit reputari ſingularem Alexan. in d. l. ſæpè. colum. 8. & tenent Innocen. in d. c. penult. & Paul. de Caſtro. Imol. & Alexan. colum. 5. in d. l. ſæpè. & Bald. in l. 2. C. de fide inſtru. præalleg. & in l. 2. C. communi diuid.

Secundus caſus erit, quando ſententia eſſet lata principaliter contra vnum ad vtilitatem publicam, vel fiſci, & ad augendum eius burſam: quia præiudicaret, & ad quem peruenitur ex conſequentia, putà ex forma † ſtatuti pater tene-
87 tur ſoluere condemnationem pro filio, & ſententia eſt lata contra filium, certè præiudicabit patri, & mandabitur contra eum executioni ſine nouo proceſſu: iſta fuit nota. deciſio Bartol in l. cùm filius. in princip. colum. 2. ff. de verbor. obliga. & in ſua diſputa. incip. Peruſinæ ciuitatis ſtatuto. & probatur in l. 1. C. vbi cau. fiſc. & in c. cùm ſecundum. de hæred. lib. 6. & in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. vbi ſecundum eum ſententia lata contra patrem habet effectum inferendæ pœ-

dæ pœnæ in filium abſque nouo proceſſu. Et idem voluit Bald. in l. 1.colum.penul.C.ne fi.pro pa. & alibi ſæpè ſequitur etiam Anton.de Butr.in d.c.penul. de re iudic.dicens ſententiam latam, per quam fuit pronunciatum aliquem iniuſtè remotum à beneficio, præiudicare illi, qui fuerat loco remoti ſubrogatus: quia ſecundum eum tangitur publica vtilitas. & ita dicit ſe intelligere text. in c.ad petitionem.de accu. & Anton.de Butr. ſequitur Alexan.in d.l. ſæpè. col.22. poſt Imo.in d.c.penul.

Tertius caſus erit in ſententia † per Principem lata, quæ facit ius quóad omnes, cùm habeat vim legis, & ſecundum illam debeant cæteri iudicare in ſimili caſu, c. in cauſis.de re iudicata. & l. fin.C. de legi. ſecundum Alexandrum vbi ſuprà. Aduerte tamen, quòd ſi iudex iudicaret contra talem ſententiam Principis nō clauſam in corpore iuris, ſententia ob id non redderetur nulla; imò mero iure valeret, & in rem iudicatam tranſiret, & ideo eſſet opus appellatione, per textum in l.cum prolatis.ff.de re iudicata. ſecundum intellectum gloſſ. ibi quæ ſingulariter limitat & declarat d. l. fina, vt dicunt Barto. & omnes in d.l. cum prolatis. & dicetur infrà tit. 1. verſ. item ſi expreſſim. 88

Quartus caſus, quando ſtatutum hoc diſponeret, vt ſcilicet ſententia contra vnum lata mandetur executioni contra alium, vt in ſtatuto prædicto, quod † filio condemnato pater teneatur pro eo vſque ad legitimam. Quod ſtatutum licèt ſit iniquiſſimum, ſecundum Bald. per illum textum in l.ſi filius.C.de bon.dam. & eundem Bald. & Moder. in l.lex Cornelia.ff.de vulga.& pupil. dicentes ſapere tyrannidem. Attamen valet & tenet, vt eſt gloſſ.ordi. & non alibi in rub. C.de decre.decu.lib.10.quam dicit ordi. & non alibi Bald.in d.l.lex Cornelia.circa medium. & eam etiam dicit ordi.in l. 1.colum.1.C.ne fil.pro pa. & pro ea eſt text. & ibi Pet.de Anchar.in c.2. de delic. pue. Et iſta eſt communis opinio, & in practica ſeruatur ſecundum Imol. & Alexand. in d.l. lex Cornelia. Quod intellige verum in pœna pecuniaria, ſecùs in corporali: quia ſtatutum imponens pœnam corporalem patri pro filio non valeret. per tex.ſingularem in c.cùm homo.23.quæſt.5. per quem text.ita limitat Bald.in d.l 1.C. ne fi.pro pa. & illum ad hoc dicit ſingularem Alex.de Imol. in d.l. lex Cornelia.colum.1.ad fin. Et licèt Bald.in rub.C.de

90 inter ali. ac. voluerit † idem in pœna infamiæ. quod in corporali, vt ſtatuto fieri non poſſit, quod vnus teneatur pœna infamiæ pro alterius delicto: Attamen Alexand. in d. l. ſæpè. col. 4. tenet contrarium per l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. vbi hoc fit per legem: ergo & poterit fieri per ſtatutum, & ad idē allegat Innocen. hoc volentem in c. grauem. ad fin. de ſenten. excommunicatio.

91 Quintò aduerte, quia res inter † alios acta alij non nocet, quando eſt omninò alius, ſecùs ſi non omninò alius, putà vniuerſalis, vel ſingularis ſucceſſor, ſecundum Innoc. in d. c. penul. per text. in l. ſi à te. §. fina. & l. exceptio. ff. de except. rei iudic. Vnde eſt, quod ſententia lata contra venditorem hæreditatis præiudicat emptori, l. 2. §. ſolet quæri. ff. de hæred. vel act. ven. & ſententia lata contra hæredem præiudicat ei, qui in locum eius ſucceſſit: putà ſubſtituto vel cohæredi per ius accreſcendi, quod non expirat reditutione in integrum contra aditionem poſtulata, l. ex contractu. vbi de hoc vltimo eſt textus melior de iure ſecundum Bart. Bald. & Alexan. ibi. ff. de re iudic. Et ſimiliter lata contra inſtitutum præiudicat fideicommiſſario, cui erat reſtituta hæreditas, pet text. in l. ſi patroni. §. fin. ff. ad Trebell. etiam non citato, ſecundum Pau. & Alexan. ibi & eundem Alex. in d. l. ſæpè. col. 26. idem dicentem in ſententia nullitatis, lata contra hæredem, quod præiudicet legatarijs, etiam non citatis, imò plus ſecundum
92 eum † quoniam non requiritur ſcientia ipſorum legatariorum, per text. meliorem de iure in l. ſi ſuperatus. verſicu. at quin aliud. ff. de pigno. Item, quia conreus non eſt omninò alius à ſuo conreo, ſententia lata contra vnum ex conreis nocebit alteri, & viceuerſa, pro vno lata alteri proderit. de quo tamen, & de duobus reis debendi, vide Barto. latè diſtinguentem in l. ex duobus reis ſtipulādi. in 4. quæſt. ff. de duob. reis. Et licèt Barto. in l. denunciaſſe. §. quæritur. ff. ad leg. Iul. de adulte. dixerit, quòd ſententia, per quam vnus ex conreis ſtipulandi eſt condemnatus de falſo, non præiudicet alteri conreo, per l. ſi vteris. quæ eſt. 2. C. de fide inſtru. hoc tamen procedit, quando fuit actum criminaliter ad effectum criminalem: quia ſecùs ſi ageretur ciuiliter, ſiue ad effectum ciuilem: quia tunc ſententia lata contra vnum ex conreis creden di, benè noceret alteri. per textum ſingularem in d. l. ex duobus reis. ſecundum 2. lectur. gloſſ. vbi Bartol. & Angel.

& ita per illum textum limitat, & illum dicit ſingularem Alexan. in d. l. ſæpè. colum. 12. Sextò dico, quod licet ſententia inter alios lata tertio non noceat quóad plenum præiudicium, tamen benè nocet quóad qualequale præiudicium. per text. in l. ſi duo patroni. in princip. verſicu. multum tamen fidei. & ibi gloſſ. in verſicu. habiturum. ff. de iureiuran. & text. in l. à ſententia. in princip. cum gloſſ. 1. ff. de appella. Et licèt Bart. in l. admonendi. colum. 8. verſic. ſexto eſſet videndum. ff. de iureiur. velit tale † qualequale præiudicium operari, vt ſit deferendum iuramentum ei, pro quo iudicatum eſt, & ſic quòd operetur ſemiplenam probationem, per text. in d. l. ſi duo patroni. ponderatum vt per eum: & Barto. ſequitur Anton. de Butr. in d. c. penul. colum. 3. de re iudic. Attamen contrarium tenuit gloſſ. in l. 3. §. 1. verſicu. idem tamen. in verſicu. leuior. ff. de mino. & gloſſ. in l. fina. in princ. glo. mag. poſt princip. ff. quod metus cauſa. quas ſequitur Ange. in d. l. ſi duo, & in l. ſciendum. ff. de verbo. obligatio. vt referunt Moderni in d. l. ſi duo. & contrarium etiam tenuit ibi Cyn. Alber. Bald. & Raph. & Modern. & Iaſ. in repet. d. l. admonendi. colum. 84. & Franc. de Cur. conſi. ſuo. 72. incip. magnifice vir. colum. 2. quoniam ſecundum eum dictio qualiſqualis non importat dimidiam, ſed minus dimidia, per l. apud Labeonem. §. ait prætor. in vltim. ff. de iureiuran. Niſi fortè vbi ageretur de facto antiquo, de quo vide per Iaſon. in d. l. ſi duo. colum. 2. in princip. & in d. repet. colum. 83. vel niſi cum illo qualiquali præiudicio. inſurgente ex ſententia contra alium obtenta concurrerent aliæ præſumptiones, per gloſſ. ſingularem in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. quam dicit ſingularem Bald. in c. accedens. in 2. in fin. vt lit. non conteſt. ſecundum Ludo. & Iaſ. in d. l. ſi duo. Alias non haberet vim ſemiplenæ probationis, nec hoc vllo iure probatur. 95

Benè verum eſt, quod talis qualiſqualis præſumptio, ſiue qualequale præiudicium benè operatur, quod data paritate probationum hinc inde, ille eſt præferendus, & pro eo debet ferri ſententia, qui habet illam qualemqualem præſumptionem, gloſſ. eſt nota. & ſingularis in d. l. ſi duo patroni. in princ. in ver. authoritatis. quam iſti notant Barto. & Dd. & eam Angel. ibi dicit meliorem, quæ ſit in iure: & eam dicit ſingularem in repet. l. ſciendum. col. 10. ff. de verb.

oblig. & in l.1.ff.de except.rei iudic. & eam pro peregrina & ſingulariter notanda exclamat Raph.Fulgo. in d.l.ſi duo. Et pro illa glo.facit,quod volunt glo.in c.dilectus.in 2.in verb. dantes.de ſimonia. & in c.interrogatũ. glo.2.2.q.5.quod ſententia lata contra vnum,ſuper aliquo crimine non nocet alteri,ſed ſolum facit præſumptionem, vt ſit indicenda purgatio.ad idem glo.in c.ordinatos.59.diſt. quæ vult confeſſionem vnius non nocere alteri, niſi quóad præſumptionem prædictam indicendæ purgationis.

Et ex hoc ſeptimo infertur,quod ſententia inter alios lata inducit contra tertium complicem infamiam facti, vt ſit ſibi de iure canonico indicenda purgatio, per iura proximè allegata. Octauò operatur alium effectum ſententia inter alios lata, videlicet quod ille, qui habet contra ſe præſumptionem ſententiæ inter alios latæ, non poteſt pręſcribere ſine titulo, vbi aliàs ſufficeret bona fides,c.1.iunctis ibi nota. per Archi.& Ioan.And.in nouel.de præſcrip.lib.6. & ſequitur Alexan.col.22.in d.l.ſæpè.

Nonò,ſententia inter alios lata præiudicat tertio quóad præparandam viam tertio ad agendum, l.1. vbi cau. fiſca. C. putà ſententia lata contra occiſores defuncti præparat viã fiſco, vt poſſit agi cõtra hæredes negligentes vendicare mortem defuncti ad confiſcationem bonorum, & ſic quóad ordinandum iudicium non quóad deciſionem, ita Bald. ibi nota. per illum textum ad idem quod not. Bald.per illum text. in l. ſi quis homicidij.C. de accuſ. volens, quòd ſententia inter alios lata præiudicat alteri in præparatorijs alterius iudicij. adducit etiam text. in l. in cognitione.ff. ad ſena. Sillean.& idem tenet Bald.in l.1.in fin.C. de aduo.diuer. iudic.& in l.2.in vlti.not.C. de fide inſtrumen. quem ſequitur Alexan.in d.l.ſæpè.colum.14. & Felin.in d.c.pen. colum.4. verſic.ad quartum.

Decimò generaliter fallit, vbi quis tertius eſſet citatus:
94 quia citatio † tertij cuius intereſt, & cuius ius in iudicium deductum eſt, operatur, vt poſtmodum ſententia lata contra reum noceat ipſi tertio, per not. per gloſſ. in l. cùm miles.§.1.in verſicu.in facienda.ff ex quib. cauſis ma. & in l. ſi deſerta. C. ſi propter pub.pe. & per Barto.in l. in cauſæ. in 1. §.fin.ff.de mino.& c. inter quatuor. & c.fina. de ma. & obe. & in l. ſi eo tempore. vbi Bartol.C. de remiſſ. pigno. cum

ſimi.

ſimi. Vnde dicebat Anton. de But. in c. cùm ſuper. de re iudi. quod quando tertius, cuius intereſt ratio, ne qualiſqualis præiudicij comparet, pendente cauſa principali liti aſſiſtendo, & illam iuuando, ſi feratur ſententia contra reum, nocebit ipſi tertio, ex quo fuit in iudicio. Quod procedit ſiue citatio fuerit facta ab homine, ſiue à lege, putà in caſu in c. 1. de elect. libr. 6. quoniam talis etiam citatio operatur, vt ſententia contra vnum lata tertio ſic citato præiudicet, ſecundum Ioannem And. in c. fi. vt lit. pend. libr. 6. in nouel. quam ſequitur Alex. in d. l. ſæpè. colum. 3. benè facit glo. ſecundum eum ſingularis reputata in Cle. vna. gloſ. fin. in cauda. de do. & contu. quæ vult maiorem eſſe contumaciam † citati à lege, quā non licuit ignorare, quam à iudice, de qua gl. dicetur 95
infr. tit. 2. in princ. Præmiſſam tamen concluſionem, vt citato ſiue à lege ſiue ab homine præiudicet ſententia contra alium lata, limita, dummodò ille citatus comparuerit ſaltē in caſibus, in quibus poſſet perueniri ad diffinitiuam reo abſente, aliàs enim ſi diceremus indiſtinctè, citato tertio fieri præiudicium, conſequeretur actor per indirectum citando incidenter, quod non poſſet conſequi directo, principaliter contra illum tertium agendo, ſcilicet diffinitiuam ſententiam, contra l. fin. C. ſi manci. ita ve. & c. tuæ. de procu. cum ſimilib. Ita nota. limitat Panorm. in c. cùm ſuper. de re iudic. quem refert & ſequitur Alexand. vbi ſuprà. Qui etiam ex mente Pauli de Caſtr. limitat dictam concluſionem, quando illud idem ius, quod fuit deductum contra vnum pertinebat illi tertio, ſecùs ſi eſſet diuerſum, licèt ab eodem fonte, putà creditor egit contra vnum ex hæredibus debitoris ad dimidiam debiti, certè ſententia contra illum lata non præiudicabit alteri cohæredi quóad aliam dimidiam, licèt fuerit citatus, & comparere noluerit: quia de parte ſui cohæredis noluit ſe intromittere, & hoc ideo, quia ſuum ius eſt diuerſum, & hoc benè probatur in l. cùm quæritur. cum duob. ſequen. & in l. ſi cum vno. de exceptio. rei iudica. ff. & ita etiam voluit Imol. in l. à ſententia. in princip. ff. de appellatio. ita limitans dicta Anton. de Butrio. in d. c. cùm ſuper. de quibus videto latius Alexan. vbi ſuprà. Alios quoſdam caſus videbis ſtatim: & vide eundem Anton. in tit. quibus modis ſuo nomine ciuili. agen. verſi. Item agere impeditur venditor Anto. de Tremo.

h *Filiationis*. Idem dicit glo. in d. §. ſi ex cauſa. hic allega. glo. 2. & glo. in c. penul. de re iudic. Sed an idem in † cauſa le-
96 gitimitatis, an ſententia lata, quod talis ſit legitimus vel illegitimus, faciat ius quóad omnes. Et licèt Innocen. in c. cauſam. in 2. qui fil. ſint legit. dixerit, aliud eſſe in cauſa filiationis, & aliud in cauſa legitimitatis, in quâ non reperitur ſecundum eum in iure cautum, quòd faciat ius quóad omnes: Attamen Cyn. in l. ingenuum. hic allegata, & Bald. & Salice. in l. 2. C. qui res iudica. & Imol. & Alexand. colum. 17. in l. ſæpè. ff. de re iudica. & Anton. de Butrio in d. c. cauſam. & idem Anton. & Imo. in c. penult. de re iudica. tenent idem eſſe in cauſa legitimitatis & filiationis. In quibus erit diſtinguendum ex mente eorundem, quòd aut agitur de priuato commodo, putà de hæreditate inteſtata, & opponitur agenti, quòd non eſt legitimus, certè ſententia lata ſuper legitimitate non nocebit alteri tertio fortè cohæredi ipſius victi, prætendenti æquè principale intereſſe, l. cum duobus. C. de inofficio. teſtamen. gloſſ. in c. dilecto. in verſicu. obſiſtat. de præben. Sed prætendentibus intereſſe in conſequentiam benè præiudicabit. l. 1. in fine cum l. ſequen. in princip. ff. de libe. ag. hic alleg. Aut agitur circa id, quod reſpicit publicum intereſſe, putà vocato ad honorem decurionatus opponitur, quòd eſt ſpurius, vt repellatur iuxta l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decu. & eo. fil. certè ſi pronuncietur legitimus præiudicabit ſententia omnibus reſpectu eiuſdem intereſſe publici, argumen. §. in popularibus. hic alleg. Et præmiſſa procederent etiam, vbi eſſet quæſtio, an quis eſſet ſui iuris, vel in patria poteſtate, ſecundum Ange. in l. 1. §. penulti. per illum text. ff. de liber. exhiben. & Bald. in d. l. ingenuum. & Bald. & Salic. in d. l. 2. C. qui res iudica. Et idem ſecundum Dd. in locis præallegatis, vbi eſſet quæſtio ſuper alio ſtatu perſonæ, putà ſuper clericatu, ciuilitate, monachatione, origine, à ſcripticiatu, minori ætate, ſexu, putà an ſit hermophrodita. Secùs ſi ſuper qualitate patrimonij, putà quia fuit pronunciatum quem eſſe vaſallum regis: quoniam talis ſententia non faceret ius quóad alios, ſecundum Bald. & Salic. in d. l. 2. de quibus omnibus latius Alexand. in d. l. ſæpe. colum. 19. & ſequen. Ant. de Tremo.

i *Ingenuitatis*. Iſtud intellige, quando erat quæſtio de ſeruitute

ſeruitute ad ingenuitatem, & quis eſt pronunciatus ingenuus, quoniam talis ſententia faciet ius quóad omnes: ſecùs ſi ſolum eſſet quæſtio de libertate ad ingenuitatem, quia eo caſu non datur tantus fauor ſententiæ cùm cauſa non ſit ita fauorabilis. Iſta eſt gloſſ. ſingularis in l. 1. ff. ſi liber. ingen. eſſe dica. quam dicit ſingularem Imo. in d. l. ſæpè. & ibi refert Alexand. colum. 15. & illam gloſſ. ſequutus eſt Innocen. in c. cauſam. in 2. qui fil. ſint legiti. Sed Iacob. de Aret. & Benedic. de Plum. in d. l. 1. & Imol. & Alexand. in d. l. ſæpè. & Anton. de Butr. in d. c. cauſam. & in c. penult. de re iudica. tenent contrarium per text. in d. l. ingenuum. vbi fit mentio de libertino & ingenuo. & gloſſ. in d. §. ex cauſa. ſimpliciter dicit de cauſa ingenuitatis, ſicut dicit hic author. Et ideo ſiue ſit quæſtio de ſeruitute ad ingenuitatem, ſiue de libertinitate ad ingenuitatem, dicas, quod ſentẽtia ſuper ſtatu perſonæ facit ius quóad omnes, qui non principaliter prætendunt intereſſe, ſed minus principaliter, putà quóad honores, & matrimonium, quod de iure ciuili erat ſeruis cum liberis interdictum, l. cùm ancillis. C. de inceſt. nupt. Sed quóad prætendentes æquè principale intereſſe, ſcilicet quóad dicentes ſe dominos vel patronos talis ſententia non facit ius, neque eis præiudicabit, per d. l. 1. & l. patronum. ff. ſi libe. inge. eſſe dica. ſecundum Cyn. in d. l. ingenuum. quem ſequuntur Imol. & Alexand. in d. l. ſæpè. licèt aliqui voluerint contrarium in d. l. 1. diſtinguentes, vtrùm pronuncietur ingenuus, vt tunc ſententia lata contra vnum ex patronis noceat alteri, ſecùs ſi pronuncietur libertus: ſed tu dicas in vtroque idem, per regulam, quæ habet, quod vbi de ſui † natura 98
ſententia facit ius quóad alios, nunquàm tamen nocet habentibus æquè principale ius, per d. l. cum duobus. iuncto §. ſi ex cauſa. hic alleg. ſecundum Alex. in d. l. ſæpè. col. 16.

Et licèt gl. ſingularis in l. cognitio. §. 1. in verſ. ne variæ. ff. de libe. cau. voluerit diſtinguere, vtrùm fuerit lata ſententia cõtra vnum dominum agentem pro parte, vel inſolidum, vt primo caſu ſententia contra illũ lata conſocio non præiudicet, per l. duobus. ff. de lib. cau. ſed ſecundo caſu preiudicet alteri, etiam prætendenti ſe dominum ſerui inſolidum, quam glo. dicit ſingularem reputari Alex. in d. l. ſæpè. tamen Imo. & Alexan. ibidem poſt Cy. in d. l. ingenuum. tenent contrarium, per text. in d. l. 1. & d. l. patronum. vbi ſententia contra

vnum patronum lata alteri etiam ſi inſolidum patronum prætendenti nõ præiudicat, ergo nec alteri ſe inſolidum dominum dicenti. Et præmiſſa omnia, videlicet quod ſententia lata pro filiatione & ingenuitate faciat ius quóad omnes intellige procedere, quando fuit lata aſſiſtente principali contradictore, ad quem principaliter ſpectabat defenſio, putà contra patrem, contra patronum, aliàs ſolùm præiudicaret illis, contra quos lata eſt, ſecundum Ang. & Pau. de Caſt. in d. §. ſi ex cauſa. per text. in l, 1. ff. de excep. rei iud. vbi etiam expreſsè Bart. & Raph. Cuma. quo verò ad ipſum principalem, ſiue iuſtum contradictorem non aſſiſtentem nihil valeret, l. cum non iuſto. ff. pe collu. deteg. & hoc etiam ſequitur Alex. vbi ſup. col. 15. in fi. Anto. de Tremo.

k *Non autem nouo* Hoc idem voluit gloſ. in l. nam & his. §. 1. & in d. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. in verſic. non valet. ff. de inoffic. teſta. & in l. iure noſtro. §. fin. ff. de teſta. tute. & in l. cùm filius. in princ. in ver. placuit. de le. ſecundò. dicentes, quod hodie reputo teſtata ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis legata debentur, & ſi ſententia contra hæredem lata in cauſa querelæ non nocebit legatarijs. et hoc vult dicere author iſte in his verbis, non autem nouo. Et licèt aliqui antiqui tenuerint contrarium, vt per Cyn. & Bart. in d. Authen. ex cauſa. attamen gloſſ. prædictæ communiter tenentur, ſecundum Alexan. in d. l. ſæpè. col. 7. dicentem idem eſſe in omnibus caſibus, legata debentur hæreditate non adita, de quibus in l. eam quam. C. de fideicomm. quoniam in illis ſententia lata contra hæredem non nocebit legatarijs.
99 Sed pulchrum dubium eſt; vtrùm † ſententia lata ſuper nullitate teſtamenti, per quam pronunciatum eſt contra hæredem teſtamentum eſſe nullum præiudicet legatarijs, gloſ. in d. §. ſi ex cauſa. quam ibi ſequuntur Bart. Ang. & alij tenent, quod ſic. quam etiam Bart. & Ang. ſequuntur in l. 1. ff. de doli except. contra gloſſ. ibi contrarium tenẽtem, & quòd præiudicet, tenent Iaco. de Are. Bart. Ange. & Modern. in l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de leg. 1. & Imol. & Alexand. in d. l. ſæpè. & ibi dicit Alexan. col. 7. quòd iſta eſt magis communis opinio, & ab ea non eſſe recedendum. pro qua adducit text. in l. ſi patroni. §. fi. vbi Dd. ff. ad Treb. vbi ſententia ſuper nullitate teſtamenti contra hæredem nocet fideicommiſſario. ad idem adducit text. in l. fi. C. de peti. hære. Et idẽ dicas in ſen-

tentia

tentia ſuper falſitate teſtamẽti contra hæredẽ lata quòd præiudicet legatarijs, ſecundum Iaco. de Arè. Bar. Ang. Imo. Pau. de Caſt. & Moder. in d. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. per text. in l. ſi in fraudem. à contrario ſenſu. C. de leg. Et quòd idẽ ſit, quando pronunciatur ſuper nullitate, & ſuper falſo, voluit Anto. de Butrio in c. cauſam. in 2. qui fil. ſint legiti. & Alex. in d. l. ſæpè. Vnde dicas ex mente eorum, ꝙ ſententia lata ſuper nullitate, vel falſitate contra illum, cuius principaliter intereſt, putà contra hæredem, præiudicat his omnibus, quos negotium tangit, & commodum conſequuntur in conſequentiam, putà legatarijs & fideicommiſſarijs, vt d. §. ſi ex cauſa. & d. l. ſi in fraudem. ſed lata contra vnum non præiudicabit alteri prætendenti ius æquè principale, putà lata contra vnum hæredem ſcriptũ non præiudicabit eius cohæredi, l. cũ duobus. C. de inoffic. teſt. & l. 2. C. de fide inſtru. Et multo fortius lata contra vnũ, cui in conſequentiã ius competit, putà contra legatarium nõ præiudicabit hæredi, vel alteri legatario, ꝑ tex. in l. 1. ſecundũ intellectũ cõmunem glo. & Dd. ff. de excep. rei iud. Itẽ adde, ꝙ ſententia lata contra hæredẽ nõ nocet legatarijs in tribus caſibus, poſitis in d. l. ſi ſeruus pluriũ. §. 1. videlicet quãdo heres nõ defendit, quãdo colluſit, & quãdo fuit ſentẽtia lata per iniuriam & culpabiliter nõ appellauit, aliàs eis nocebit, per prędicta iura etiãſi non fuerint citati, vt dixi ſup. iſtomet, verſic. in verſi. & interdum. Et viceuerſa dicas, quòd ſententia lata † pro illo, qui obtinuit in petitione hæreditatis contra hæredem ſcriptum, nocet ſibi quòad legatarios & creditores, vt non poſſit dicere ſententiam pro ſe latam eſſe iniuſtam, licèt re vera ſit iniuſta, & ipſis creditoribus & legatarijs prodeſt, vt eſt text. ſingularis in d. l. ſeruus. §. 1. qui ſecundum Dy. Bar. Imo. & Paul. de Caſtr. non eſt alibi in iure. ſed Bal. ibi adducit ſimilem in d. l. fin. C. de peti. hære. Item ſi † ſententia eſſet lata ſuper reſciſſione teſtamenti, inſtante eo, cuius non intererat, & in eius fauorem, licèt ſibi non proſit, tamen proderit his, quorum intereſt, quamuis in iudicio non fuerint, per text. qui fortè non eſt alibi ſecundum Pau. & ſiue fortè ſecundũ Ange. ibi in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. vbi Bar. no. ff. de inoffi. teſt. quem dixit ſingularem Alex. in d. l. ſæpè. col. 9 item non omitto vnum caſum ſingularem, qui non eſt alibi, in l. controuerſia. ff. de tranſ. in † quo tranſactio inter duos inita, putà inter hæredem ſcri- 

(margin: 100, 101, 102)

Bb 4 ptum

ptum & legitimum, præiudicat creditoribus, vt habeant neceſſe conuenire vtrunque pro rata, licet regulariter, ſecùs per nota. per Innoc. Ant. de But. & & Panor. in c. auditis. de præſcript. per Alexan. in d. l. ſæpè. col. pe. & per Felin. in c. pen. de re iudic. Niſi in caſu quem ambo ponunt, videlicet in caſu c.
103 vnici. de controuer. inter va. & alium de benefi. vbi † tranſactio inita inter vaſallum & tertium præiudicat domino feudi. Anto. de Tremo.

I *In populari actione*. Putà, ſi quis eccleſiam vel ſepulchrum
104 violat, aut viam publicam vel album prætoris, in † quibus ſententia lata contra, & vnum iuramentum per vnum delatum præiudicat cæteris propter authoritatem rei iudicatæ & iuramenti: & ideò ſecùs in pacto vel trãſactione, vt eſt gl. ſolennis in d. §. in popularibus. hic alleg. quam dicit ſolennẽ Bald. in c. cùm ſuper. colum. pe. de cau. poſ. & proprie. et eam ibidem ſequuntur Albe. Salice. & Moder. reprobantes diſtinctionem ibi traditam per Bart. & eſt alia gloſ. vbi etiam Dd. tractant in l. tranſigere. glo. mag. C. de tranſ. & alia in l. 3. ff. de popu. act. Intellige tamen ſanè in terminis, quibus author iſte loquitur, videlicet in actione populari, cuius commodum per litiſconteſtationem fuit effectum proprium ipſius agentis tanquam procuratoris in rem ſuam, pro l. ſi cui. ff. de verbo. ſignific. Secùs enim eſſet in accuſatione, quæ intentatur ad vindictam publicam, & cuius effectus pertinet ad fiſcum: quia non poteſt priuatus iuramẽtum deferendo iura fiſcalia perdere, per text. in l. qui cœtu. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi publi, cum ſi. ſecundum Bart. Bal. & Moder.
105 in d. l. tranſigere. ſicuti etiam dicemus, quod † per remiſſionẽ iniuriæ non fit præiudiciũ vindictæ publicæ ſiue pœnæ fiſco applicãdæ, per tex. in l. 1. §. vſque adeò. & ibi Bart. ff. de iniur. & Bar. in l. interdum. ff. de fur. & alibi ſępè niſi pœna deſcenderet ex delicto cõmiſſo in omittendo ꝑ gl. ſing. in l. 2. gl. fi. ff. ad Sillan. quem dicit ſingularem Bal. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. in 1. ff. de pac. & alibi ſæpè. Pro qua glo. benè facit glo. aurea. in l. ſi mora. ff. ſolu. matr. quæ vult grauius eſſe deſictum in committendo: quàm in omittendo. quã dicit auream Anto. Corſe. in ſuis ſingu. in ver. pœna. in vltimo. Et ꝙ author iſte dicit de actione populari, vt ſententia in ea lata faciat ius quòad omnes, procedit etiã in iure quaſi populari, ſiue quaſi publico, vt ſi opponatur cõtra electũ aliqs defectus

ad infringendam electionem: nam lata ſententia pro electo contra opponentem non poterit alius de eodem defectu amplius opponere, vt eſt gloſſ. nota. in c. cùm dilecti. in verſic. iudicatum. de elect. & in c. cupientes. §. cæterum. in verſicul. nullum præiudicium. eod. tit. lib. 6. talis enim cauſa dicitur reſpicere bonum publicum, & intereſſe commune, Clemen. conſtitutionem. in verſi. intereſſe communi. & ibi gloſſ. & Dd. de elect. & tenet Alex. in d. l. ſæpè. column. 10. de reg. iu. Et idem è contra, quod ſententia lata pro opponente defectum proderit omnibus, quorum intereſt, per tex. ſingularē in l, poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſta. ſecundum Ange. ibi. & Innocen. in c. ſuper his. de accuſ. De quo tex. dixi ſuprà eod. ver. in ver. non autem nouo. Antonius de Tremolis.

# De impedimentis executionis & cauſis nullitatis ſeu annullationis. Rubrica.

*SVMMARIA.*

1 Appellatio à ſententia legitimè facta impedit ſententię executionem.

2 Ordo iuris non ſeruatur coram principe: quia non poteſt coarctari.

3 Compromiſſio in arbitros appellatione pendente facta impedire poteſt ſententiæ executionem.

4 Poſtulatio reſtitutionis in integrum habet ſententiæ executionem impedire.

5 Iudicati actio per nouationē in nouā petitionem tranſducta impedit ſententiæ executionem.

6 Executio ſententiæ ſuſpenditur, vbi executor modum vult excedere, vel ipſam ſententiam malè interpretari.

7 Executio ſentētiæ ſuſpenditur, vbi à ſentētia eſt ſupplicatum, & victrix pars non præbeat dignā fideiuſſionem de reſtituendis.

Delegatus à principe, vel à Papa, an poſſit impedire ſen

 tentiam

tentiam à ſe latam exequi. & num. 58.

9 Controuerſia ſuper rebus, ab executore ſententiæ captis orta, non poteſt dici ſententia executa, ſed ſuſpenſa.

10 Sententiæ executio ſuſpenditur per ceſſionem bonorũ.

11 Sententiæ executio ad tempus prorogatur in conditionali chirographo interlecto.

12 Executio ſententiæ non cadit in rem conductam vel locatam.

13 Sententia multis de cauſis venit annullanda.

14 Sententia ratione perſonæ iudicantis ſeu litigantis ſępè redditur nulla.

15 Sententia ratione quantitatis vel temporis venit annullanda.

16 Sententia poteſt ratione modi & qualitatis eſſe nulla.

17 Sententia ratione conditionis poteſt annullari.

18 Excipi an poſſit, & qualter, à ſentẽtia, quæ perpetuo tempore dicitur nulla, & nu. 137.

19 Exceptio quælibet eſt perpetua præter non numer. pecunia.

20 Executio ſententiæ quando ratione nullitatis ex probationibus extrinſecis vel intrinſecis impediatur. & num. 22.

21 Clauſul. viſa citatione, ſi in ſententia per verba enuntiatiua à iudice proferantur, etiamſi de citatione non conſtet, facta tamen præſumitur, nec impeditur executio.

23 Executio ſententiæ ſummaria eſt, & ſummariam cauſę cognitionem requirit.

24 Exceptio calumnioſè opponi non præſumitur. vbi probationes incontinenti offeruntur.

25 Probari quæ poſſint incontinenti.

26 Sentẽtiæ tres conformes, etiãſi incontinenti ad impediendam executionem offerantur probationes, ſi omnes dicantur nullę, aut illarum altera, non tamen impedietur executio: ea autẽ plenariè expedita diſceptabitur de nullitate: & quando impediatur executio.

27 Executio ſententiæ quando non impediatur per exceptionem nullitatis.

28 Appellatio legitima executionem ſententiæ ſuſpendit. & quare.

29 Epiſcopi

29 Epiſcopus ſi dum pendet appellatio à ſententia diſpoſitionis ſuæ, ſubditum excommunicet, valet excommunicatio, & quare.

30 Paria ſunt appellatum eſſe, vel intra tempora appellandi eſſe: ſecùs in reſtitutione in integrum.

31 Appellatio quomodo extinguat pronuntiatum.

32 Fatalia quando currere incipiant.

33 Terminus à iudice præſentationi appellantis præfixus ſi negligatur, appellatio cenſetur deſerta.

34 Termini duo ſi præfigantur, ſub quibus primum coram altero iudice, deinde coram præfigente præſentare ſe tenetur, & vnus obſeruetur, alter negligatur, an appellatio habeatur pro deſerta, & executio remedio attentatorum ſit reuocanda.

35 Appellatio quando habeatur pro deſerta.

36 Deſertione appellationis facta continuò executio in ſententia demandatur, nec habet condemnatus quadrimeſtre, aliámue legalem dilationem ad ſoluendum, ſi ea fuerint effluxa, quod autem tempus nōdum elapſum eſt complebitur.

37 Impedimentum legitimum, non tantùm dat biennij, ſed etiam triennij, & quadriennij prorogationem.

38 Impedimentum in primo anno, dat biennium ipſo iure: impedimentum verò in ſecundo anno non dat triennium niſi per reſtitutionem in integrum.

39 Anno primo impeditus vno etiam die conſequitur totum biennium: intra biennium verò impeditus, ad tempus tantùmmodò impedimenti reſtituitur. & quare.

40 Paupertas iuſta eſt impedimenti cauſa, & ad concedendum ſecundum vel tertium fatale ſufficiens.

41 Pauper quando proſit vel noceat, remiſſiuè.

42 Iuris ordo non ſeruatur coram Principe.

43 Compromiſſo pendente, vel poſt latum laudum, an poſſit appellans appellationem proſequi, ſaltem ſoluta pœna.

44 Tempus interponēdæ appellationis an & à quibus poſſit prorogari.

45 Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam quando impediat executionem, & quando non.
46 Principis contra ſententiam etiamſi petatur reſtitutio, non tamen impeditur executio.
47 Executio trium conformium ſententiarum non impeditur petitione reſtitutionis contra ſecundæ appellationis ſententiam, vt nec beneficio reſtitutionis in integrum.
48 Nouatio quomodo fiat & executionem impediat.
49 Delegatio quomodo impediat executionem.
50 Pignorum aut fideiuſſorum acceptione non impeditur executio ſententiæ, ſi pro vincentis ſecuritate data ſint, ſecùs ſi in cauſam iudicati.
51 Executionis exceſſus quot modis fiat, remiſſiuè.
52 Interpretari ſententias qui poſſint iudices, & qualis ſit interpretatio admittenda, & an in ea facienda requiratur partis citatio, remiſſiuè.
53 Executore mero modum executionis excedẽte ad quem appellandum ſit.
54 Supplicatio à ſententia quomodo & quando impediat executionem.
55 Supplicationis & appellationis differentiæ in impediẽda executione.
57 Subdelegatus delegati Papę vel Principis an poſſit ſuam ſententiam exequi.
58 Delegatus inferioris à Principe non poteſt ea quę mixti imperij ſunt expedire, nec mulctare iure ciuili, ſecùs de iure Canon.
59 Iudex alterius territorij, in quo fiet executio an poſſit alterius iudicis ſententiantis exequi ſententiam ſine literis requiſitorijs.
60 Actione in factum cùm agitur non ſeruatur ordo iudiciarius, nec datur libellus, ſed proceditur ſummariè.
61 Iudex in cuius territorio facienda eſt executio, an per ſententiantem requiſitus ad ipſius ſententiæ executionem teneatur, non tantùm in eodem ſed etiam in diuerſo foro.
62 Epiſcopus tenetur exequi & obedire literis poteſtatis ei ſcribentis: quare & quomodo.

63 Iura

63 Iura municipalia vnius territorij alter iudex in exequē-do non ſequitur.

64 Executio ſi impugnetur quóad pignora controuerſa, ideoq; impediatur, debent non controuerſa capi, ſi habeat: & effectum ſortietur executio.

65 Poſſeſſio ſola non minus quàm proprietas impedire poteſt executionem.

66 Tertius ſi tātum ius pignoris inre, in qua fiet executio, prætendat, non impedietur executio, ſed vendita re de pretio ſatisfiet creditori, reſiduumque in cauſam iudicati conuertetur, ſi ante venditionem, aut adiudicationem, id eſt, executionem perfectam ſe oppoſuerit: ſecùs ſi poſt.

67 Creditor ſi miſſus ſit in poſſeſſionem rerum tertij valet miſſio ex primo decreto, ſed ſi tertius ſummariè de iure ſuo doceat, reuocabitur: ſed poſt ſecūdi decreti interpoſitionem non niſi ordinariè audietur.

68 Ceſſio bonorum impedit vlteriorem executionem, & debitor incarceratus aut incarcerādus hac liberatur per exceptionem.

69 Cedens bonis quot caſibus teneatur in ſolidum in bonis poſteà quæſitis, adeò vt quod egeat deducere nequeat.

70 Ceſſio quot caſibus non admittatur.

71 Pactum de non cedendo an valeat, etiam cum iuramento.

72 Cedere bonis qui poſſint.

73 Debitore incarcerato alimenta præſtanda ſunt à creditore, alioquin per iudicem relaxari poteſt.

74 Debitum etiamſi ſit conditionale, propter tertij tamen contumaciam & delictum ſtatim non ſpectata con... tione fiet de eo executio.

75 Commodatario quot actiones pro re ſua vendic... competant.

76 Solutionis electio ad Reum, actionum verò ad actorem ſoluentem ſpectat ante litem conteſtatam.

77 Præoccupaſſe quando quis dicatur.

78 Tertius quando impediat executionem, quę ſuper re petita & in iudicium deducta fiet.

79 Debitori ſuo in cētum ſi quis dederit facultatem vt pro iſtis centum aliud ſoluat, per litis conteſtationem ſuper debito

debito principali perditur prior poteſtas.

80 Sententia contra minorem lata ſine authoritate curatoris, ipſo iure nulla eſt: & quatenus valeat.

81 Sententia pro minore lata quatenus valeat, & pro pupillo.

82 Iudicio pendente ſi allegetur nullitas proceſſus per minorem agitati ſine authoritate curatoris an iudex non expectato litis fine ſuper nullitate pronuntiare debeat.

83 Pro furioſo aut contra eum lata ſententia ipſo iure nulla eſt. & quare.

84 Contra defunctum lata ſententia ipſo iure nulla eſt: & quando valeat.

85 Inſtantia licet tranſeat à defuncto in hæredes, ſi tamen contra eos non ſit poſt mortem ipſius agitata cauſa nec lata ſentẽtia, ſed contra eundem defunctum, non valebit ſententia: etiamſi quoque pro ipſo pronuntiaretur, nihil tamen prodeſſet hæredibus.

86 Contra infirmum lata ſententia non valet.

87 Contra abſentem non contumacem lata ſententia nulla eſt: vt nec pro abſente. & nu. 89.

88 Contumax quando quis non dicatur.

90 Pro abſente etiam non citato lata ſententia valet in criminalibus.

91 Contra incarceratum aut legitimè impeditum lata ſententia an valeat.

92 Cui interdictum eſt bonis à iudice non habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio, ſed æquiparatur minori.

93 Priuilegia minoribus conceſſa iis quoque, qui per curatores reguntur, competunt.

94 Condemnatoria ſentẽtia contra principalem, qui nunquam fuit in iudicio, ſed per procuratorem litigauit, ipſo iure nulla eſt, idem in abſolutoria.

95 Procurator ſi cauſam egerit vſque ad ſententiam, & poſteà citatus dominus principalis non compareat, an ſententia lata valebit tanquàm contra contumacem lata, an verò annullanda veniat.

96 Comparitione ſpontanea conualitur citatio inualida.

97 Quantitatis ratione quando non valeat ſententia ordinarij quàm delegati. & numer. 99. & loci ratione. numer. 106.
98 Sententia ſi plura habeat capita ſeparata, tot cenſebuntur ſententiæ quot numerantur capita.
100 Iuriſdictionis prorogatio quomodo fieri poſſit.
101 Locus exemptus intra diœceſim quoad iuriſdictionem per ordinariũ exercendam æquiparatur loco extra territorium.
102 Conſenſus partium in prorogãda iuriſdictione quis ſit neceſſarius, tacitus an expreſſus.
103 Iudex ſi extra territorium de conſenſu partium iuriſdictionem exercere velit, non poterit id ſine ordinarij conſenſu.
104 Iuriſdictionum genera, quæ extra territorium ſuum iudex exercere poteſt, quot ſint.
105 Statutum Epiſcopi non ligat delinquentem extra territorium ſuum.
107 Actus omnis voluntarius tam nocte quàm die expediri poteſt.
108 Sententia noctu lata nulla eſt, omniſq; actus coram iudice pro tribunali ſedente expediendus, niſi partium conſenſus acceſſerit tacitè vel expreſsè.
109 Modi aut qualitatis ratione non obſeruata quando ſententia valeat.
110 Matrimoniali in cauſa poteſt ſententia ferri ſine ſcriptis.
111 Sententia definitiua ex ſcriptis recitari debet.
112 Expenſarum condemnatio an poſſit ferri abſque ſcriptis.
113 Interlocutoriæ ſententiæ abſq; ſcriptis fieri poſſunt: & quando non.
114 Iudex appellationis quomodo pronunciare debeat.
115 Sententia incerta quando valeat.
116 Certa quæ ſit ſententia intelligenda.
117 Sententiam ad acta certam continentia quantitatem ſe ſe referre quatenus ſufficiat.
118 Sententia referens ſe ad inſtrumentum aut ſcripturam in actis non producta an valeat.
119 Bannitus ad tempus à iudice, intelligitur vſque ad

decennium, ſi non adſit tempus certum.

120 Sententia quando poſſit ferri ſub conditione, & quando non.

121 Clauſul. ſi actor iurauerit ſibi deberi, aut ſi Reus ſe iurauerit ſoluiſſe, eum abſoluo, poſita in ſententia, ſtatim nullo alio actu interueniente adimpleri debet.

122 Conditio falſa aut impoſſibilis indiſtinctè ſententiam reddit nullam.

123 Sententia continens errorem iuris nulla eſt ipſo iure, & quando non. & nu. 124. & 128.

125 Sententia pro parte ſiue in vno capite poteſt eſſe valida, & pro parte nulla.

126 Sententia habens errorem iuris expreſſum, cauſamque iuſtam & iuri conſonam ſimiliter expreſſam ſuſtinetur ex iuſta cauſa.

127 Clauſ. maximè vel præſertim ſuſtinet ſententiam, quæ habet cauſam in iure erroneam, propter quam nulla erat.

129 Sententia lata contra priuilegium alicuius mero iure valet, & niſi appellatione retardetur, tranſibit in rem iudicatam.

130 Citatio ſi ſit omiſſa aut inualida reddit iudicium & ſententiam nullam. & quare.

131 Sententia aduerſus non contumacem lata ipſo iure nulla eſt.

132 Sententia quando valeat ſine citatione, remiſſiuè.

133 Libelli datio neglecta annullat iudicium & ſentētiam: & quando non.

134 Libellus ineptus inneptam reddit ſententiam.

135 Litiſconteſtatio omiſſa infringit ſententiam.

136 Publicatio teſtium omiſſa quando eneruet ſententiam.

137 Præcipitatio ſententiæ quando non valeat, & ſententiam annullet.

138 De nullitate agendi facultas quanto tempore duret.

139 Nullitatis principaliter & ex ſe deductæ iudicio pendente an interim currat appellandi tempus.

140 Nullitas & appellatio etſi ex diuerſis fontibus promanent, poteſt tamen vtraq; ſimul deduci, & probationes ſimul induci queunt.

141 Inſtan-

141 Inſtantia appellationis perempta per deſertionem, perimitur quoq; nullitatis inſtantia, cùm & nullitas & appellatio ex diuerſis fontibus manãs ſimul in iudicium deducitur. & nu. 143.

142 Nullitas & appellatio ſi ex eodem fonte oriantur, vtranque ſimul proſequi nemo poteſt: ſed præcedet nullitatis iudicium, ſub quo tempus appellandi non curret.

144 Clauſul. dico ſententiam nullam, &, ſi qua ſit, appello, quouſque ſe extendat ſi alicui cauſa appellationis ſit commiſſa.

145 Delegatus ad vnam cauſam videtur ad quamlibet illi incidentem delegatus, nec requiritur commiſſio ſpecialis.

146 De nullitate quis iudex cognoſcere debeat.

147 Nullitatis cauſa totam cauſam deuoluit ad ſuperiorem ſicut & appellatio.

148 Delegatus ſi ferat ſententiam, quæ nulla ſit, coram eo cauſa nullitatis nõ tractabitur ſed coram ſuperiore delegante.

149 Iuriſdictio delegati extinguitur per ſententiam nullam.

150 Sententia nulla an poſſit per appellationem confirmari.

*SED quia ſuprascripta exceptiones, quæ poſt ſententiam opponuntur, exceptio Macedoniani & Velleiani, & beneficio competente perſonis, quæ inquantum facere poſſunt condemnantur, iudicium reddunt nullum: & communiter omnes impediunt*[a] *executionem: Ideoq; de impedimentis executionis & de cauſis nullitatis ſeu anuullationis breuiter videamus.* a

*Et impedimenta executionis ſunt iſta.* † *Primò ſi à ſententia fuit legitimè*[b] *appellatum*[c]*, & appellator eſt intra tempora*[d] *fatalium dierum, anni, vel bienny*[e] *prorogati ex iuſta cauſa*[f]*, & hoc conſtat iudici*[g]*, coram quo fieri executio poſtulatur, vt ff. nil. no. ap. pen. l. vna. in Authen. de his* 1 b c d e f g

*qui ingre. ad app §. 1. colum. 5. & iacet. C. de temp. appe. Auth. ei qui appellat.* 2 † *Niſi cauſa in conſiſtorio principis agitetur: tunc enim nullũ fatale* h *currit: quia nemo eſt tantæ authoritatis, qui poſſit nolentem principem ad conuocandum proceres coarctare, vt in Auth. de appel. & intra quæ temp. §. ad hoc ſancimus. coll. 4. quæ eſt in C. de temp. app. Auth. ſed ſi lis.* 3 † *Idem eſt, ſi appellatione pendente in arbitros compromittatur* i, *vt in Auth. de ap. §. deinceps. colla. 8. quia fatale tempus* k *nõ currit, donec cauſa coram arbitris ventilatur, vt ibi dicit in Auth. ſi tamen. C. de temp. appel. Idem ſi per iudicem ſtet, quominus in appellatione procedatur, vt in Auth. vt ſpon. Bart. §. hoc quoq;. coll. 9. quæ eſt in Auth. ſi appellatione. C. titul. præallegato.*

4 † *Secundò ſi in integrum reſtitutio eſt poſtulata: vt C. in integrum* l *reſti. poſtul. in rubr. & nigro.*

5 † *Tertiò, ſi iudicati actio per nouationem* m *tranſducta eſt in nouam petitionem, vt ff. de mino. l. minor 25. annis, fideicommiſſum. primo reſponſo. & ff. de re iudicat, l. 4. §. ſi ex conuentione.*

6 † *Quartò, ſi ſententiæ executor in exequendo executionis excedat modum.* n *Vel ſi ſententiam malè interpretatur* o, *& ab eo fuerit appellatum* p, *executio ſuſpenditur, vt C. quo. appell. non recip. l. ab executione. & ff. de appell. l. ab executore*

7 † *Quintò, ſi à ſententia fuerit ſupplicatum* q, *& victrix pars non præbuerit dignam ſideiuſsionem de rebus reſtituendis cum augmentis legitimis, ſi per ſupplicationem ſententia retractetur, vt in Auth. vt ſpon. largi. & aliud ad hoc. & C de preci. imperia. offe. Auth. quæ ſupplicatio.*

8 † *Sextò, ſi delegatus* r *à Principe vel à Papa velit exequi ſententiam à ſe latam: vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. 1. reſpon.*

*Septimò,*

*Septimò, ſi iudex ordinarius velit exequi ſententiam*
*ſuam in rebus extra ſuum territorium conſtitutis* [ſ], *vt ff. de* ſ
*bon. auctori. iudi. poſſ. l. cùm vnus. § is qui poſſidere. & C.*
*de iudi. l. properandum. § ſin autem Reus. & ff. de iuriſdi.*
*omn. iudi. l. extra territorium.*

† *Octauò, ſi ſuper rebus ab exequutore captis contro-* 9
*uerſia moueatur* [r], *& ſint eius, qui mouet controuerſiam,* r
*vel habet condemnatus alia bona, quæ ſine controuerſia capi*
*poſſunt: vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. § ſi ſuper rebus. & §*
*ſed & illud. Sed propter hoc non differtur executio, niſi ad*
*tempus.*

† *Nono, in perſona condemnati facta executione, & quod* 10
*condemnatus in carcerem eſt detruſus lachrimabiliter de-*
*ludetur victor, ſi condemnatus ſuorum bonorum fecerit* [u] v
*ceſſionem: vt C. qui bonis cede. poſſ. l. fin.*

† *Decimò, ad tempus executio prorogatur in conditio-* 11
*nali chirographo interlecto, vt ff. ad leg. Aquil. l. in lege* [x] x
*Aquilia ſi delictum: quia differtur condemnationis execu-*
*tio, vſquequo debiti extiterit conditio. Secùs in eo, qui*
*eſt condemnatus in tabulis exhibendis: quia non differtur*
*condemnatio intereſſe, quia pœna contumaciæ* [y] *præſtatur ab* y
*eo, qui non exhibet: vt ff. de tab. exhi. l. locum. § condem-*
*natis.*

† *Vndecimò, ſi fullo vel commodatarius eſt in re locata* 12
*vel commodata condemnatus, & poſteà commodator vel lo-*
*cator rem inuenerit commodatam vel locatam, argum. ſu-*
*me* [z], *ff. de condi. ſine cau. l. ſi fullo. & ff. commo. l. in com-* z
*modato § fin. & l. rem mihi. primo reſponſo.*

*Duodecimò, in conuento à multis actione noxali: quia ſi*
*ſeruum præſtiterit illi, qui primò vicit, cæteris poſteà vin-*
*centibus denegatur actio iudicati* [a], *ff. de noxa. l. ſi quis à*
*multis.*

b *Idem dici poteſt in conuento à multis actione* b *reali: vt ff. de rei vendic. l. is à quo fundus. Idem ſi condemnatus in actione noxali, & in æſtimatione damni ſeruum intra qua-*
c *drimeſtria* c *tempora pro noxa dederit, vt ff. de pet. hæred.*
13 *l. item veniunt. §. idem rectè.* † *Videamus nunc de cauſis nullitatis ſeu annullationis, & quibus modis ſententia annulletur. Annullatur & nulla pronuntiatur ratione iudicis:*
d *Ratione litigatoris, contra quem fertur* d*, ratione quantitatis, ratione temporis, ratione modi, & ratione cõditionis.*
14 † *Ratione perſonæ iudicantis: quia ſeruus quia minor 25. annis. nec eſt à Principe delegatus, impubes, furioſus, famo-*
e *ſus* e *à dignitate propter ſui turpitudinem remotus, vel quia iudicauit in cauſa ſua. quæ dic, vt ſuprà quibus modis examen ordinarij iudicis definetur. §. in perſonam iudicis. & in alia rubricella de impediment. & exceptionib. quæ delegatis iudicibus opponuntur. §. ſi verò nullum. & §. genera-*
f *liter.* f *Ratione perſonæ litigatoris: quia iudicatum eſt con-*
g *tra minorem* g *indefenſum ſine tutoris aut curatoris autho-*
h *ritate, & contra prodigum, cui bonis eſt interdictum* h*, vt C. ſi aduerſus rem iudi. l. cum & vos minores. & ff. de re iudi. l. acta. §. contra indefenſ. & C. de in integr. reſti. l. ſi curatorem habens. & C. de autho. præſtan. l. clarum.*
i *Vel quia condemnauit* i *iudex Reum principalem, qui in iudicio nunquàm fuit per ſe, ſed per procuratorem tantùm, quia procurator debuit condemnari, vt C. de ſenten. & inter. om. iu. l. 1.*

15 † *Ratione quantitatis: quia cùm delegatus eſſet* k*, de ma-*
k *iori quantitate pronuntiauit, quàm delegatus eſſet inuitis*
l *litigatoribus* l*, vt ff. de re iudic. l. de qua re. §. 1. & C. ſi à*
m *non compet. iudic. iudi. eſſe d. l. 1. Ratione temporis* m*, quia finito tempore ſuæ iuriſdictionis non conſentiẽtibus litigatoribus pronuntiauit, ff. de iud. l. 2. §. ſed ſi iudex.*

*Vel*

*Vel quia poſt veſperas & de nocte [u] pronuntiauit, arg. in Auth. de iudi. §. ſedebunt. & ff. de orig. iur. l. 2. §. & qui magiſtratus. licèt ſit arg. contra. C. de tranſ. l. non minorem. Vel tempore feriarum [o], vt C. quomod. & quando iudex. l. ſi vt proponis. in 1.* o
*† Ratione modi & qualitatis: quia lata eſt ſententia à iudice ſtante & non ſedente [p], vel ſine ſcriptis [q], vel quia non continet condemnationem nec abſolutionem, vel æquipollens [r], vel non continet quantitatem certam [ſ], vt iſta probantur. C. de poſtu. l. quiſquis. in fin. & ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſerue. l. 2. §. dies. & C. de ſenten. ex peri. reci. l. 1. & 2. & l. fin. & C. de ſent. & inter. om. iudi. l. 3. & 4. & ff. famil. herciſc. l. in hoc iudicio. & ff. de re iud. l. in ſumma. & C. de ſen. quæ ſine cer. quan. per tot.* 16 p q r ſ

*† Ratione conditionis: ſi in ſententia conditio [t] apponatur, vt Inſt de act. §. curare. licèt quidam dicant ſententiam nō debere ferri ſub conditione, lata tamen valere dicant: vt ff. quando appel. ſit. l. 1. §. biduum. quod ita intelligo, quòd teneat lata tempore illius legis: hodie ſi feratur, non valeret: vt ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus.* 17 t

*Item ſi expreſſum contra ſacras Conſtitutiones [u] pronuntiauit, non dico contra ius litigatoris: puta ſi minorem 14. annis poſſe teſtari pronuntiauerit, vel errorem calculi in ſententia expreſſit, vt ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. 1. & §. Item cùm cōtra. & ff. de appel. l. ſi expreſſim. & C. quando prouo. non eſt neceſ. l. 2.* v

*Sunt & alij caſus [x] multi nullitatis, quos benè eſt inuenire.* x

*† Contra ſententiam, quæ dicitur nulla perpetuò [y] tempore poteſt excipi, ſi agatur, eo: quia † omnes exceptiōes ſunt perpetuæ excepta non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis.* 18 y 19

z *Sed nunquid* [z] *ex parte condemnati talis erit libel-*
*lus recipiendus, agit Titius coram tali iudice, & petit ta-*
*lem ſententiam contra ſe latam, quatenus de facto proceſ-*
*ſit, nullam pronuntiari. argumen. quod non: cùm victus poſ-*
*ſit eſſe tutus exceptione perpetua, argument. ff. de eo per*
*quem fac. erit. l. . §. ſi Reus. Et contra videtur, quod ne-*
a *dum exceptionem habeat, ſed etiam actionem* [a]*, argum. ff.*
*de liber. lega. l. quod mihi. & argum. ff. de petit. hæred. l.*
*vltima.*

*Sed nunquid iſte libellus recipietur, dicit Titius ſenten-*
*tiam contra ſe latam eſſe nullam ipſo iure, & ſi eſt aliqua,*
*exercet cauſam appellationis, & tota die admittitur in ci-*
b *uitate Mutinenſi per ſapientes, quod non multum placet* [b]*:*
*quia ſic proponens eſt contrarius ſibi ipſi: licèt conditionali-*
*ter proponere videatur, ad hoc ff. quando appellan ſit. l. 2. §.*
*ſed ſi alius. & C. ſi ſeruum exte. ſe man. emen. l. vna. & C.*
*de fur ſur. & ſer. cor. l. 1.*

c *Præterea etiam in excipiendo duæ contrariæ* [c] *exce-*
*ptiones non admittuntur: vt ff. de excepti. l. nemo. multo-*
*minus nec agendo. Subtilius ad propoſitum, cauſa nullitatis*
*& appellationis non videntur poſſe apud eundem iudicem*
d *exerceri: cùm de cauſa nullitatis idem cognoſcat* [d]*, qui co-*
*gnouit de principali, & iterum pronuntiet, ſi eſt ordinari-*
e *rius* [e]*, vt C. de ſenten & interloc. omnium iudic. l. 1. quod*
*non procedit in cauſa appellationis: cùm ad alium ſcilicet*
*competentem maiorem iudicem appelletur: vt ff. qui & à*
*quo appell. l. . & ff. de appell. l. imperatores. Hoc tamen*
f *ſerua quod ſententia, quæ eſt nulla, non confirmatur* [f]
*per appellationem: vt ff. de appellat. l. ſi expreſſim. in*
*fine.*

In pe-

IMpediunt executionem Quia iſte articulus, an exceptio a
nullitatis ſententiæ impediat illius executionem eſt quotidianiſſimus & vtiliſſimus, vt verbis vtar Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & Bar. ibi tradit Theoricam quã Alex. ibi in 2. col. dicit eſſe ſatis communem: ideò ex mente eiuſdem Barto. & aliorum ibi breuiter fac tres concluſiones.
Primã † quod vbi excipiens de nullitate ſententiæ nihil habet probare extrinſecùs: putà quia ex actis colligitur nullitas, vt quia non conſtat ibi de citatione, vel non conſtat de mandato: & ſic fuit falſus procurator, cum hoc caſu excipiens habeat intẽtionem fundatam ex actis, certè impedietur executio. allegat Bar. in l. licet. C. de proc. col. 2. C. de ſen. quę ſiue cert. quã. & dicit ita intelligendam. l. ſi cùm nulla. ff. de re iudi. licèt intellectus illius l. ſit valde diuerſus ſecundum Ang. Pau. Rap. Cu. & moder. ibi. Quod aũt dixi de † citatiõe, 21
intellige, niſi iudex in ſententia ſaltim enuntiatiuè faceret mentionẽ de citatione, priuata dicendo, viſa citatione: quia per talia verba enunciatiua ꝓbaretur citatio propter authoritatem ſententię, à qua non fuit appellatum, ſecundũ Io. de Imol. & Iaſ. in d. § condemnatum. poſt Spec. & Io. Andr. in tit. de ſen. §. vt aũt. verſ. & nota. & Ang. & Alex. in l. de vnoquoq;. ff. de re iud. Secunda concluſio, quòd † vbi excipiẽs de 22
nullitate habet neceſſe fundare intentionẽ ſuam per probationes extrinſecas, ſi poſſet nullitatem probare incontinenti: ita quòd non requirat altiorẽ indaginem, tunc etiã impedietur executio ſentẽtiæ, donec cognito de illius nullitate hac ratione, quoniã in ſummarijs admittuntur exceptiones, quæ poſſunt incontinenti probari, l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. & l. 3. §. ibid. vbi Bar. ff. ad exhiben.
Et ſententiæ † executio eſt ſummaria, & ſummariam cauſæ 23
cognitionẽ deſiderat, l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re iudi. Et licet Ang. Imo. & Pet. Beſ. in d. §. condemnatum limitẽt prædictam concluſionem non procedere, vbi apparet exceptionem nullitatis opponi ſolùm cauſa differentiæ ſolutionis ſiue executionis, & ſic malitioſè tamen Iaſ. ibi in 3. col. putat limitationẽ ipſam non eſſe veram: quia per illã oblationẽ de probãdo incontinẽti purgatur preſumptio malitię ſecundũ eũ poſt Pan. in c. ſuper eo. in 1. circa fi. de app. ad hoc allegat gloſſ. in c. ſuſcitata. de in integr. reſti. & gloſſ. notab. de iure ciuili. in l. 1. §. ſiue autem. in verſi. imperfectam. ff. de

tabul.exhib. & Iaſ.allegat ad hoc tex.in c.literas.de reſt.ſpo.
24 vbi quando probationes† offeruntur incontinenti non pręſumitur exceptio calumnioſè opponi, licet ad cautelam iuramentum erigatur, quod Iaſ.vbi ſup.dicit menti tenendũ. Et ſic habes ampliationẽ ad prędictam concluſionem, quod etiamſi eſſet præſumptio contra excipientem de nullitate, quod malitioſè exciperet, ex quo tamẽ ſe offert incontinen-
25 ti probare, impedietur executio. Quandò † autem dicatur incontinenti probari ſiue non, requirere altiorem indaginẽ habes tex.ſingularem in l.ſi is à quo.in prin.ff.vt in poſ.leg. vt dixi ſuprà tit.de peremp.excep.verſic.iſtarum. & ſimilium.in verſi, ante litem conteſtatam. Limita tamen prædictam concluſionem, per tex.in Clem.1. de re iudic. videlicet
26 vbi † eſſent tres ſententiæ conformes: quia ſi omnes vel illarum vna dicantur nullæ ad impediendam executionem etiamſi incontinenti offerentur probationes, non tamen impedietur executio: ſed executione plenariè facta, diſceptabitur de nullitate. Ita limitant Ang.Raph.Cu.Alex.& Iaſ.col. 3.in d.§.condemnatum.

Intellige tamen, niſi nullitas procederet ex defectu iuriſdictionis, vt dicam in ſequen.concluſ. Item intellige, niſi reſpectu tertij: quia ſi tertius pro ſuo intereſſe opponeret cõtra ſententiam exceptionem nullitatis, non obſtaret ſibi replicatio trium ſententiarum conformium, iuxta d. Clem.1. quę quia eſt exorbitans non extendetur ad tertium, ſecundũ gloſſam.Ioan.de Lig.& alios ibi. & Alex.& Iaſ.in d.l.à. dicto Pio.§.ſi ſuper rebus. & Felin. in c.veniens.in 2.colum.6. verſicul.3.nota de teſti.pro quo eſt caſus ſingularis.in c.cum ſuper.de re iudi.quem dicit ſingularem Anton.de Butr.in c. vt debitus.de appella.vt per Iaſ.in d.§.ſi ſuper.colum.fin. Secundò limita, niſi ſententia, quæ allegatur nulla fuiſſet confirmata per ſuperiorem: & à tali ſententia confirmante non fuiſſet appellatum: quia etiamſi exceptio nullitatis nõ exigeret altiorem indaginem: tamen non impediet executionem, nec eſſet admittenda exceptio nullitatis, ſecundum Raph.Cum.Alex.& Iaſ.in d.§.condemnatum.poſt Inno.in c.ſuper literis. de reſcript. allegantem. ad hoc. c.1.de tranſ. Plus voluit Abbas in c.ea quæ.de re iudi. quod etiamſi prima ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis iudicis, tamen ſi ſequatur ſentẽtia confirmatoria, à qua non ſit appellatum,

latum, non poterit opponi exceptio nullitatis, quem ſequitur Alexand. non facta mentione de eo in l. de pupillo. §. qui opus. colum. 3. ff. de operis nou. nuciatio. & Iaſ. vbi ſupra colum. 4.

Tertia concluſio erit, quod † ſi exceptio nullitatis requirat altiorem indaginem, & non poſſit in continenti probari, quod non impediet executionem: ſed illa facta, tractabitur de nullitate: & illa probata retractabitur ſententia, [illegible] executio inde ſequuta, per text. in l. fina. C. de ordi. co[illegible] l. final. C. ſi ex fal. inſti. & in d. Clemen. 1. de re iudic[illegible] concluſionem ponunt Bart. & cæteri in d. §. conde[illegible] quam tamen intellige, niſi opponeretur nulli[illegible] ex defectu iuriſdictionis iudicis, quia illa benè [illegible] & impediret executionem ſententiæ, etiam ſi re[illegible] altiorem indaginem, ſecundum Angel. in d. l. fina. C. ſi e[illegible] inſti. Raph. Cuma. Alexan, & Iaſ. in d. §. condemnatum. [illegible] etiam poſt tres ſententias conformes, per gloſſ. ſingularem in Clem, vna. glo. fin. de ſequeſt. poſſ. & fruc. vt dixi ſuprà titu. proxi. verſi. idem dico. in verſic. annullari. 27

Secundò intellige, quando ſententia ſeu eius executio eſſet tractabilis, quia tunc non impediretur executio oppoſita nullitatis exceptione, quæ requireret altiorem indaginem: Secùs in executione irretractabili, putà vbi ageretur de vita hominis, vel mutilatione membri: quoniam eo caſu quantumcunque requireret altiorem indaginem exceptio nullitatis impediret executionem, ſecundum Bald. ita limitãtem in l. ab executione. poſt Cyn. ibi. C. quo. appella. non recip. & in l. vna. C. de in integ. reſtitutio. poſtu. nil. no. Raph. Cuma. Pau. de Caſt. Alexan. & Iaſ. in d. §. condemnatum. vbi etiam ponunt quid de captura perſonæ: & Alex. ibi ponit alias limitationes: quas per te vide. Ant. de Tremo. Vant. de Nullit. Sent. mihi fol. 81. facie 2.

b *Legitimè.* Hoc eſt ſecundum formam à iure traditam: de qua per iuriſconſultum in l. 1. §. libelli. & l. ſequen. ff. de appella. & per Specul. in tit. de appellatio. iudicia. in 4. parte Speculi. & per alios practicos. Item dic legitimè, id eſt, in caſibus à iure non prohibitis, quia ſi eſſet caſus prohibitus, non impediretur executio, & ob id author iſte in ſequen. tit. ponet de impedimentis, propter quæ quis appellare impeditur, vt oſtendat in illis executionem per appellationem non legitimam nullatenus retardari. Anto. de Tremo.

 c Appel-

28 c *Appellatum* Ideò † appellatio interpoſita impedit executionem ſententiæ: quia appellatio extinguit pronunciatum, & fingitur non iudicatum. text. eſt in l. §. fin. ff. ad Turpil. meritò ſi ſit extincta ſententia, non debet poſſe demandari executioni. Et licèt multa iura dicant pronunciatum ſuſpendi per appellationem: non autem extingui, l. ſi cauſa cognita. C. de tranſ. & l. generaliter. in prin. C. de reb. cred. & c. venientes. de iureiur. & c. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. & tenet glo. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. tamen Dd. in d. §. qui prouocauit. poſt Angel. ibi & Bald. in rub. C. de appella. Imo Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. de re iudic. & alibi ſæpè communiter cõcludunt, quòd inſpecto præſenti ſtatu pronunciatum extinguitur per appellationem, & ſtatim quod eſt appellatum, ſententia perdit vires ſuas, meritò non demandatur executioni: licèt inſpecto futuro euentu, quia poterit deſeri appellatio, vel ſententia confirmari, dicitur ſuſpendi: & hanc dicit communem ſententiam Felin. in rubric. de appellatio. extra. Sed etiam poſito, quòd omni reſpectu appellatio ſolum ſuſpenderet effectum ſententiæ, certè non debebit ſententia executioni demandari, aliàs nõ diceretur appellatione ſuſpendi. Ad præmiſſa adde glo. ſolennem in c. ſæpè. in ver. ſententia. de ap. quæ vult, ꝙ epiſcopus

29 † per ſententiã depoſitus, ſi appellet, & pendẽte appellatiõe excõmunicet ſuum ſubditum, quod valet excõmunicatio: q̃a fingit non iudicatũ, & non depoſitus quã glo. dicit ſolennem Iaſ. in d. l. 1. col. 4. de re iudi. ff. & ꝓ ea adducit tex. in l. 3. C. de appel. Plus dico, ꝙ nedum impeditur executio ſentẽtiæ poſt appellationem interpoſitam, verùm etiã pendente tempore dato ad appellandum. glo. eſt ſingularis & non alibi in l. ex iudiciorũ in ver. ſecuta. ff. de accu. quã dicit non reperiri alibi Bar. ibi & eam dicit ſingularem Bal. in l. vna. col. 3. C. ex delic. defunc. eam etiã dicit nõ eſſe alibi Paul. de Ca. in l. ſi q̃s poſt. ff. de teſt. & eam dicit ordinariã in l. quæ à latronibus. §. 1. eo. tit. & ꝓ illa gl. eſt tex. no. in c. non ſolũ. de ap. lib. 6. &

30 text. in l. & poſt rem. ff. de re iudic. quæ iura probant † paria eſſe, eſſe appellatum vel eſſe infra tempora appellandi. Et ideo dicebat Ang. in d. §. quæ prouocauit. in 8. col. quod pendente tempore ad appellandum licèt effectus, quos ſentẽtia ſecũ trahit ipſo iure, nõ ſuſpendantur, tamen reſpectu actuũ executiuorũ, in quibus requiritur factũ hominis, benè ſuſpenditur

ditur ſententia, & Ange. ſequitur Feli. in d. rubr. col. 3. dicens ſemper ad eum recurrendũ. Præmiſſa tamen intellige in terminis, quib⁹ loquimur, videlicet in appellatione. ſecùs enim in integrum reſtitutione, quæ cõpetit non iure cõmuni, ſed iure ſpeciali: quoniã in illa nõ eſſent paria, impetratã eſſe reſtitutionẽ, & pendere tempus ad illã impetrandum: cum ea, quæ iure ſpeciali euenire poſſunt, nõ ſint in conſideratione, donec exiſtãt, l. ergo. §. 1. ff. de fideicõ. liber. tradit Bart. in l. 2. col. 2. C. de ſen. pat. & plenius in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. col. pe. ver. oppono dicitur hic. ff. de ver. ob. et ſequitur Iaſ. in d. l. & poſt rem. itẽ quod ſuprà dictum eſt, appellationẽ † extinguere pronunciatũ, eſt verũ in diffinitiua, ſecùs in interlocutoria, quæ poſt ſe diffinitiuam expectat: quia appellatio ab illa nõ extinguit, nec ſuſpendit, anteq̃ iudici, à quo fuerit canonicè inhibitum ne procedat. d. c. non ſolum. Item ſecùs in appellatione interpoſita à ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut abſolutionis ab eis, in quibus agitur de ligamine animæ, quæ non ſuſpenduntur per appellationem, c. paſtoralis. de ap. ſecundum Angel. in l. furti. in princip. ff. de his qui not. infa. & Dd. ſignanter Pau. de Caſtr. in l. fina. C. ſi à non compe. iudi. contra glo. ibi contrarium tenentem. & iſtud vtrunque ſequitur Felin. vbi ſuprà colum. 3. in fin. Anto. de Tremo. 31

d *Intra tempora fatalium.* A quo autem tempore † incipiat currere iſtud tempus fatale, an à die latæ ſententiæ, an à die interpoſitæ appellationis, an à tempore introductæ cauſæ appellationis coram ſuperiore, diſputauit gloſſ. in l. fin. §. Illud. C. de tempo. ap. & Ioan. And. vt ipſe refert in Clem. ſicut appellationem. de app. vbi eſt de iure canonico deciſum, quod à die interpoſitionis appellationis. Sed tu dic, quod etiam de iure ciuili hodie eſt ſine dubio quod à die interpoſitæ appellationis, per text. in Authen. ei qui appellat. vbi Bar. tenet. C. de tempo. ap. hic alleg. & in Authen. ſi tamen in verb. motæ vel non motæ. vbi etiam Bart. ponderat eod. titu. per quæ iura Paul. de Caſtr. in d. l. fin. dicit iſtam opinionem hodie iure ciuili probari: & dicit Bald. in eadem l. fin. in princ. ſtandum eſſe dictæ decretali, cùm Papa poſſit dubia iuris ciuilis determinare in vtroque foro: dicit etiam Salic. in d. §. illud. iſtam in practica ſeruari. 32

Sed ecce certum eſt, quòd iudex, à † quo poteſt ſtatuere terminum 33

minum appellāti, infra quem coram iudice, ad quem ſe præſentet, & ſi infra terminum præfixum ſe non præſentauerit appellatio eſt deſerta: quia talis terminus eſt fatalis, c. perſonas. c. cum ſit. & c. conſuluit. de appell. & ex text. qui de iure ciuili alibi non reperitur ſecundum Bald. ibi. in l. præſes. C.
34 eo. titu. Sed quòd ſi iudex, à quo ſtatuat † alium terminum appellanti, ad faciendum fidem de ſua præſentatione, putà dicit compareas, & te præſentes coram iudice, ad quem infra menſem, & infra alium menſem fidem nobis facias de tua præſentatione, ſi appellans ſe præſentauerit in termino, & ſic ex illo capite non ſit appellatio deſerta, ſi poſtmodum non faciat fidem de ſua præſentatione infra terminum præfixum, vtrùm propterea erit appellatio deſerta, Bald. not. poſt Iaco. But. in d. l. præſes. tenet, quòd non: quia hæc pœna non inuenitur à iure impoſita: & idem vult Alex. ibi in addit. ad Barto. ſubdens poſt Frede. de Se. conſil. ſuo. 27. & poſt Anto. de But. qui etiam ſequitur Feder. in c. ex inſinuatione. de ap. quod talis termini ſecundi præfixio operabitur, quòd iudex, à quo elapſo termino poterit ſtatim executioni ſuam ſententiam demandare, non obſtante quod appellans fuerit appellationem proſequutus, non quod ob hoc appellatio ſit deſerta: ſed quod iudex, à quo iuſtè potuit cogitare eam deſertam, nec reuocabitur executio remedio attentatorum lite pendente, & ante Alexand. hoc poſuit Ro. ſingulari ſuo. 162. inci. hoc neſciunt legiſtæ vbi dicit iſtud dictum Frede. de Se. eſſe no. & per neminem prius dictum & literis aureis ſcribendum, & quod faciet tibi honorem ſi ſciueris conſeruare ipſum. & Ludo. Roma. refert Fely. in d. c. perſonas. col. 2. in fin. ſubdens poſt Domi. de Rota: quòd licèt talis executio nō reuocetur remedio attentatorum lite pendente, tamen benè reuocabitur, ſi appellans obtinuerit, dicit etiam Alex. vbi ſupr. quòd ſi iudex, à quo poſt lapſum ſecundum terminum ſtatim non exequatur, poterit appellator moram purgare, & docendo de ſua præſentatione executionem impedire. Itē
35 non omitto, quod vbi appellatio † eſt deſerta, putà ob apoſtolos non petitos, vel ob non factam præſentationem, vel quia non proſequutam infra fatalia anni vel biennij, ilicò data † deſertione ſententia eſt executioni demandanda, nec habet condemnatus quadrimeſtre, vel aliam dilationem legalem ad ſoluendum, glo. eſt perpetuò menti tenenda & ſingularis

gularis in l.2. in verſ.executioni. C.de tempo.ap. quam dicũt menti tenendam Bald. & Paul.ibi & idem Paul. ſingularem & pro ea habes text expreſſum ſecundum Bald.ibi.in l. quoniam nonnulli. in verbo mox. C. de appellat. & ſic Bald. & Pau. intelligunt illam gloſſam, quod ſiue à die ſentẽtiæ fuerint elapſa tempora, quæ dantur iudicatis, ſiue non: quod ilicò data deſertione fiet executio. Sed certè hoc non vult illa gloſſ. ſed ſolùm quòd data deſertione perinde eſt, ac ſi non fuiſſet appellatum, etiam per conſequens, quòd à die deſertionis non incipiunt currere illa tempora, quæ dantur condemnatis, ſed à die ſententiæ: ideo ſi minus tempus fuerit elapſum, quãdo deſeritur appellatiô, complebitur antequàm ſtat executio, & ita intellexit illam gloſſ. Alexan. in l.4.§. ſi quis condemnatus. col.1. & ibi etiam Iaſ. ff. de re iudicata. & Alex. & Iaſ. in l. debitoribus. eod.titu. & Alex. & Modern. in l.1.§.1. ff. de verbo. oblig. reſpondentes ad d.l. quoniam nonnulli. quod procedit in debitore. fiſci. Anto. de Tremo.

c *Vel biennij* Adde tu, quòd dato legitimo † impedimento, etiam dabitur triennium & quadriennium, ſi in triennio fuerit impeditus, iſte eſt text. in Authen. de his qui ingre. ad appel. in princip. verſic. quid ergo agere oportet. col.5. & tex. in c. ex ratione. de app. Sed aduerte, quia inter impedimentum contingens in primo anno, & contingens in ſecundo, & ſic inter prorogationem biennij, & prorogationem triennij reperio duas differentias: prima quia † impedimentum in primo anno facit dari biennium ipſo iure ſine miniſterio hominis, quia datur à lege. Sed impedimentum in ſecundo anno non facit dari triennium niſi mediante reſtitutione in integrum, iſta eſt ſententia gloſſ. in Authen. ei qui. quam ibi ſequuntur Bart. Bald. & alij. C. de tempo. appel. & gloſ. in d. Authen. de his qui ingre. ad appell. in ver. iuuaret. & ibi Dd. ſignanter Bart. in 2. col. in fine. Quod intellige ex mente eorum, quando impedimentum contingeret in perſona ſua, non facto iudicis, vel aduerſarij dolo: quia tunc ipſo iure ſeruaretur illæſus, per Authen. ſi app. C. de temp. app. Sed ſi dolo tertij competeret ei actio de dolo, ſi eſſet ſoluendo, aliàs in ſubſidium dabitur reſtitutio, vt voluit gloſ. ibi & glo. & Dd. in d.c. ex ratione. Secunda differentia, quoniam † primo anno impeditus etiam vno die conſequitur totum biennium: ſed impeditus intra biennium reſtituitur tantummodò ad

37 38 39

tempus

tempus impedimenti, ſiue quantum durauit impedimentum in illo biennio. iſta fuit determinatio Inno. Hoſti. quos alij ſequuntur in d. c. ex ratione. & glo. in c. ſi electio. glo. fin. de elect. lib. 6. & poſt Inn. & Hoſt. Bal. & Pau. de Ca. in d. Authen. ei qui. & ibi etiam Alex. in addi. ad Bar. faciunt not. per Barto. & Dd. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. & l. ſequen. ff. de verb. obl. Ratio iſtius differentiæ eſt, quia reſtitutio ad biennium ex impedimento in primo anno contingente fit ipſo iure per legem, vt dixi, cum qua mitius agitur, quàm cum homine. l. Celſus. ff de arbit. Sed reſtitutio poſt biennium elapſum fit per iudicẽ, & cum beneficio reſtitutionis in integrum, per quam non reſtituitur quis, niſi ad tantũ tempus quantum durauit impedimentum, & non plus, per text. in Cle. 1. de in inte. reſti. & in l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. & §. ſed cùm feriæ. & l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. vbi Bart. & Dd. ff. ex qui. cau. ma. & ita intellexerũt tex. in d. c. ex ratione Archi. & Domi. de S. Gemin. 2. q. 6. in ſumma, videlicet quod ibi fiat reſtitutio, quatenus durauit impedimentum, & non vltra. quos ſequuntur Dd. ſignanter Feli. in d. c. ex ratione. Anto. de Tremo.

f *Ex iuſta cauſa* Inter iuſtas cauſas textus in Authen. de his qui ingredi. de app. in princip. colla. quinta. ponit inopiam

40 † ſiue paupertatem, vt paupertas ſit iuſta cauſa impedimenti, & ſufficiens ad concedendum ſecundum vel tertium fatale, & illum text. notant ibi Dd. & per illum textum ita tenent Imol. & cæteri omnes in c. ex ratione. de appellatio. Sicut etiam paupertas excuſat ab appellando in ſcriptis, vel vbi eſſet neceſſaria alia impenſa, l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. man. ex mente Cardi. poſt Innoc. in c. ſignificantibus. de offic. deleg. & Dd. in l. inuitus. C. de procu. cum concor. ibi per Modern. traditis. Sicut etiam excuſat non proteſtantem ſecundum Bal. in c. 3. de reſcri. quem referunt Iaſ. in

41 d. l. inuitus. & Felin. in d. c. ex ratione. Et multa de † paupertate quando proſit vel noceat, vide per Dd. ſignanter Ia. in addi. ad Chriſto. Por. in §. 1. Inſt. qui. ex cau. manu. non poſſ. vbi etiam ponunt ad quem incumbat onus probãdi paupertatem, & quomodo probetur.

g *Iudici.* Qui de hoc incidenti an ſit deſerta appellatio vel non poterit cognoſcere ſi contra petentem executionem obijciatur de appellatione interpoſita, & per ipſum replicetur de

tur de deſertione, iuxta conſilium Ang. & Moder. in l. præſes. ff. de re iud. de quo vide ibi per Alex. & alios per eum relatos. Anto. de Tremo.

§. *Nullum fatale* Facit, quia † coram Principe non ſeruatur ordo iuris, text. eſt not. in c. ad petitionem. de accu. quem dicit not. Bald. in c. vno. §. fi. col. fi. in fi. de noua. for. fide. in vſi. feu. & idem voluit Bald. in l. fina. C. de legi. & vtrobique allegat Innoc. in c. in cauſis. de re iud. Princeps enim patiendo coram ſe contra iuris ordinem procedi, videtur diſpenſare. Innocen. in c. vno. de lit. conteſta. & tenet Ioan. Andr. & Pa. in d. c. in cauſis. & Ange. l. Princeps. ff. de legi. & Alexand. in addi. ad Bar. in d. l. fina. C. de legi. & latiſſimè Felin. in d. c. in cauſis. licèt ſecùs in Cardinalibus, vt vult Bal. in Authen. ſed & ſi quis. col. fi. C. de teſti. citari tamen debet pars coram Principe, aliàs de nullitate opponi poſſet, vt eſt tex. in c. inter quatuor de maio. & obe. & text. in c. 1. de cau. poſ. & proprie. & text. not. ſecundùm Bald. ibi in d. l. fi. licet idem Bald. aliter loquatur in l. nec cauſas. C. de appellatio. & in l. 2. col. fin. C. quom. & quand. iud. contra quem tenet Ludo. Roma. in in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. obligatio. Pa. latè & latiſſimè Feli. in c. cùm olim. colum. 9. & 10. verſic. proceſſus. de re iudica. & text. clarus in clem. paſtoralis. §. denique. eod. titul. Anto. de Tremo. 42

i *Compromittatur.* Intellige ſanè ſiue compromiſerint de cauſa appellationis, ſiue de cauſa principali, ſecundum Bal. in l. eos. §. apoſtolos. ad fi. C. de app. dicentem, quòd licèt tex. Cle. quamdiu. de app. innuat ſolum procedere, quando fuit cõpromiſſum de cauſa app. quod tamen idem eſt ſi de principali: quia non curret tempus ad petendum apoſtolos, vel ad proſequendum appellationem: quia conſenſu vtriuſq; partis videtur ſuſpenſa iuriſdictio, per tex. in d. Auth. ſi tamẽ. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ſecũdum eum. & Bal. ſequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. Authen. ſi tamen. Et in dictis locis ponunt, an † pendente cõpromiſſo, vel poſt latum laudum appellãs poſſit proſequi appellationem, ſaltẽ ſoluta pœna, & determinatũ, ꝙ ſic, poſt gl. quæ expreſsè hoc vult in d. Cle. quamdiu. quod Bal. in d. §. apoſtolos intelligit in compromiſſo facto in arbitrum, ſecùs ſi in arbitratorem: quia cũ ſit quædam tranſactio, non habebit locũ pœnitẽtia, per l. quamuis. C. de tranſ. vt per eum quod adde ad differentias 43

per me ſcriptas inter arbitrum & arbitratorem. inf. tit. ſin. in princip.

k *Fatale tempus.* Intellige de tempore dato ad proſequendum appellationem. de quo loquitur text. in Authen. ſi tamen. hic alleg. quando benè poteſt partium conſenſu pro-
44 rogari. Sed ſecùs in tempore interponendæ † appellationis, quod pacto partium non poteſt prorogari, ſecundum Bald. ita expreſſè determinantem in Auth. ei quæ. ad fin. ver. quæro nunquid tempus. & verſ. ſeq. C. de temp. ap. & idem Bald. in Auth. hodie. col. 2. ver. quid ſi appellatum. vbi dicit menti tenendum. C. de ap. & idem Bald. in l. centurio. prope finē ver. in l. iſta. ff. de vulg. & Pau. de Caſt. apertè in l. 2. in fi. ver. ff. de re iud. per ſtatutum tamen vel conſuetudinem benè poſſet prorogari tempus appellandi, per gloſ. ſingu. quæ vix reperitur alibi ſecundum Bald. & poſt eum Pau. & Iaſ. ibi in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. pub. in ver. iuris. quam etiam dicunt ſingularem Angel. & Imo. in l. 2. ff. de re iudic. Anto. de Tremo.

l *In integram reſtitutio.* Aduerte diligenter, quoniam Bar. in l. 4. §. condemnatum. circa medium. ff. de re iudic. & idem Bart. in l. ſi prætor. §. Marcellus. in fin. ff. de iudic. Circa hunc
45 articulum, vtrùm † petitio reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam impediat executionem illius, diſtinguit, vtrùm requirat altiorem indaginem, vel non, vt primo caſu impediat, ſecundo non, prout de exceptione nullitatis dixi ſuprà. eo. titu. in princ. & hanc diſtinctionem ſequutus eſt Bald. in l. fin. colum. 2. verſicu. item quæro an. C. ſi ex fal. inſtru. per nota. in l. nam & poſtea. in prin. ff. de iureiu. & Pau. de Caſtr. in l. vna. C. in integr. reſtitu. poſtu. nil no. fiat. Sed certè communis opi. à qua nullatenus eſt recedendum, eſt in contrarium, quòd imò cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam indiſtinctè impedit illius executionem, per text. in rubr. & nigro. in d. titu. C. in integ. reſtitu. poſtu. vbi gloſ. Barto. & Bald. & per tex. in l. defendente. vbi etiam Bart. ff. de auto. tuto. & text. in l. ſi cauſa cognita. in verſicu. ſuſpenſa. vbi Bal. notat. C. de tranſ. per quæ iura contra Bart. tenent Ioan. de Imo. Raph. Cuma. Alexan. & Iaſ. in d. §. condemnatum. & dicunt ibi Cu. & Alex. quod iſta eſt communis, & eam etiam tenet Imol. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. Quam tamen limita ex mente ſcribentium, vbi ſuprà, poſt Innocen.

Innocen. in c. ſuſcitata. per illum text. ſecundum verum intellectum, de in integ. reſtit. & Bart. in l. 1. C. de tempo. in integr. reſti. pe. Niſi peteretur reſtitutio † aduerſus ſententiam 46
Principis, quia propter præſumptionem, quæ eſt pro ſententia Principis, non impeditur executio: habet enim talis petitio reſtitutionis in integrum vim cuiuſdam ſupplicationis, quæ non impedit executionem ſecundum Iaſ. in d. §. condemnatum. de quo paulò poſt dicetur. Secundò limitat Bald. in l. vna. colum. fina. verſicu. ſed nunquid contra ſententiam. C. ne lice. in vna & ea. cau. ter. prouo. quando tres ſententiæ conformes eſſent latæ, & peteretur reſtitutio contra ſententiam ſecundæ appellationis: quia tunc non impedietur executio, nec dabitur reſtitutio, niſi prius plenaria executione facta, per text. in Clemen. 1. de re iudic. quam de exceptione nullitatis loquentem idē Bald. extendit † ad 47
beneficium reſtitutionis in integrum, vt neutrum impediat executionem trium ſententiarum conformium. Et licèt Salice. ibidem teneat contrarium, tamen Alexand. de Imol. in d. §. condemnatum. colum. 6. egregiè defendit opin. Bald. & eam putat veriorem. quem latius vide, & aliquid per eundem Alex. in addi. ad Bald. in d. l. vna.

Tertiò limita, niſi contra petentem in integrum reſtitutionem eſſet vehemens præſumptio malitiæ, quod eam petit ſolum cauſa differendæ executionis, quo caſu non retardatur executio, præſtita tamen cautione per victorem executionem petentem de reponendo omnia in priſtinum ſtatum, ſi petens reſtitui in cauſa reſtitutionis obtineat, vt eſt text. valde ſingularis. reſpectu vtriuſque iuris, ſecundum Abba. ſic. ibi in d. c. ſuſcitata. in fin. de in integr. reſtit. Præmiſſas tamen limitationes, in quibus non impeditur executio per in integrum reſtitutionem, intellige ſanè, quando ſententia, ſeu illius executio eſſet irretractabilis, ſi enim eſſet irretractabilis executio, certè indiſtinctè impedietur, ſecundum Bald. & alos in d. l. vna. C. in integr. reſtit. poſtu. & Alexan. in d. §. condemnatum. col. fina. & dixi ſuprà eodem titu. in princip. in materia nullitatis in 1. addi. in fin. Anto. de Tremo.

m *Per nouationem* Quæ tamen hodie non cenſetur † fieri, niſi expreſsè agatur à partibus, quod recedunt à prima obligatione, per text. in l. fin. C. de noua. & §. præterea. Inſt. quib.

mod.tol.ob. nec ipſo nec ope exceptionis, vt benè probatur in d.l.fina.in ver. nihil. penitus. aliàs illa lex eſſet impoſita verbis & non rebus. Et quod non fiat nouatio hodie, niſi expreſsè agatur, quod receditur à prima obligatione, etiam ope exceptionis, & etiam in caſibus, quibus olim fiebat iure, tenent Imo. & Pau.de Caſt. & Raph.Cu.in l.2.contra glo.& Bar. ibi.ff.de noua. vbi Raph.dicit quod ita conſuleret & iudicaret cõtra Bar. & idem Imo. Pau.& Cu in l.pe.cõtra Bart. & Ange. ibi.ff.de præto.ſti. & Raph.in d.l.fi.cõtra gl.& Bal. ibi.C.de noua. Et Alex. poſt multos in l.qui vſumfructum col.2.ff.de verb.obli.& Iaſ.in l.ſingularia.colum.15 ff. ſi cer. pe. Et ob id conclude, quod ſi obtinui ſententiam contra te, et poſtmodũ de nouo mihi promittas illud, quod in ſentẽtia continetur ſimpliciter, & non animo nouandi, q͏̃ propterea non amitto beneficium executiuum: aliàs ſecùs ideoq; Dd. in d.§.ſi ex conuentione monent victorem ne cautionem recipiat à victo de ſoluendo animo nouandi.

49 Sed pulchra dubitatio eſt, † quid ſi victus delegauerit aliquem ſuum debitorem vincenti, & non ſit expreſſum, quod delegat animo nouãdi, an impedietur executio? hoc eſt, quærere, vtrùm delegato fiat hodie citra expreſſionem nouationis, ſiue animi nouandi, ita quod dicta lex fina.C. de noua. non habeat locum in delegatione. Breuiter conclude, quod d.l.fin.non procedit in delegatione, quinimò per ſimplicem delegationem tolletur actio iudicati & beneficium executiuum, quamuis non ſit expreſsè dictum. iſta eſt ſententia Bar. Ang.Imol.Raph. & Pau.de Caſtr.in l.delegare. in 1.ff.de noua. licet Barto.& Ang. non firment & dicat Ange.quod egeret Cæſarea declaratione & tenent expreſsè Bald.in l.pecuniam quam.ad fi.ff.ſi cert.pet. & Imo.in l.penul.ff. de noua. Et iſtam dicit eſſe communem & veram ſententiam. Iaſ.in d.l.ſingularia.

Si ergo ego condemnatus delego tibi, qui contra me ſentẽtiam obtinuiſti, debitorem meum, & ipſe debitor meus ex mea iuſſione promittat tibi acceptanti & per ſolennem ſtipulationem, vt & tanquàm debitor meus ſe pro me tibi ſoluturum: Iſtis omnibus concurrentibus fiet delegatio, iuxta nota.in l.delegare.1.& 2.ff.de noua.& per conſequens extinguetur iudicati actio, & impedietur executio, etiamſi nõ ſit dictum, quod animo nouandi, ad quod benè facit text.in l. quam-

quamuis. §. interdum. ff. ad Velleianum. vbi delegatio æquiparatur ſolutioni : ſed per ſolutionem impeditur executio, ergo & per delegationem. Non tamen impeditur † executio 50
per pignorum vel fideiuſſorum acceptionem, quoniam non obſtante datione pignorum, vel fideiuſſorum, poterit victor exequi facere ſuam ſententiam contra victum in alijs bonis, vel in perſona, quādo captura perſonæ de iure communi vel municipali eſſet permiſſa, per text. & ibi Moder. notant in d. §. ſi ex conuentione. & voluit Barto. in l. conſentaneum. col. fin. verſicu. quæro ſecundo. C. quomodo & quando iudex. & alij ab Alexand. relati. in d. §. ſi ex conuentione. col. 1. Quod intelligo in pignoribus datis à victo pro ſecuritate vincentis, ſecus ſi illa pignora eſſent capta in cauſam iudicati, quo caſu illa primitus eſſent ſubhaſtanda. Antonius de Tremolis.

n *Excedat modum.* Iſte exceſſus † exequendi poteſt fieri 51
multis modis, vt nota. per gloſſ. in d. l. ab executione. & per glo. in c. quod ad conſultationem. de re iudicata. Et hoc caſu appellans habet neceſſe exprimere cauſam exceſſus, ex qua appellat, ſecundum Bart. in d. l. ab executore. & Bal. in d. l. ab executione. Anto. de But. Pa. & Felin. colum. 10. in d. c. quod ad conſultationem. & dicetur infrà tit. 1. in fi.

o *Malè interpretatur.* Qui autem iudices poſſint † inter- 52
pretari ſententias, & quæ interpretatio ſit admittenda. vide glo. Bart. & alios in l. ab executore. hic allegata. & in locis ad quæ Alexan. ibi in additionib. ad Bart. te remittit, vbi etiam an in interpretatione ſit neceſſaria partis citatio, de quo etiam per Bald. in l. ea quæ. C. commi. vel epiſto. Anton. de Tremolis.

p *Fuerit appellatum.* Sed pulchra dubitatio eſt, ad † quem 53
appellabitur à mero executore excedente modum, an ad committentem, an ad ipſius committentis ſuperiorem? Tu conclude, quod ſi merus executor habet formam ſpecificam exequendi, & illam non excedit, ſed iudex, qui dedit modum, & formam exequendi exceſſit, & tunc appellatur ad ſuperiorem ipſius iudicis committentis, quia ipſe excedere videtur. Si verò ipſe merus executor ſit ille, qui excedit contra vel præter tenorem ſuæ commiſſionis : Et tunc cùm in mandato non ſit defectus, ſed in nuncio exequente, appellabitur ad ipſum committentem, iſta fuit do-

ctrina Bart. in d.l. ab executore. colum. 1. verſicu. quæro pone. quem ſequuntur Canoniſt. in d.c. quod ad conſultationem. & Alexand. & Modern. in l. à diuo Pio. §. 1. ad finem. ff. de re iudicata. Idem dicentes in caſu. verſic. 7. ſi iudex. infrà eod. videlicet, quando vnus iudex ſuper executione ſententiæ per eum latæ requirit alium iudicem, & ab ipſa executione appelletur, quia exceditur modus, vt videlicet ſi iudex requirens requirendo ſpecificè grauet, & excedat, & tunc appelletur ad ſuperiorem requirentis, ſi verò ipſe requiſitus grauet excedendo, appelletur ad eius ſuperiorem, vt per Alex. & Iaſ. in d. §. 1. colum. fi. Anto. de Tremo.

54 q *Fuerit ſupplicatum* Iſtud ſanè intelligas, quando † eſſet ſupplicatum infra decem dies, quoniam tunc impeditur executor ſententiæ, niſi victor præſtet idoneam cautionem, qua mediante & præſtita ſit executio. Secùs ſi ſupplicaretur poſt decem dies, quia tunc indiſtinctè non impeditur executio, ſecundum verum intellectum illius Authen. quem ponit ibi gloſſ. in verſicu. retractationis. & ſequitur ibi Iaſ. Et ſic habes duas differentias inter ſupplicationem & appella-
55 tionem: videlicet † quod ſupplicari poteſt etiam poſt decem dies, non tamen habet effectum conſequendæ cautionis. Sed appellari poteſt ſolum infra decem dies, Authen. hodie. C. de appella. Secunda, quia appellatio impedit executionem, vt dixi ſuprà eod. verſic. 1. Supplicatio non niſi ſecundum formam hic traditam. videlicet, quando victor non ſatiſdat. Tertia differentia erit, quia appellatio deuoluit ad ſuperiorem. Sed ſupplicatio ad eundem. Quarta, quia bis appellari poteſt, quandoque etiam tertiò. C. ne lic. ter. prouo. Sed non ſupplicatur niſi bis, dicta Authentica quæ ſupplicatio. Quinta, quia à ſententijs præfectorum prætorio non poteſt appellari, ſed ſupplicari, l. vna. C. de ſenten. præfect. præto. quas differentias ponit etiam Iaſ. in l. ſi quis. C. de preci. imper. offe. Anto. de Tremo.

r *Si delegatus &c.* Iſtam eandem literam ponit Spec. in tit. de execu. ſenten. §. poſtremo. verſi. 5. & dicit ibi Ioan. And. in additio. quod quidā habent non à Papa, ſed ipſe ſubdit, quod debet eſſe ſiue non, & quod noſter Hubertus de Bonacurſo potuit, ſiue non. Et ſi dicas, quod idem author tenet contrarium in tit. 1. verſic. remanebit. per duo iura quæ allegat, poſſes dicere, quod iſtud procedit iure ciuili, & ibi dicit iure canonico.

nonico. Sed cùm ſola iura canonica in hoc apertè diſponant de delegato Papæ, dicerem pro ſaluando authore à contrarietate, quòd hic debeat eſſe litera à Principe non à Papa. Ita quod velit conſtituere differentiam inter delegatum Papæ, & delegatum Principis: & delegatum Principis poſſe exequi de iure cano. non autem iure ciuili, próut expreſsè vult in d. verſicu. remanebit. Sed, vt ibi dixi, communiter tenetur contrarium, quòd imò † vtroque iure delegatus Principis poteſt ſuam ſententiam exequi. 56

Quid autem † in eius ſubdelegato: dic quod licèt Bar. in d. 57 l. à diuo Pio. in princ. colum. 3. verſic. quæro quādo videtur. velit idem in ſubdelegato delegati à Principe, quod in ipſo delegato, videlicet, vt poſſit exequi, tamen Alexand. de Imol. ibi. in 2. colum. & Iaſ. in 6. poſt Specul. in titu. de exec. ſen. §. nunc dicendum. in princip. & poſt Imol. in c. in literis. & in c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. delega. tenent expreſsè contrarium, ea ratione: quia priuilegia conceſſa delegato Principis non tranſeunt in eius ſubdelegatum. c. ſuper quæſtionum articulis. §. nos autem. & §. ſi verò. de offic. delega.

De delegato autem inferioris à Principe, concluſiuè dicas, quod iure ciuili delegatus inferioris à Principe non poteſt exequi cum hoc ſpectet ad delegantem, d. l. à diuo Pio. in principio ſaltem per miſſionem in poſſeſſionem, quæ eſt mixti imperij, l. iubere. ff. de iuriſdict. omni. iudic. & ea quæ † ſunt mixti imperij, non expediuntur per delegatos, l. 1. in 58 princip. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. Item nec mulctando, quia delegatis mulcta eſt interdicta. l. 2. §. fina. ff. de iudi. Bart. in l. ſi quæ pœna. ff. de verbo. ſignific. per eundem Bart. & alios in l. vna. in princip. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Sed de iure cano. quo ea, quæ ſunt meri & mixti imperij benè delegantur, vt notatur in c. quod ſedes. gloſſ. magna. de offic. ordi. & in Clemen. vna. de offic. deleg. & eſt text. in c. in archiepiſcopatu. de rap. delegatus inferioris benè poterit exequi, vt voluit gloſſ. in c. quiſquis. 2. q. 6. probatur per text. in c. cùm veniſſent. de eo qui mit. in poſſe. quem ad hoc allegat Innoc. in c. dilecto. de verbo. ſignifi. vbi hoc tenet. & iſta eſt communis & verior opinio cano. ſecundum Alexand. vbi ſup. col. 4. tenendo tamen quod ſup. dictū eſt. de quo vide cano. in c. ſi quis contra. de foro compe. & in d. Cle. vna. vbi

Imo. & Card. Flo. in d. c. in archiepiſcopatu. Anto. de Tre.

Materia von Hilfsbriefen.

ſ *Extra ſuum territorium conſtitutis* Cùm enim extra ſuum territorium iusdicenti non pareatur impunè, habet neceſſe iudex, qui ſententiam tulit per ſuas literas requirere iudicem alterius territorij, vbi venit fienda executio, vt ſuam exequatur ſententiã, l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudic. & voluit gloſſ. nota. ad quam quotidie recurritur ſecundum Paul. de Caſtr. ibi. in l. cùm quædam. §. fin. ff. de iuriſdicti. omni. iudi. & gloſſ. in l. ex cauſa. in verſicu. ex cauſa. ff. ſi quis in ius voca. non ie. quæ loquitur in mulctando per iudicem alterius territorij: quoniam ſententia mulctæ non poterit exequi niſi per iudicem ſuum ad literas iudicis mulctãdis, quam glo. Bald. dixit menti fixè tenendam. in c. ſignificaſti. de offic. deleg. illam tamen limitat ibidem Bart. & eum ſequuntur Angel. Fulgoſi. & Iaſ. quando ipſe mulctatus non haberet bona in territorio mulctantis, nec ibi reperiretur: quoniam ſi haberet bona, vel ibi reperiretur, ipſe poſſet exequi ſecundum eos, nec teneretur tunc ſcribere, nec poſſet per ſuperiorem cogi, ſecundum Imo. Paul. de Caſtr. Alexan. & Iaſ. ita ſaluantes Bartol. contra Angel. in d. l. à diuo Pio. §. 1. & hoc ſatis ſentit gloſſ. in dicta l. cùm quædam. §. fina. Sed

59 pulchra & neceſſaria eſt dubitatio, vtrùm † iudex territorij, in quo venit fienda executio, & bona condemnati ſunt ſita, poſſit exequi ſententiam per iudicem alterius territorij latam abſque literis requiſitorijs iudicis ſententiantis. Modern. in d. l. cùm quædam. §. fina. ponderant duas gloſſ. præallegatas, vnam ibi. & alteram. in d. l. ex cauſa. volentes, quòd iudex non habet ſe intromittere de executione ſententiæ per alterum latæ, niſi ad literas iudicis ſententiantis, ſed de hoc eſt text. melior de corpore iuris ſecundum Paul. ibi. in l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. quem ad hoc ibi notant Angel. & Iaſon. in ſecundo nota. & eſt text. in c. Romana. §. contrahentes. de for. competen. libr. 6. per quæ duo iura ita tenent Barto. & alij ſignanter Paul. Alexand. & Iaſ. in d. l. à diuo Pio. §. 1. & Dd. omnes in dicta l. cùm quædam. §. fina. vbi Cyn. & Bald. referunt Florentiæ fuiſſe obtentum, quod talis executio ſine literis iudicis ſententiantis facta eſſet nulla. Iſtud tamen limitatur ex mente eorundem Docto. quando imploraretur officium iudicis

pro executione ſententiæ per alium latæ. Secùs ſi intentaretur actio in factum ſeu iudicati, quæ poteſt vbique exerceri, vbi reus ſortitur forum, ſecundum Barto. & omnes. in dicta l. à diuo Pio. §. 1. & Paul. & Iaſon. in d. §. ſin autem reus. & licèt Dd. ibi laborent in ratione differentiæ aſſignanda, tamen plana ratio eſt, ſecundum Iaſo. ibi column. 2. in fin. quod actio eſt ius reſidens in parte perſequendi in iudicio, quod ſibi ab aduerſario debetur, meritò vbicunque reperio debitorem, poſſum illud ius deducere in iudicium coram quocunque iudice competenti debitoris abſque literis alterius iudicis, l. final. ad fin. C. de præſcriptio. long. tempo. Sed officium iudicis eſt ius reſidens in ipſo iudice, & ius faciendi ea, quæ ſibi incumbunt ex ipſo officio, vt per Bartol. & alios. in l. 1. ff. de iuriſdictio. omni. iudic. Ideò meritò illud ius reſidens in iudice, qui ſententiauit, non debet poſſe intentari coram alio iudice, niſi cum ſuis literis. Aduerte tamen, quòd etiam vbi agitur † actione in factum, non eſt neceſſe dare libellum, ſed proceditur ſummariè, nec ſeruatur ordo iudiciarius, vt tenent Imol. Rapha. Cuma. Alex. & Iaſ. poſt gloſſ. per eos ibi allegatos. in l. intra dies. contra Bartol. ibi. ff. de re iudicata. licèt opin. Barto. ſit communis & in practica tenenda, ſecundum Imo. & Raph. ibi. Sed ſolum habebit agens actione in factum docere fuiſſe pro eo latam ſententiam, ſecundum Alexand. in d. à diuo. §. 1. colum. 4. per l. ſi ſi prætor. in princip. ff. de iudic. & l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. 60

Secundò ſuccedat alia quæſtio, vtrùm ille † iudex in cuius territorio venit fienda executio requiſitus per iudicem ſententiantem teneatur ad illius requiſitionē exequi, Barto. in dicto. §. 1. colum. final. verſicul. ſed quæro. cum quo omnes ibi tranſeunt, dicit notabiliter, quod ſic: & ſi requiſitus recuſet poterit per ſuperiorem cogi, & nihilominus tenebitur parti ad intereſſe per iura quæ allegat & ſequitur etiam Antonius de Butri. in c. poſtulaſti. de foro competen. Quod procedit nedum in iudicibus eiuſdem fori, verùm etiam in iudicibus diuerſi fori. putà in epiſcopo, qui tenetur exequi ſententiam latam à iudice ſeculari, & econtrà, ſecundum Bald. in c. 1. col. 3. & in c. eccleſia S. Mariæ. col. 2. de conſti. & eundem Bal. in c. licet vndique. de offi. deleg. vbi voluit in vlt. col. quod epiſcopus tenetur obedire lite- 61

ris poteſtatis ei ſcribentis, quia hoc facit auctoritate legis, & allegat gl. ſingularem in l. ex ea, gl. fi. in fi. ff. de poſtu. & Bal. ſequitur Iaſ. in d. §. ſinautem reus. dicens tenendum cordi, quia multi crederent oppoſitum : & idem Iaſ. in d. l. à diuo.
62 §. 1. col. 4. Eſt tamen verum, quod epiſcopus † tenetur exequi non obediendo præcepto arctatiuo ipſius poteſtatis, ſed patrocinando fouere debet iuriſdictionem temporalem in licitis & honeſtis, iuxta. c. 2. de excep. lib. 6. ſecundum Bal. in c. 1. de offi. or. ita limitantem dictum Inno. ibi, qui dicebat quod ſecularis poteſtas nō poteſt mandare epiſcopo, vt eum iuuet in executione fienda de ſententia per eum lata, ſed econtra ſic dicit Bald. quod eſt verum de præcepto arctatiuo, ac ſi dicat, quod non tenetur præceptis arctatiuis obedire tanquā inferior, ſed requiſitus in iuris ſubſidium tamq̃ maior vel par in iuriſdictione, debet coadiuuare ilius iuriſdictionem. Præmiſſa tamen, quod iudex territorij, in quo venit fienda executio, teneatur exequi ad literas iudicis ſententiantis, limita primò quando ipſa ſententia meretur executionem de
63 iure communi, ſecùs ſi ex ſtatuto municipali. quia † iura municipalia vnius territorij alter iudex in exequendo ſequi non debet, ſecundum Bald. in l. vna. in fin. ver. C. de confeſſ. qui ad hoc allegat. l. miſſi opinatores. de exacto. tribu. lib. 10. C. & dicit menti tenendum. & hanc deciſionem Bald. dicunt ſingularem, & eam ſequuntur Alexand. & Iaſ. in dicto §. ſin autem reus. dicit eſſe dictum nouum Bald. Ad quod bene facit, quod voluit Bart. & alij ſequuntur in l. cunctos populos. in 1. quæſtio. C. de ſumma Trini. & fid. Catho. quod in executiuis attendimus leges & ſtatuta illius loci, in quo fit executio. Ex quibus Iaſon in d. §. 1. colum. 4. impugnat quandam deciſionem Raph. Cuma. vt per eum alias duas limitationes ponit Alexand. in d. §. 1. verum ; quia eas impugnat, & cum eo ibi tranſit Iaſ. ideo non refero. Anto. de Tremo.
64 t *Controuerſia moueatur.* Dic quod ſi condemnatus † habeat alia pignora, ſuper quibus non moueatur controuerſia illa debēt capi & illa ſup̱ quibus mouetur cōtrouerſia, debēt dimitti: et eo caſu propriè nō dicitur impediri executio, licèt impediatur in illa re. Ita loq̇tur §. ſed et illud. Sed ſi condēna-
65 tus † nō habeat alia bona, niſi illa, ſup̱ quib⁹ mouetur cōtrouerſia p̱ tertiū, & tertius ille ſummariè doceat de proprietate
certè

certè ſuperſedetur, & impedietur executio, per tex. ſingulariſſimum ſecundum Raph. Cum. ibi in d. §. ſi ſuper rebus. Et nedum ſi moueat controuerſiam de proprietate, verumetiã ſi de ſola poſſeſſione: quoniam etiam ratione ſolius poſſeſſionis, quam ille tertius contradictor habet, poteſt impedire executionem ſententiæ in re illa. Iſta eſt gloſſ. not. cum qua Dd. communiter tranſeunt in d. §. ſi ſuper rebus. gloſſ. 1. pro qua Bart. ibi allegat tex. in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. Et iſtud tenet etiam Alex. in l. ſi marito. in prin. in 2. colum. ff. ſolut. matrimon. & Panorm. in c. cùm ſuper. ad fin. de re
iudicata. Secùs † tamen vbi tertius prætenderet ſolùm ius pi- 66
gnoris in re, in qua fieret executio: quia ratione illius iuris non impediretur executio: ſed vendetur res, & de precio ſatisfiet ipſi creditori, & reſiduum conuertetur in cauſam iudicati: vt dicit tex. in d. §. ſed & illud. Item intellige præmiſſa, quando ille textus ſe opponeret ante executionem perfectam: id eſt, ante venditionem rei, vel adiudicationem. Secùs enim ſi poſt: quia tunc nõ haberet locum ſummaria cognitio, de qua in d. §. ſi ſuper. ſed haberet neceſſe ille tertius iuris ordine ſeruato rem vendicare: nec tunc ſe intromitteret executoriam functus officio ſuo, vt eſt tex. in d. l. à diuo Pio. §. ſi poſt adiectum. per quem Bar. in l. iuſtè poſſidet. col.
1. de acquirend. poſſeſſ. dicebat no. quòd ſi creditor † Titij 67
miſſus eſt in poſſeſſionem rerum tertij, tanquàm eſſet ipſius Titij, valet miſſio ex primo decreto: ſed poterit per tertium reuocari, ſi ſummariè doceat de iure ſuo. Sed poſt ſecũdi decreti interpoſitionem non audietur, niſi ordinariè dato libello, & iuris ordine ſeruato. Aduerte autem, quod huiuſmodi ſummaria cognitio attenditur non ſolum circa telam iudicij, vt procedatur ſine libello: ſiue litiſcon. & alijs, quæ ſunt de ordine iudiciario, de quibus in l. prolatam. C. de ſen. & inter. omn. iud. quæ de neceſſitate non requiruntur in executione ſententiæ, ſaltim ſi fiat officio iudicis, vt per Bart. in l. intra dies. ff. de re iudic. & Bar. Bald. & alios in l. 2. C. de execu. rei iudica. de quo aliquid dixi ſuprà proxima addit. verum etiam circa probationes, vt ſufficiat ſemiplena: & ſic per vnum teſtem, cùm non agatur de pleno præiudicio, l. 1. §. cauſæ cognitio. ff. de Car. edict. Bar. & alij in d. §. ſi ſuper rebus. cum concor. traditis per Alex. ibi. Quod autem agatur de non pleno præiudicio patet illo tex. vbi ſententia lata

ſuper illa ſummaria cognitione non impedit quo minus agi poſſit poſtmodum via ordinaria, ſiue fuerit iudicatum pro tertio contradictore, ſiue contra illum, vt ibi declarant Dd. Præmiſſa autem procedunt, vbi executio ſententiæ fit ſuper rebus non petitis, putà eſt actum actione perſonali, quo caſu tertius impedit executionem docendo ſummariè de iure ſuo. Sed quid ſi eſſet actum actione reali, & ſequuta condemnatoria contra Reum, eſſet fienda executio in re petita & adiudicata. dicam infrà, eod. tit. verſ. idem dici poteſt. Ant. de Trem.

v *Fecerit ceſſionem* Vides ergò, quod debitor incarceratus liberatur cedendo bonis. Et ſi nondum fuerit incarceratus, ſed formidet incarcerari cedendo bonis impediet, ne in-
68 carceretur: quoniam † ceſſio bonorum impedit vlteriorem executionem, l. 1. C. qui bonis cede. poſ. ſiue ante ſententiam fiat ſiue poſt, vt in d. l. 1. vbi Bar. Et licèt gloſſ. quæ alibi non reperitur in iure. in l. vbicunque. gloſſ. 1. circa medium. ff. de fideiuſſor. quam non reperiri alibi teſtatur Nico. de Neapo. in §. fi. Inſt. de actio. voluerit, quòd cedens bonis liberetur ipſo iure ab obligatione ciuili, remanente ſola naturali, quam gloſſ. ibi ſequitur Dy. & Ray. de for. in d. l. 1. licet etiam glo. in l. hæres à debitore. §. quod ſi ſtipulator, in verſ. perimit. ff. de fideiuſ. voluerit per ceſſionem cedentem ab vtraque & ciuili & naturali liberari: Attamen Dd. communiter tenent contrarium, & eſt veritas, quod cedens bonis à neutra liberatur obligatione: Sed ex ceſſione paratur ſibi tantummodò exceptio: vt voluit glo. & ibi Bar. in l. qui bonis. ff. de ceſ. bo. & idem Bar. in l. 3. per illum text. C. de bonis autho. iud. poſ. & Bar. Ang. Imo. & Rap. Cu. in d. l. vbicunq;. & Cyn. in 9. q. Bar. Bal. & Saly. in d. l. 1. C. qui bo. cede. poſ. vbi eſt text. formalis, quòd cedentes non ſint liberati: hoc etiam probant omnia iura dicentia cedentem poſſe exigi, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam. quod verbum exigere ſonat vtranque obligationem ſubſiſtere. & hoc etiam tenent Io. Fa. Io. de Pla. Ang. Are. & Iaſ. in d. §. fin. Paratur ergò ſolùm cedenti exceptio contra executionem ſententiæ, ne poſſit detrudi in carcerem: vel ſi fuerit intruſus, vt liberetur: vt his item ſecundo ne conueniatur & exigatur in bonis poſt ceſſionem quæſitis, niſi inquantum facere poteſt, deducto ne egeat, d. l. qui bonis. & l. ſequent. ff. de ceſ. bon. vt dixi ſuprà, titul. proxim.

proxim.in princip.in verſic.& cæteri.colum.fin. Quod intellige ſanè, † niſi bona ſua in fraudem alienaſſet, quo caſu 69
in poſteà quæſitis propter eius fraudem tenetur in ſolidum: vbi aliàs non poſſet exigi, niſi inquantum facere poſſet. iſte eſt text. ſingul. in l. final. §. final. ſecundum vnam lecturam. ff. de his quæ in fraud. credi. quem dicit ad hoc ſingularem Iaſ.in d.§.final.Inſti.de acti.& ita tenent Nicol. de Neapo.ibi poſt Cyn.in d.l.1.& Paulum de Caſtr.in l.etiam.§.1.ff.ſolut. matrimon. Secundò intellige quóad creditores antiquos ante ceſſionem: quia quóad poſteriores poſt ceſſionem ſortitos, etiam vbi in fraudem non alienaſſet, tenetur inſolidum: ita ſingulariter limitat Io.Fab.quem ibi ſequuntur Ioan.de Pla.Ange.Areti. & Iaſ.in d.§.fin.per tex.à contrario ſenſu,in l.3.C.de bo.autho.iudi.poſſi.Sunt tamen aliqua bona ab eo, qui ceſſit bonis quæſita poſt ceſſionem, in quibus non debet fieri executio, putà libri ſcholaris, clerici breuiarium,& militum arma.vbi dicit Bald.in rubri.C. qui bonis cede.poſſunt.per gloſſ.ſingularem reputatam in l.nepos Proculo.de verbor.ſignific.ff.& ſequuntur Angel.Aret.& Iaſ.in d.§.fi.Inſt.de act. Veruntamē quia hęc ceſſionis bonorum materia eſt frequēs poſt ſcribent.in d.l.1.& in d.§.fi.
& in c.Odoardus.de ſolut.ponam hic aliquos † caſus,in quibus non admittitur ceſſio. Primus,vbi eſſet debitor ex delicto: vt dixi in d.tit.proximè præcedenti.in princip. in verſi. cæteri.colum.1.Secundus,quando in fraudem alienaſſet bona ſua, ita quod non poſſent reperiri: quia poterit incarcerari, nec liberabitur cedendo bonis, per text.ſingularem ſecundum aliam lecturam à Bartol. ibi approbatam, in d.l. final.ff.de his quæ in fraud.credi. & idem tenent Bartol.& omnes in l.alia.§.eleganter.ff.ſolut.matrim.& Bald.in d.l.1.& illum textum ad hoc dixit ſingularem in l. is qui bonis. ff.de ceſ.bon.quem refert & ſequitur Alex. de Imol. in d.§. eleganter.col.5.in fin.& idem per illum text.voluit Paul.de Caſt.in ea.l.alia.§.1.aliàs eſt.l.etiam declarans non procedere,quando alienata eſſent immobilia,quæ apparerent: quia propter alienationem illorum in fraudem factam non priuaretur beneficio ceſſionis bonorum: ſed creditoribus agendum eſſet actione reuocatoria contra poſſidētes, ſecundum Dy.in §.in fraudem.Inſt.de actio.& Pau.de Caſt.& ſequitur Alex.in d.§.eleganter.

Tertius

3 Tertius erit, quando debitor eſt ſoluendo: quia ille, qui habet vndè plenariè ſatisfaciet creditoribus, non poteſt bonis cedere: ita tenet Bald. in d. l. 1. colum. 2. verſicul. quæro nunquid ille: & eſt ratio ſecundum eum, quia ad incarcerationem de iure communi perueniri non poteſt, niſi prius excuſſus bonis: próut voluit gloſſ. in l. 3. §. tutores qui. ff. de ſuſpect. tuto. quam ſequitur Bart. & Bald. in d. l. 1. & eam dicit ſingularem Paul. de Caſtr. in d. §. eleganter. & eam dicunt reputari ſingularem Imo. Alexan. & moder. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Si ergò habet bona, ſuperuacua eſſet ceſſio, cùm incarcerari non poſſit: & cùm Bal. tenēt Nico. de Neapo. & Iaſ. in d. §. fi. licèt Cy. in d. l. 1. tenuerit contrarium.

4. Quartus caſus erit, quando creditores non inſtarent, ſed iuri incarcerandi renuntiarent: quia hoc miſerabile beneficium & ſubſidiarium non debet concedi, niſi propter neceſſitatem: & ſic ſpontè cedens non debet admitti: quia ceſſat ratio carceris euitandi, ergò ceſſabit beneficium: ita Bal. in d. l. 1. colum. 3. verſi. quæro ſi creditores. dicens, quod tali caſu debitor próut dictum lucrabitur, tenebitur ſoluere creditoribus, non attento ne egeat. Iſtud idem tenet Ioan. Fab. & Iaſ. in d. §. fin. de actio. Inſti. quod tamen dicit Bald. non attendi, ne egeat, intellige ſaluo ſibi neceſſario victu diurno, qui non poteſt laborantibus ſubtrahi, ſecundum eum ibi. 5. colum. fina. Quintus erit, quando ſpe ceſſionis contraxiſſet, audacior factus ad contrahendum: quia cedere non poterit, argumen. tex. in l. 1. §. & quæ ibi Bar. notat de præfecto vrbis Romanæ. & de delinquente. ff. ſi quis teſta. liber. eſſe iuſ. fue. & tenent expreſsè Ioan. de Pla. & Iaſ. de May. in d. §. fin. poſt 6. Dyn. in regul. peccatum. lib. 6. Sextus quando tempore, quo contraxit ſciebat ſe non eſſe ſoluendo: quia cedere non poterit, ſecundum Bar. no. in d. l. alia. §. eleganter. in vltim. verſicul. & ibi omnes ſequūtur, excepto Raph. vt ibi dicit Alex. per tex. in l. pen. ff. de iur. do. quem dicit ſingularem Paul. de Caſt. in l. etiam. §. 1. ff. ſolu. matrim. dicens procedere, quando dolus debitoris interueniſſet, aſſerēdo ſe idoneum facultatibus, aliàs ſecùs: & Paul. ſequitur Alexand. in d. §. eleganter, colum. 6.

7. Septimus, quando volens cedere debitum nō agnoſceret: quia tunc demùm admittitur ad cedendum, qui debitū agnoſcit,

agnoſcit, tex. eſt in l. pen. vbi Bar. ff. de ceſ. bo. & gloſſ. Bal. & cæteri in d. l. 1. C. eod. dicentes, idem eſſe in eo qui non confitetur, nec negat, cùm habeat pro negante. & idem dicunt ſcriben. in d. §. fin. ſignanter Ange. Are. etiam ponit, an priuetur beneficio ceſſionis, qui primo negauit debitũ: & poſtmodum fuit conuentus: de quo etiam latius per Bal. & Saly. in d. l. 1. & per cano. in d. c. Odoardus. & aliquid dicetur paulò poſt.

Octauus, quando bona non indicaret, ſed aliqua ex illis occultaret: quia perdit cedendi beneficium, gloſſ. & Bartol. in d. l. pen. ff. de ceſ. bon. & gloſſ. Bald. & cæteri, in d. l. 1. pro qua Bald. adducit tex. in l. 2. C. quando & qui. quar. par. debe. quoniam ſecundum eum ſubtrahens ſimilis eſt negandi, l. hæreditarium. §. final. ff. ad l. Falcid. & tenent Ang. & Iaſ. in d §. fin. 8.

Nonus, quandò teneretur ad factum, ad quod poſſet preciſè cogi, iuxta l. ſtipulationes non diuiduntur. in princ. ff. de verb. oblig. quia talis debitor non admittitur ad cedendum. ita Bartol. expreſſe in l. 1. ff. de ceſ. bon. & Cyn. Guil. de Cu. Ray. Bal. & alij in d. l. 1. C. eod. Ioan. Fab. Io. de Pla. Ang. & Iaſ. in d. §. fi. intellige tamen, quando debitor facti haberet facultatem faciẽdi, aliàs propter impoſſibilitatem locus eſſet ceſſioni, ſecundum Bald. vbi ſuprà. & Io. Fab. & Iaſ. in d. § final. 9.

Decimus, quando acceptauit inducias quinquennales: quia amplius cedere non poterit, glo. & Dd. in l. fi. C. qui bo. ced. poſ. & Ang. Are. in d. §. fi. col. 5. 10.

Vndecimus, quando cederet, vt euitaret munera publica, ſiue ne muneribus fungeretur publicis, vel ne ſolueret collectas: quia hoc non poteſt, vt eſt tex. quem ibi expreſſè notat Bal. & dicit menti tenendum in l. propter honore. C. qui b. ced. poſ. & ſequitur Iaſ. in d. §. fi. 11.

Duodecimum ponebat Lud. Rom. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matrimon. & in ſuo ſingulari. 211. incip. deportatus, videlicet quando quis fuiſſet deportatus bonis confiſcatis: & poſtmodum reſtitutus ad ciuitatem & bona: quia tenebitur creditoribus prioribus abſque beneficio ceſſionis bonorum, per tex. in l. 2. in fi. ff. de ſen. paſ. & illum tex. Rom. in d. ſingulari dicit vnicum & ſingularem in mũdo: & ſimpliciter ſequitur Iaſ. in d. §. final. allegando tamen corruptè 12.

l.3.C.eod.titul.Sed Alexand. de Imol.in d.§.eleganter.colu. 6.quem benè poterat vidiſſe Iaſ. tenet nota. contrarium: nec ille textus aliquid probat, próut aliàs ſuo loco latius dicam.

15 Vltimus caſus erit ſi cum iuramento renuntiatum fuerit ceſſioni bonorum: quoniam licèt altercatio exiſtat inter ſcribentes, vtrùm † pactum de non cedendo valeat, vt per Cyn.
71 Bald. & Salyc. latè in d.l.1. & per Dyn. & cæteros in d. l.alia. §.eleganter.ſignanter per Alexand. qui reprobat opiniones Dyn. Bartol. & ſequacium tenentium non póſſe renuntiari ceſſioni bonorum reprobata etiam in diſtinctione Bald. in d.l.1.permulta tenet indiſtinctè cum Petr. & Iacob.de Aret. quod valeat pactum de non cedendo etiam ad effectum carcerandi debitorem, próut etiam tenuit Pano.in c.fi.in fi.de pact. Attamen ego habeo pro indubitato, quòd vbi iuramentum interuenit, ſit tale pactum ſeruandum, per c. cùm contingat.de iureiurand. & c. licet.eod.titul.libr.6. cum ſimilibus. & voluit Fede.de Sen.conſil.60.incipien. quod pactum. limitans notabilitèr, niſi eſſet notoria & manifeſta mendicitas & fames: quo caſu iuramentum eſſet contra ius naturale. & Fede.referunt & ſequuntur Panorm.in d.c. fin. & Alexand.in d.§.eleganter.colum. 4. de quo etiam per Felyn.in c.ſi diligenti.poſt princip.verſicul.quarto correlarie. de for.competen. Extra caſus prædictos dic, quòd † quilibet regulariter admittitur ad cedendum ſiue ſit paterfamil.
72 ſiue filiusfamil.ſiue maſculus ſiue fœmina.l.penult. C. qui bonis cede.poſ.etiam minor ad petitionem creditorum, & cum decreto iudicis: cùm ſit alienatio vniuerſorum, ſecundum Bald.in d.l.fina.colum.fin. licèt incarcerari non poſſit de iure communi ſecundum Ang. Aret.in d.§.fin. colum. 1. ſiue etiam ſit debitor priuati, ſiue fiſci, non tamen ex delicto. eſt text.in §.item ſi quis ex ſocijs. Inſtitut. de ſocie.de quo tamen dic, vt per Bald. & Salyc. in d.l.1. & Dd. in d.§. final.Siue ſit priuatus, ſiue eccleſia : quia etiam eccleſia poteſt cedere bonis, vt eſt textus peregrinus & ſingularis in Authentic.vt deter.ſit nume.Cle.§.cum vero Deo amabiles.colla 1.quem ad hoc dicit peregrinum & ſingularem, Iaſ. in d. §.final.Inſtitut.de action. Et eadem ratione ſecundum Angel. & eundem Iaſ. ibi idem erit dicendum in alia vniuerſitate, vel collegio, putà ſcholarium, vel pellipariorum. Et

ſiue

ſiue à principio fuerit confeſſus debitum, ſiue negauerit, & conuictus poſtmodum confiteatur; ſecundum Bald. & Sal yc. in d. l. 1. per text. in d. l. penultimi. ff. de cel. i o-n or. licet aliter dicat Angel. Aretin. in d. §. final. vnum etiam non omitto, quod Angel. ibidem in final. verbis dicit perpetuo menti tenendum, quod ſi debitor † fuerit incarceratus. & non habeat vnde ſe alat, quod creditor, ad cuius inſtantiam eſt incarceratus, debet ei præbere alimenta: alias iudex poterit eum relaxare, per gloſſ. ſecundum eum ſingularem, in l. fina. in verſi. agnoſcere, C. de ero. mili. anno. lib. 12. quam dicit non eſſe alibi Bartol. ſi eius ſit lectura, in l. ſanctum. ff. de re. diui. de qua etiam gl. vide per Iaſ. in l. ſi victū: ff. de re iudic.

x *In l. Aquilia ſi delectum* Quæ lex eſt ſingulariſſima ſecundum Bartol. ibi: & licèt habeat varias lecturas tamen ſecundum Bartol. & Bald. ibi iſta quam auctor iſte ſentit eſt verior: videlicèt quod delens chyrographum debiti conditionalis illius tenore plenè per teſtes probato poteſt condemnari ad ſolutionem debiti ſub eadem conditione; ſed ſententiæ executio differtur vſque in diem exiſtentis cōditionis: & ſi defecerit conditio euaneſcit ſententia. Ant. de Trem.

y *Pœna contumaciæ.* Bartol. in §. condemnatio. hic allegato tollens contrarium, de d. l. in l. Aquilia. dicit quod ibi tenebatur ex culpa: ideò differtur executio: hic verò ex proprio: ideò repræſentatur. Adde etiam quod illum textum in d. §. condemnatio. volentem, quod † vbi debitum eſt conditionale, propter contumaciam & delictum tertij ſtatim fiat executio non ſpectata conditione: limitat Ioan. de Imol. poſt Bar. per illum tex. in l. ſi finita. §. fin. ff. de damn. infect. quando debitum erat futurum ex diſpoſitione hominis, ſecùs ſi ex diſpoſitione legis: vt in caſu d. §. final. & dicit Imol. quòd iſta limitatio fortè non inuenitur alibi: & eam dicit ſingularem Alexan. in addi. ad Bartol. in d. §. condemnatio. qui addunt aliam limitationem, vt per eos. Antonius de Tremolis. 74

z *Argumentum ſume.* Ideò dicit argum. ſume, quia non ponit caſum illarum. li. vt notat Ioannes Andr. in addit. ad Specul. in titul. de execu. ſentent. §. poſtremò, verſic. [illegible] mo. vbi Specul. poſuit iſtum verſ. & eſt [illegible] alias au[illegible]

dicere

dicere, poſtquàm fullo condemnatus ad æſtimationem rei, quam amiſerat, ſi ſoluat: & poſtmodum dominus rem reperiat, poteſt condicere pretium æſtimationis, vt habetur in d. l. ſi fullo. quæ ſecundum Bartol. ibi eſt multum not. Ita & multo fortius, ſi ante executionem ſententiæ ſeu condemnationis æſtimationis, dominus rem reperiat, & habeat, impedietur executio. & idem dicas in commodatario. Quibus
75 ex mente Doctorum ibi tres † actiones competunt: prima vtilis rei vendicatio contra quemcunque illius rei, pro qua soluerunt, æſtimationem poſſeſſorem: quia ſoluendo rei æſtimationem videtur illam emiſſe, per l. ſi culpa. ff. de rei vendica. Et ideò tanquàm dominus vindicabit, licet habuerit cauſam à domino, ſecundùm Rapha. Fulg. Pau. & Iaſ. in fin. in d. l. ſi fullo. contra glo. Bar. & Alber. ibi: & quod competat vtilis rei vendicatio, tenuit Bart. ſibi contrarius in d. l. in commodato. §. fin. ibi item eſt rei vendicatio. ff. commo. Secunda eſt conditio ſine cauſa, de qua in d. l. ſi fullo. quæ competit ad pretium æſtimationis repetendum præciſè. nō quod ad repetendum ſolutum in vim ſententię detur aliqua condictio nec indebiti nec ſine cauſa, quando condictio tenderet ad directo impugnandum ſententiam de iniquitate, l. 1. C. de condict. inde. & l. eleganter. §. final. vbi gloſſ. & Bart. ff. eod. Sed ex eo quia cauſa quæ ſuberat tempore ſententiæ eſt redacta ad non cauſam, ſecundum Bar. & Dd. in d. l. ſi fullo. & in d. l. 1. & alibi ſæpè. Tertia eſt actio ex eo contractu contraria ad alterum duorum, putà ad rem vel ad pretium
76 æſtimationis, de qua in d. l. in commodato. §. fin. & † electio actionum erit ipſius actoris, qui ſoluit. Sed electio ſolutionis, ſecundum Iacob. Burrig. & Bart. ibidem in primis duab9 actionibus ante litem conteſtatam erit ipſius rei, putà locatoris & commodatoris: quia ſi condictione ſine cauſa petatur pretium, liberabitur rem reſtituendo & viceuerſa ſi agatur rei vendicatione ad rem poterit reddere pretium: poſt litem verò conteſtatam amittit illam electionem per, l. 3. in princip. verſicul. & generaliter. ff. de eo quod cer. loco: licet quoad actionem rei vendicationis aliter loquatur: ibi Pau.

C ſtr. in tertia verò actione electio erit rei vſq; ad ſententiam, l. plerunque. ff. de iure dot. & per nota. in l. eum qui certarum. ff. de verborum obligation. Antonius de Tremolis.

Actio

a *Actio iudicati.* Ratio huius eſt, quia præoccupantis melior eſt conditio: vt dicit tex. in d.l.ſi quis à multis. & tex. in l.inter eos.in princip. ff. de re iudic. Sed pulchrum dubium eſt, quando dicatur præoccupaſſe an per ſententiam an per ſolam litiſconteſtationem, non dico in caſu hic poſito per dominum Hubert. quia lex per eum allegata hoc decidit quod per ſententiam. Sed quia alia iura videntur dicere, quod per litiſconteſtationem: ideò ex mente glo. & ſcribentium in d.l.inter eos.& gloſſ. Bar. & aliorum in l.ſi pluribꝰ. de legat. 1. & cano. in c.ſi duo. de procur. lib. 6. & gloſſ. & Dd. in c.capitulum. de reſcriptis. breuiter dic pro nunc, quod vbi agitur de iure quærendo, ad præoccupationem ſufficit litiſconteſtatio: & dicetur præoccupaſſe, vt melioris ſit conditionis, qui primo litem conteſtatus eſt, l. pluribus. in verſicul. quod prior petijt. ff. de procurato. iuncta l. amplius non petitum. ff. rem ra. habe. & gloſſ. ſingularis, l. ſi quis poſteaquã. gloſſ. 1. ff. de pec. & eſt tex. expreſſus de litiſconteſtatione, in d.c.ſi duo. in princip. Quandoque tamen ſufficeret citatio, putà ad præoccupandum exercitium iuriſdictionis, l. ſi quis poſteaquàm. ff. de iudi. c. gratum. de offic. deleg. ſecundum Bartolum & modern. ita limitantes, in d.l.ſi pluribus. Si verò agatur de iure quæſito preferendo, & tunc aut plures agũt ad idem inſolidum ex eadem cauſa, & tunc etiam ſufficit litiſconteſtatio: Si verò plures agunt ad diuerſa & ex diuerſis cauſis, tunc eſt neceſſaria ſententia: & qui primo vicit videtur præoccupaſſe, & melior erit eius conditio, l. ſi quis à multis, hic allegata. Et aduerte benè ad verba huius authoris, qui rectè ſentit, quòd ille dicatur præoccupaſſe, qui primo obtinuit ſententiam, & ei res fuit tradita: & ſic prima ſententia fuit executioni mandata, antequàm ſecundus vinceret. Quoniam ſi vtraque ſententia eſſet iam lata, & ageretur de illarum executione, ille præferretur, qui prior executionem peteret, nec haberetur ratio primę ſententiæ. l. in iudicati. ff. de re iudi. Si autem concurrerent eodem tempore tunc vtrique ſatisfieret pro rata, gloſſ. Bar. & omnes, in d.l. inter eos. in prin. glo. mag. in fi. de quo tamen plenius videto ibi Bar. & modernos limitantes vt per eos. Ant. de Tre.

b *Actione reali* Quoniam ſup. eod. tit. verſic. octauo ſi ſuper. dictum fuit quando tertius impedit executionem ſententiæ fiendam ſuper re non petita & in iudicium non de-

ducta, putà vbi actione perſonali actum fuit: Nunc cùm authore reſtat dicendum, quando tertius † impedit executionem fiendam ſuper re petita & in iudicium deducta. Vnde Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. poſt Inno. in c. cùm ſuper. eod. titul. Et idem Bart. in l. pen. ff. de pet. hęred. & in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Treb. diſtinguit, quod aut res ſuper qua petitur executio fieri, eſt vacâs, & tunc quilibet tertius ſe opponens executioni illam impedit, per l. final. C. de edict. diui Adrian. toll. & c. veniens. in 2. de teſti. Aut res eſt ab aliquo poſſeſſa: & non impeditur executio: ſed vincens poſſeſſori præſtat cautionem de eum defendendo aduerſus tertium, per l. is à quo fundus. hic alleg. Et dicit Cardin. Flo. in d. c. veniens. quod illa verba Innocent. ſunt ſubtilia & aurea, & quod omnes Dd. eum ſequuntur, & quod Bartol. fecit magnum feſtum in d. §. ſi ſuper rebus. & de ratione differentiæ vide vtrobique per Innocen. & Bart. vbi ſuprà. Tu autem ex dictis ſcribentium in c. ſuper. de re iudic. & in d. c. veniens. & in §. ſi ſuper rebus. & in l. ſi alienam rem. ff. ſolut. matrimon. limita primum Bartol membrum, niſi ſe opponens haberet præſumptionem calumnię: quia tunc ſufficeret præſtare cautionem, nec retardaretur executio. Ita tenet Cardin. Flo. in d. c. veniens. in 2. oppoſ. & in Clemen. j. in 4. quæſt. de re iudic. per text. optimum in c. ſuſcitata. vbi etiam Panorm. in 2. column. de in integr. reſti. pro quibus Felin. in d. c. veniens. colum. 4. verſicul. quod autem adducit gloſſ. in c. ſuper eod. in ver. tenebit. & ibi Pano. de offic. deleg. quæ expreſsè hoc vult ſecundum eum, quem latiùs vide, & dixi aliquid. ſupr. eod. titul. verſic. ſecundo ſi in integrum. Secūdo limita quando ille tertius ignorauit litem motam & ſententiā latam: quoniam ſi ſciuiſſet, & pro ſuo intereſſe non comparuiſſet, non audiretur etiam data cautione, per c. quamuis cum ſua materia. de re iudi. & l. ſæpè. ff. eo. ſecundum Anto. de Butr. Pa. & Fely. in d. c. veniens. & tenet Alex. de Imol. in d. §. ſi ſuper rebus. col. poſt Imo. in d. c. cùm ſuper. & in l. à ſententia. in prin. ff. de appel. & dicit Alex. quod hoc dictum tenent communiter Dd. Secundum membrum Bar. amplia procedere etiam in beneficialibus, vt videlicèt tertius ſe opponens executioni ſentētiæ latæ ſuper beneficio, non impediat executionē præſtita cautione victo de eum de defendendo contra tertiū, ſecundum Inno. in d. c.

78

cùm

cùm ſuper. & eundem Inno. Io. And. & Dd. in c. 1. de conceſ. præb. in 6. & Pa. & Fely. colum. 3. in d. c. veniens. & Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus. colum. fin. Limita nunc primo vbi interueniſſet ſcientia ipſius tertij: vt dixi in præcedenti membro. Secundò limita ſecundum Imo. in d. l. à ſententia. in princ. in 5. colum. ff. de appel. quem ſequitur Alexand. in d. §. ſi ſuper rebus colum. 9. verſi. tamen poteſtis. quandò ille victus poſſideret: quia tunc impediet tertius executionem præſtita cautione: ſecùs tamen ſi ille tertius ſe opponens poſſideret: quia audiendus eſſet & impediret executionem, per ea quæ habentur in d. c. cùm ſuper. & in d. §. ſi ſuper rebus. & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro ma. & in l. final. C. ſi per vim vel alio mod. & certè in illis terminis loquitur. d. l. is à quo videlicèt quando non tertius ſed victus poſſidebat. Limita tertiò quando ille tertius opponens ſe executioni egiſſet pendente iudicio eius, qui primo ad ſententiam peruenit, vt tunc ſit neceſſaria præſtatio cautionis, ne iſte ſecũdus habeat neceſsè inchoare nouum iudicium & proceſſum contra vincentẽ, qui vim dictæ cautionis præſtitæ victo tenebitur ſuſcipere iudicium contra tertium ex eadem inſtantia contra priorẽ poſſeſſorem & victum agitata ex mente Bart. in l. pen. ff. de pet. hæred. Si verò ſententia erat iam lata, & in rem iudicatam tranſacta, antequàm iſte tertius ageret, tunc indiſtinctè mandabitur executioni nulla præſtita cautione: cum hoc caſu tertij non interſit, à quo petat. Ita limitant Inno. Ant. de Butrig. Imo & alij in d. c. cùm ſuper. & idem Imol. in d. l. à ſententia. in princip. colum. 5. & Felyn. poſt dom. ſuum in d. c. veniens. colum. 3. verſicul. declara primò. & Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus. licèt Alex. de Imol. aliter dicat in d. l. ſi alienam rem. col. fi. Quartò limita, niſi executione ſententiæ & traditione rei vincenti poſſet ſequi per periculum animarum: quia tunc differtur executio, donec ſecũdus egerit, putà duobus petentibus eandem mulierem in vxorem, ſi alter prius perueniat ad ſententiam, nõ eſt ſententia exequenda etiam præſtita dicta cautione, ſed eſt omninò executio differenda. Iſta eſt ſingularis deciſio Innocen. quem ibi ſequuntur Pan. in rubric. de ſpon. duo. extra. & Felyn. in d. c. veniens. colum. 3. & Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus. colum. final. Et iſta notabis quæ non inuenies per alium ſic collecta. Antonius de Tremolis.

c *Intra quadrimeſtria.* Tu dic, quòd imò iſta facultas dandi ſeruum pro noxa, quæ competit ex diſpoſitione legali, durat etiam poſt quadrimeſtria tempora, vſquequo condemnatus conueniatur iudicati, & quidem vſque ad litiſconteſtationem ſuper actione iudicati, per text. ſingularem, in §. idem rectè. hic alleg. vbi gloſſ. expreſſa Barto. & Dd. & dicit ibi gloſſ. hoc probari illa ſola lege. & idem voluit Bar. & om
79 nes poſt glo. ibi in l. miles. §. decem. ff. de re iudic. Secùs † autem ſi facultas competeret ex diſpoſitione hominis, putà debitori meo in centum dedi facultatem mihi ſoluendi aliud pro dictis centum: certè huiuſmodi facultatem perdit per litiſconteſtationem factam ſuper debito principali, per tex. cui Bartol. ibi neſcit dare concordantem, in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem. in mille. ff. de verb. oblig. quem Pau. ibi dicit ſingularem & non alibi: & hoc ideò quia mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine, l. Celſus. ff. de arbitr. Item aduerte, cùm author dicit, & in æſtimatione damni, quoniam idem eſſet, ſi eſſet condemnatus alternatiuè ad decem, vel ad dandum ſeruũ pro noxa: quia etiã hoc caſu ſola decem ſunt in obligatione, & ſerui datio eſt in ſolutione, ſi condemnatus velit: quia ſententia eſt intelligẽda ſecundum naturam actionis propoſitæ: vt eſt tex. ſolennis ſecundum Iaſ. in d. §. decem. Et ideò non facias vim ſiue fuerit ſimpliciter condemnatus ad decem, ſiue alternatiuè ad decem, vel ſerui deditionem: quia neutro caſu poterit præcisè peti ſeruus: ſed iuxta naturam actionis propoſitæ poterit Reus condemnatus dare ſeruum, vel decem vſque ad litiſcon. ſuper actione iudicati, vel alia, in quam actio iudicati eſſet transfuſa, putà ſuper petitione hæreditatis, vt in d. §. idem rectè. Licèt ſecùs ſit in ſtipulatione alternatiua, quæ intelligitur ſecundum formam verborum: ſententia autem ſecundum naturã cauſæ, vt in d. §. decem. vbi eſt melior tex. de corpore iuris, ſecundum. Rap. Cum. ibi. Ant. de Trem.

d *Contra quem fertur.* Addas tu, vel pro quo fertur: quia etiam multoties annullatur ſententia ratione perſonæ illius, pro qua ſeu in cuius fauorem fertur: vt quia lata pro furioſo, pro mortuo, pro infante, pro abſente non contumaciter, de quibus dices infr. eo. verſ. Ratione perſonę in additione magna.

e *Famoſus.* Hoc tamen caſu non eſt nulla, immò tenet

iudici-

iudicium, ſi non opponatur, vt dixi ſuprà titul. proxim. in verſicul. Idem dico. in addition. in verſicul. incompetente.

f *Generaliter*. In quibus locis de vnoquoq; opportunas fecimus additiones.

g *Contra minorem* Pro minore tamen lata ſententia tenet, vt dicit author iſte ſuprà titul. quibus mod. ſuo nom. ciuil. agen. verſicul. ſimili modo, vbi aliquid dixi: verùm quia iuxta materiæ conformitatem ibi pollicitus fui me hic latiùs dicturum: duo articuli erunt breuiter videndi. Primus, vtrùm ſententia lata contra minorem indefenſum valeat. Secundus an ſaltem pro eo lata. Ad primum itaque dicas, quod † ſententia lata contra minorem ſine authoritate curatoris eſt ipſo iure nulla, per iura hic allegata. Intellige primo etiam ſi curatorem non haberet: quia neceſſariò eſt ei dandus. & ita diſtinctio l. ſi curatorem habēs. C. de in integ. reſtitu. non procedit in iudicijs: vt dixi in d. verſicul. ſimili modo. 80

Secundò intellige nedum in diffinitiua ſententia, verum etiam in interlocutoria, quæ etiam contra minorem lata non tenet, ſecundum Guil. Petr. Cyn. Bartol. Bald. & Paul. in l. 1. C. qui legi. perſon. ſtan. habe. in iudi. quod dicit Pau. perpetuò menti tenendum, per tex. in l. ſi pręſes. C. quomod. & quando iudic. licèt gloſſ. in d. l. 1. teneat contrarium: quam intelligunt præfati Doctores procedere in interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem, de cuius natura eſt, vt proferatur contra abſentem, prout etiam loquuntur iura per quæ d. gloſſ. mouetur. Et quod alia interlocutoria contra miorem lata ſit nulla, tenet etiam Bartol. in d. l. ſi præſes. per illum tex. & in l. cùm & minores C. ſi aduerſ. rem iudic. licet Bald. & Paul. ibi diſtinguunt vtrùm habeat vim diffinitiuæ aut non, ſed prima opinio optimè probatur, in d. l. ſi præſes. in verſicul. quicquid eo tempore ſtatutum eſt. Tertiò intellige etiam in diffinitiua, quæ lata eſt in ſecunda inſtantia, quæ etiam contra minorem indefenſum lata non tenet. licet Barto. contrarium ſenſerit, in l. alienam. C. de procura. quem in hoc ibi reprehendunt Bal. Paul. Alexand. & Iaſ. per tex. in d. l. præſes. quæ plus probat, quod Imo. etiam ſententia deſertionis appellationis, id eſt, per quam pronuntiatur appellationem fuiſſe deſer-

tam, licet ſit interlocutoria, vt no. in Clem. fin. de appel. ſaltim magni præiudicij, vt dicit Bald. in d. l. præſes. quę tamen habet vim confirmationis ſententiæ, vt eſt ſingulare verbũ, gloſſ. in verſicul. circunduxit. in ea. l. ſi præſes. ſecundum Bald. ibi tamen lata contra indefenſum minorem non valet: quia minor indefenſus non patitur ſententiam nec factum ſententiæ æquipollens, per text. in d. l ſi præſes. qui ad hoc non eſt alibi, ſecundum Bald. ibi. Quartò intellige nedum in ciuilibus, ſed nec in criminalibus, per text. in l. clarum. hic allega. quam etiam in criminalibus minor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine authoritate curatoris, & hoc ſatis ſentit Doctor iſte allegans, d. l. clarum. in quo vidi pleroſque iudices errare. Limita nunc primo in interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem, de cuius natura eſt, vt contra abſentes feratur vt dixi. Et ideò inferebat Bald. in d. l. cùm & minores. quod bannum poteſt promulgari contra minores indefenſos, non tamē ad mortem, ſecundum Bald. in d. l. clarum. poſt medium licet ſecundum eum ſtatuta prouideant contrarium. Et quod vigore ſtatuti minores ex ficta confeſſione, ex contumacia reſultante poſſint poni in banno, tenet idem Bald. in l. vna. colum. 14. verſicul. iuxta hoc quæro. C. de confeſſ. dicens ſecùs credere de pupillo. *Secundò limita* in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, in qua minor agendo habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio non defendendò, per text. ſingularem, ſecundùm Paul. de Caſtr. ibi in l. momentaneæ. C. qui legi. perſon. de quo dixi in d. titul. quibus modis ſuo nomine. ciui. agen. verſicul. Item pupillos. in verſicul. momentaneæ poſſeſſionis. Tertiò fallit in pleriſq; alijs caſibus, in quibus minor habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, quos author iſte ponit in d. verſicul. ſimili modo. & ibi dixi.

Quartò fallit vbi interueniret iuramentum ex his, quæ poſui in titul. de peremptorijs excep. verſicul. poſt ſententiam. in ver. minor viginti quinque annis. *Secundum articulum,*
81 quod valeat † ſententia lata pro minore non obſtante quod iudicium claudicet declara primo procedere nedum in adulto. de quo loquitur l. non eo minus. C. de procurato. verumetiam in pupillo, vt pro eius lata ſententia valeat, ſecundum Bal. Sali. Alex. & Iaſ. in d. l. non ideò minus. ꝑ gl. in

l.neque tutores.in ver.interueniente.eo tit. & in l. pupillus nec velle.ff.de re.iu.Secundo intellige etiamſi nullus interueniſſet pro minore: ſed ſolus litigaſſet per ſe: quia adhuc ſentẽtia pro eo lata erit valida, licet tex.in d l.non eo minꝰ. loquatur,quãdo aliquis interuenerat:ita voluerũt Cy.Saly. Alex.& Iaſ.ibi per glo.iuncto tex.in l.1.C.qui legi.perſon. Quod intelligunt procedere,quãdo eſſet talis minor, qui nõ careret omninò intellectu:quia ſi omninò carereret intellectu,ſentẽtia pro eo lata eſſet ipſo iure nulla,ſicut lata pro furioſo.l.furioſo,ff.de re iud.ſecundũ verũ intellectũ & cõmunem & hoc ibi tenent Bart.Alex.& Iaſ.& Alex.& Iaſ. in d.l. non ideò minus.Tertiò ſecundum Albe. & Iaſ.ibi idẽ eſſet,ſi ſententia contineret plura capitula, & in aliquibus eſſet lata pro minore, & in aliquibus contra:quia quòad ea,in quibus ſententia eſt pro minore, valebit, & in alijs non.arg.l.ſi ex falſis.C.de tranſ.& l.etiam.§.1.ff. de minoribus.

Quartò,quod dicitur in minore,procedit etiam in eccleſia, vt contra illam indefenſam, & ſine legitimo paſtore, lata non valeat: pro ea verò ſic:cùm eccleſia & minor æquiparentur, vt dixi ſuprà titul.proximo. verſicul. idem dico. in verſicul. inſtrumenta. & hoc tenent canon. in c. cauſam quæ.in 1.de iudi. & Alexand. & Iaſ.in d.l.non eo minus.de quibus mirandum eſt,quòd non allegat gloſſ. formalem. in l.ſi præſes.C.quom. & quando iud. gloſſ. 1.in cauda.quæ extendit illum text.volentem: quod ſententia: vel alius actus æquipollens ſententiæ contra minorem indefenſum non valeat, vt procedat in eccleſia viduata paſtore,quam gloſſ. Bald.ibi dicit menti tenendam,& eam dicit ſingularẽ Barb. in c.ex præſentium.colum.2.de pigno. & non poſſet illa gl. eſſe magis expreſſa.quam adde ad gloſſ.allegatas,in d.additione. in verſicul. inſtrumenta. Sed vtile dubium eſt quid ſi † ſententia non eſt lata contra minorẽ nec ꝓ minore:ſed 82
adhuc pendente iudicio allegatur nullitas proceſſus per minorem agitati ſine authoritate curatoris:an debebit iudex pronuntiare ſuper nullitate non expectato fine litis? Paul. de Caſtr. poſt Petr.de Bel.Pertic. & Cyn.diſtinguit in d.l.non ideò minus. quod aut nullitas allegatur per minorem comparentem cum legitimo curatore, & eſt audiendus,& per iudicem pronuntiandum:Aut allegatur nullitas per aduerſarium minoris, & tunc aut ad fines eum re-

lendi quóad reliquum proceſſum, & eſt audiendus, cùm ſua interſit, ne iudicium ſit nullum: & quia iſta exceptio reddens iudicium retro nullum poteſt quandocūq; opponi, l. licèt. C. de procuratoribus. Aut ad fines declarari faciendi proceſſum retro nullum, & tunc contradicente minore non eſt audiendus, ſed eſt expectandus finis, & futurus euentus declarabit, vtrùm proceſſus ſit validus, aut nullus, vt ſi pro minore feratur ſententia ſit validus, ſi contra, ſit nullus, argument. l. 3. §. quod autem. ff. de iure fiſci. hæc ille.

Verùm quia author iſte non ponit niſi tria exempla nulli-
23 tatis ex perſona litigatoris, nacta occaſione, adde, quòd † ſententia lata nedum contra furioſum, verum etiam pro furioſo eſt mero iure nulla, l. furioſo. ff. de re iudic. ſecundum verum & communem intellectum Dd. ibi. Et ratio diuerſitatis inter furioſum & minorem ſecundum Dd. ibi eſt, quia furioſus caret intellectu, & nullum habet animi iudicium: Non ſic minor: & ideò dixi ſuprà, quod ſi minor eſſet talis, quod careret intellectu, non teneret ſententia pro eo lata.

24 Secundò dico, quod ſententia lata † contra iam mortuum eſt ipſo iure nulla, l. in ſumma. §. final. ff. de re iudic. & l. Paulus. in 1. ff. quæ ſentent. ſine appellation. reſcinda. & l. de qua re. §. final. ff. de re iudic. qui text. plus probat, quòd etiamſi aliquis ſuſciperet defenſionem pro mortuo, tamen iudicium non teneret, vt etiam voluit gloſſ. in d. l. Paulus. quod intelligunt Bartol. & Paul. de Caſtr. quando ante ſuſceptam defenſionem eſſet mortuus, ſecùs ſi poſt. argumen. l. ſi defunctus. in princip. ff. de procura. & l. nulla. C. eod. quæ iura. dant alias duas reſtrictiones, ad d. l. Paulus. & alia iura ſuprà allegata, videlicèt niſi conſtituiſſet procuratorem, qui litem fuiſſet conteſtatus ante mortem domini, quo caſu teneret iudicium, & ſententia ferri poſſet contra ipſum procuratorem quondam talis domini. d. l. nulla. vbi per ſcriben. Secundò, niſi etiam ante litem conteſtatam procuratore conſentiente vel tacente dominus ſatiſdediſſet de iudicato ſoluendo: quoniam talis ſatiſdatio operatur, vt mandatum non reuocetur, tacitè ſcilicet per mortem domini, etiam lite nondum conteſtata, vt eſt caſus ſingularis, ſecundum Paulum ibi. in d. l. ſi defunctus.

Et licet iure † cautum ſit, inſtantiam tranſire à defuncto in hæredes, l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſo. Attamen ſi contra hæredes non ſit agitata cauſa poſt mortem defuncti, & contra eos lata ſententia, ſed contra ipſum defunctum, non valebit ſententia, vt eſt caſus nota. ſecundum Paulum ibi & menti tenendus in practica. in d. l. Paulus. vnde ſecundum eum ſis cautus vt facias hæredes citari vel dari curatorem hæreditati contra quem continuetur proceſſus. & hoc vult etiam Alexand. de Imol. in d. l. in ſumma. §. fina. dicens poſt mortem defuncti debere citari hæredes per legẽ edictũ. ff. de iudicibus. & l. oratione. ff. de ferijs. 85

Imò plus eſt quod etiam pro mortuo lata ſententia non valeret nec prodeſſet hæredi: quia nihil eſt quod poſſit in perſonam mortui fundari. argum. text. in l. eius qui in prouincia. verſic. quod ſi ſtipulator. ff. ſi cert. peta. per quem ita dicũt ibi Pau. Alex. & Iaſ. et tenent Bar. Pau. & Alex. in d. l. in ſumma. §. fin. & idem Pau. de Caſtr. in d. l. Paulus. niſi fauore libertatis per l. cum quaſi. in princ. ff. de fideicommiſſ. liber. & fauore eccleſiæ, ſecundum Bald. in l. vna. §. in 1. C. de caducis tollendis.

De impetratione autem reſcripti pro mortuo vel contra mortuum dixi ſuprà, de impedi. & excep. quæ delega. iudi. oppo. verſic. item excipitur. Tertiò dico quod † ſenten- 86
tia lata contra infirmum non valet, per text. ſingularem in l. quæſitum. ff. de re iudi. de quo dixi ſuprà, titulo quibus modis cita. impu. conten. po. verſicu. & ſi vocatus. in verſicu. valetudine. Et eadem ratione idem dico in ſententia lata cõtra mulierem grauidam vel recentem à partu cùm tunc habeatur pro infirma, de qua etiam dixi in d. verſic. Et ſi vocatus. in verſic. plures.

Quartò dico quod † ſententia lata contra abſentem non 87
contumacem eſt ipſo iure nulla. l. ea quę. C. quomo. & quando iu. & l. 1. §. item cùm ex edicto. ff. quæ ſent. ſine ap. reſcin. Si verò eſſet contumax teneret mero iure, licèt poſſet appellare, niſi eſſet contumax verus, l. eo. cùm ibi not. C. quomod. & quand. iud. l. 1. C. quo. ap. non recipiun. & l. properandũ. §. ſin autem reus. verſic cùm autem. C. de iudic.

Dicetur autem non contumax tribus modis, primò † ſi 88
citatio non valuit, iuxta totum titu. ſuprà, qui. modis cita. impu. conten. po. vel ſi fuit legitimè citatus venire, tamen

non potuit iuſto impedimento detentus, quod impedimentum notum erat iudici, iuxta d.l. quæſitum. cum ibi not. ſecundum Paul. de Caſtr. in d.l. ea quæ. Tertiò ſi fuit citatus dominus ad audiendum ſententiam, qui per procuratorem comparuerat, & procurator fuerat dominus litis effectus: quia etiam ſi non compareat, dicetur nō contumax, nec valebit ſententia contra eum lata, ſecundum Bar. & alios in d. l. furioſo. & Bart. in l. 1. C. de ſenten. & inter. omn. iudi. Secùs tamen ſi compareret vel eſſet præſens in iudicio ſecundum eos. Quartò ſi comparuit & cauſante infirmitate illicentiatus receſſit, quoniam non leuis infirmitas facit citatum illicentiatum recedentem excuſari à contumacia, qui aliàs eſſet contumax, per dictam l. quæſitum iuncto c. 1. de iudi. & c. conſtitutus. de procu. cum ſimilibus. Et idem ſi receſſit ſine licentia non propter infirmitatem, ſed quia mora erat graue damnum allatura, ſi licentiam expectaſſet, ſecundum Ioan. Andr. in c. poſtquam. de elect. libr. 6. in nouel.
89 quem ſequuntur Imol. & Alexand. d. l. quæſitum. Sed † an lata ſententia pro abſente non contumace valebit gloſſ. in d. l. ea quæ. tenet non valere, & idem ſentit gloſſ. in d. l. furioſo. & gloſſ. de infirmo loquens in d. l. quæſitum. gloſſ. 1. quas ſequuntur Bartol. & communiter Dd. in d. l. furioſo. & ibi dicunt Raph. Cuma. Alexand. & Iaſ. illas communiter teneri per illum text. & idem tenent Cano. in c. cauſam quæ. in 1. de iudic. Bartol. Bald. Angel. Salice. Alexan. & Iaſ. in d. l. properandum. §. ſin autem reus. reprobantes. gloſſ. ibi in ver. contradictionem, quæ contrarium tenet: & Barto. & alij in d. l. ea quæ. etiam ſi eſſet interlocutoria, in qua eſſet neceſſaria citatio, ſecundum Alexand. in d. l. furioſo. in ſecunda lectura, licèt inaduertenter fortè Iaſ. tenuerit contrarium in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colum. 8. ff. de offic. proconſ. & lega. adducens Bald. in l. 1. C. qui. non obij. long. tempo. præſcript. Sed certè Bald. loquitur de interlocutoria fauore abſentis de ſui præſentiam faciendo, ſiue de iuſſu de citando, in quo non eſt neceſſaria citatio, vt etiam ibi declarat Alexan. in addit. ad Bald. dicens non procedere in alia interlocutoria, in qua eſſet neceſſaria citatio, quæ etiam in fauorem abſentis lata non tenet. Adde etiam ſi cauſa eſſet ſummaria, ſecundum eundem Alexandrum & Iaſ. in d. l. furioſo. contra Bartolum ibi volentem contrarium.

rium. Secùs tamen ſi eſſet abſens contumaciter, pro quo benè valeret ſententia, per d. §. ſi autem reus. Et hoc eſt inductum ad iuris rigorem conſeruandum, per ea quæ notant Modern. in d. l. furioſo. reſpondentes ad fundamenta Pe. de Bel. tenentis contrarium.

Aduerte tamen quoniam præmiſſa procedunt in ciuilibus cauſis. Secùs autem in † criminalibus, in quibus benè valeret ſententia lata pro abſente etiam non citato, per text. in l. quamuis indubitati. C. ad legem Iuliam de adulte. ſecundum Alexandrum & Iaſ. in d. l. furioſo. poſt Baldum in l. accuſatoribus. colum. penult. C. de accuſatio. 90

Quid † autem de in carcerato vel aliàs legitimè impedito an ſententia contra illum lata teneat, Bart. in l. 2. §. fina. verſicu. circa hoc quæro. ff. de custo. reo. & idem Bartol. in l. 2. in vlti. verbis. ff. de in ius vocan. tenet non valere, ſi iudex ſciuit impedimentum iuſtum, ſiue illius cauſam. aliàs valeret per dictam l. quæſitum. & ſequuntur ibi Imol. & Alexand. dicentes, quod licèt hoc non habeamus benè expreſſum in iure, tamen communiter dicitur, quod idem ſit in quolibet alio impedimento, quod in infirmitate. Sed ſatis pendet ab illo articulo, vtrùm impeditus teneatur mittere procuratorem, de quo dixi ſuprà, in titulo de except. procur. in rubric. & qualiter probetur impedimentum, vide quæ ſcripſi ſuprà in titu. quibus modis cita. impu. contem. po. verſic. Et ſi vocatus. in ver. impeditus. Anton. de Tremolis. 91

h *Cui bonis eſt interdictum* Intellige à iudice, vt dixi ſuprà tit. quib. mod. ſuo nomi ciui. agen. verſi. item ſine curatore. in verſicu. interdictum. quia † ante interdictionem habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſed poſtquàm eſt interdictum, æquiparatur minori, vt eſt gloſſ. ſingularis, & quæ alibi non habet ſimilem. in l. 2. C. de cura. furi. quam ita appellat Bald. in c. vno. in 2. colum. de benefic. fra. & alibi ſæpè Bald. illam ſingularem, próut etiam referunt Modern. in l. imperatores. ff. de re iudica. quæ gloſſ. ſecundum eos vult, quòd omnia priuilegia † conceſſa minori competunt etiam illis, qui per curatores reguntur, putà prodigis, & furioſis. Sed certè nec text. nec gloſſ. in d. l. 2. faciunt aliquod verbum de prodigo, ſed tantum de furioſo. 92 93

Verum

Verum eſt, quod Bald. ibi hoc dicit, videlicet quod idem credit in omnibus perſonis, quæ per curatores reguntur, vt in prodigis, qui minoribus æquiparantur, allegat l. Fulcinius. circa medium. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. ea. & pro hac æquiparatione eſt text. in l. dabimus. §. fina. cum l. ſeq. ff. de priui. credi. Et pro illo dicto Bald. extendentis priuilegia minorum ad eos, qui per curatores reguntur, putà ad prodigos, eſt gloſſ. ſingularis in c. paſtoralis. de iudi. quam ibi dicit ſingularem pro illo dicto Barba. & refert ibi Felin. colum. 2. Vnde quemadmodum dixi ſuprà proxima addit. quod ſententia lata contra minorem indefenſum eſt nulla, ſed pro eo lata valet idem per omnia erit dicendum in prodigo, cui bonis eſt interdictum. Anto. de Tremo.

i *Condemnauit.* Idem dicas tu ſi abſoluiſſet: quoniam ſicut † ſententia condemnatoria lata contra principalem, qui
94 nunquam fuit in iudicio, ſed per procuratorem litigauit, eſt ipſo iure nulla, l. 1. hic alleg. & nota. in c. querelam. de elect. & in c. ſuſcitata. de in integ. reſtit. & vtrobique per ſcriben. Ita nec valet abſolutoria, imò eſt ipſo iure nulla, ſicut condemnatoria. iſta eſt gloſſ. ſingularis. in l. ſi remunerandi. §. maurus. in verſic. ex euentu. ff. manda. quam ad hoc dicit ſingularem Bald. in d. l. 1. colum. 3. verſic. quæro lex noſtra. pro qua gloſſ. Ludo. Rom. ſing. ſuo. 449. inci. text. eſt in l. 1. dicit eſſe caſum ſigularem in c. inter dilectos. in fin. de fide inſtru. dicens ſe mirari de Bald. quod illum text. ignorauerit, vt dicit Felin. ibi in penult. colum. ſimpliciter referens Ro. vbi ſupr. Sed certè non eſt mirandum de Bald. quoniam Bald. illum text. pro gloſ. prædicta allegat in d. §. maurus. & pariter aliam gloſſ. hoc etiam volentem in l. penult. §. ad crimẽ. in verb. multoque magis. ff. de publi. iudi. ideo magis eſt mirandum de Ro. & Felin. quod Bald. non viderint in d. §. maurus. Niſi excuſares quod lectura Bald. ſuper. ff. veteri non eſſet illis præ manibus.

95 Sed in propoſito neceſſaria inſurgit difficultas, quid † ſi procurator egit cauſam vſque ad ſententiam, modò citatur dominus principalis ad audiendum ſententiam. tamen non comparet, & fertur contra eum ſententia, vtrùm valebit tanquam contra contumacem lata, an verò erit nulla? Et idem poteſt quæri in alio actu iudiciario expediendo, poſtquam procurator fuit effectus dominus litis, putà ad videndum produ-

produci teſtes. in quo articulo Bart. in l. procuratoribus. C. de procurato. & idem Bart. in l. pen. C. ſi aduer. rem iudi. & idē Barto. in d. l. 1. & in l. furioſo. ff. de re iudica. concludit, quod ex quo procurator, qui eſt dominus litis & inſtantiæ, nō fuit citatus, ſed perſona principalis, tamen citatio tanquam illegitima non facit dominum contumacem, & per conſequēs ſententia erit nulla tanquam lata contra non contumacem. & Bart. ſequuntur Dd. in d. l. furioſo. ſignanter Alex. & Iaſ. & Bald. in l. ſi quando. in 7. quæſt. C. de teſtib. & tenent Cano. in c. in nomine. de teſti. Si autem dominus citatus comparuiſſet, tunc propter ius vtile inſtantiæ, quod dominus habet ſine ceſſione, l. in cauſæ. §. fina. ff de procura. procuratore non contradicente, l. quæ omnia. eod. titu. certè valeret ſententia contra eum lata, ſecundum Bartol. & alios in locis præallegatis, & ad Pa. in d. c. in nomine. allegat tex. optimū. in c. ſi quidem. cum glo. de procurato. lib. 6.

Et multò fortius valeret ſententia lata pro eo. benè facit, 96
quia † citatio inualida reconualidatur per comparitionem ſpontaneam, vt dixi ſupr. quib. mo. cita. impu. conten. po. in rub. ad finem. Immò plus eſt, quod etiam ſi non fuerit principalis citatus, tamen fuerit præſens in prolatione ſentētiæ, præſumetur fuiſſe citatus, vt pro eo valeat ſententia: non vt contra eum, ſecundum Bar. et Dd. ſignanter Alex. & Iaſ. in d. l. furioſo. & eundem Bart. in l. ſi procuratori præſentis. ff. de verb. oblig. Anto. de Tremo.

k *Delegatus eſſet* Idem dic in ordinario. l. fina. ff. de iu-
riſdict. omn. iudic. ita vt non † valeat ſententia etiam vſque 97
ad quantitatem, de qua cognoſcere poſſet ſecundum gloſſ. fi. ibi, quam Bart. & omnes intelligunt, vbi ſententia contineret vnum caput tantùm: ſi verò plura capitula ſeparata, poſſet tunc pro parte valere & pro parte non. & idem voluit Cyn. Ray. Iaco. Bu t. & Bald. in l. 1. C. de erro. cal. Ro. in l. 1. §. penul. ff. de verbo. oblig. Alex. plenè & Iaſ. in d. l. fin. dicentes hanc diſtinctionem eſſe communem. licèt glo. in l 2. C. de re iudic. & Specu. in tit. de ſenten. §. iuxta. verſic. item eſt nulla ratione quantitatis. & ibi Ioan. Andr. in addi. placuit. teneāt contrarium per iura quibus Alexan. vbi ſupr. reſpondet. Pro
communi tamen facit, quia † quando in ſententia ſunt plu- 98
ra capitula ſeparata, tot ſunt ſententiæ quot ſunt capita. glo. not. in l. etiam. §. 1. in verſic. audiendus. ff. de mino. quam ad hoc

hoc dicit not. Alexan. in l. quod iuſſit. colum. 3. ff. de re iudic. & in l. ſcire debemus. colum. 1. ff. de verbor. obligat. & ibi Iaſ. pro illa gloſſ. allegat meliorem text. de iure. in l. quid tamen in princ. ff. de arbitr.

Adde tamē pro limitatione ad prædicta, quod ſi penden-
99 te lite creſcat ſumma, vel quantitas † vltra iuriſdictionem iudicis, quod tamen tenebit ſententia, dummodò tempore, quo actum fuit, non excederet iuriſdictionem, iſte eſt tex. notabiliſſimus ſecundum Bart. ibi. in l. ampliorem. §. fina. C. de appel. quia ſufficit à principio fundatā eſſe iuriſdictionem, licèt in calculo ferendæ ſententiæ appareat aliquid, quod à principio feciſſet obſtaculum iuriſdictioni, ſecundum Bald. ibi. & idem tenet Bart. in l. ſi idem cum eodem. in princip. ff. de iuriſdict. omn. iud. Itidem dicens, vbi creſceret per inficiationem, quia ſuper toto poterit cognoſcere, etiam ſi excedat iuriſdictionem ipſius iudicis. & benè facit, quoniam à principio litis iuriſdictio recipit fundamentum, l. cùm quædam puella. §. 1. titulo præallegato. Antonius de Tremolis.

1 *Inuitis litigatoribus*. Quoniam volentibus & expreſsè conſentientibus partibus poſſet de maiori ſumma cognoſcere, d. l. de qua re. §. 1. & per text. in l. inter conſentientes. ff. ad muni. Non tamen eſt neceſſarius expreſſus conſenſus, imò ſufficeret tacitus putà actore dante libellum de maiori ſumma & reo non opponente, ſecundum Innocen. in c. cùm veniſſent. de in integr. reſtitu. quem refert & ſequitur Barto. in l. 1. in fin. ff. de iudic. & idem tenet Paul. de Caſtr in d. l. de qua re. §. 1. Angel. & Imol. in l. quæro. ff. de ſolut. cano. in c. p. & g. de offic. deleg.

100 Aduerte tamen, quod prorogatio † iuriſdictionis non poteſt fieri etiam coram ordinario niſi in eadem ſpecie iuriſdictionis, ita quod ſi habeat ſolam iuriſdictionem in ſpecie, vt magiſtratus municipalis, poterit eius iuriſdictio in cauſis eiuſdem ſpeciei iuriſdictionis prorogari. Si habeat mixtum imperium in cauſis mixti imperij, & ſimiliter ſi habeat merum imperium in cauſis meri imperij, aliàs non. gl. ff. & Bart. in d. l. inter conſentientes. Cyn. & Bald. in l. teſtamenta omnia. C. de teſta. dicentes per illum tex. illam demum iuriſdictionem poſſe prorogari, quam iudex habet in ſuos ſubditos; cùm prorogatio debeat fieri in his, quæ ſunt

eiuſ-

eiuſdem formæ. Vnde infert ibi Bald. poſt Iac. de Arc. quod iuriſdictio latrunculatoris, id eſt, iudicis maleficiorum non poteſt prorogari ſuper cauſa ciuili, l. ſolemus. §. latrũculator. ff. de iudi. & de hoc eſt caſus nota. ſecundum Bald. in l. repetita. C. de epiſ. & cle. Et ideo glo. in l. 1. ff. de iudi. & aliæ gloſſ. per Bar. ibi allegatæ dicebnt in criminalibus poſſe fieri prorogationem in eum, qui habet merum imperium, de quo tamen te remitto ad Bal. in l. ſi qui ex cõſenſu. col. 2. ver. reuoco igitur in dubium. de epiſ. audi. Anto. de Tremo.

m *Ratione temporis* Adde tu idem ratione loci: quia extra territorium ius dicenti non paretur impunè, l. fi. ff. de iu. om. iu. c. 2. de conſti. libr. 6. Vel etiam intra territorium, in loco tamen exempto. c. cùm epiſcopus. de offi. or. lib. 6. & ibi glo. in ver. non exempto. & Do. de S. Gemi. in 4. nõ. dicẽs locum † exemptum intra diœceſim quóad iuriſdictionem per ordinarium exercendam æquiparari loco extra territorium. & 101 idem volunt Io. And. & Dd. in d. c. 2. dicentes ſtatutũ epiſcopi nõ ligare delinquentem in loco exempto, ſicut nec delinquentem extra diœceſim, & eandem æquiparationem facit Do. in c. 1. §. fi. col. fi. de priui. libr. 6. allegat bonam gl. in Cle. vna. in verſi. aut aliqua. de fo. comp. & ſequitur Iaſ. in d. l. fi. col. 1. Tertiò. etiam ſi intra territorium extra locum tamen maiorum, quia etiam tunc ſententia erit nulla, l. fina. & ibi Bald. & Iaſ. ff. de iuſtit. & iur.

Præmiſſa tamen limita, niſi de conſenſu partium: quoniam exiſtens extra territorium poterit ius dicere inter conſentientes, argum. l. quæro. ff. de ſol. & quia iuriſdictio reſpectu temporis poteſt prorogari. l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iudi. ergo & reſpectu loci: cùm de tempore ad locum bonum ſit argumentum, l. vinum. ff. ſi cert. petã. & eſt text. in c. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. libr. 6. & ita tenetur communiter per Dd. in c. p. & g. de offic. delega. per Bald. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. Alexan. & Iaſ. in d. l. fin. de iuſti. & iure. per Bart. Ang. & Imo. in d. l. quæro.

Sed an ſit neceſſarius † expreſſus conſenſus an ſufficiat 102 tacitus, vno verbo conclude, quòd in ordinario ſufficit conſenſus tacitus, qui regulariter ſufficit in iuriſdictionis prorogatione, per l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. ff. de iudi. In delegato requiritur expreſſus. d. c. ſtatutum. §. in nullo vbi eſt text. ratio diuerſitatis: quia delegata iuriſdictio eſt odioſa et meritò

reſtrin-

reſtringenda: ordinaria verò fauorabilis & amplianda, glo. in c. diſpendia. in ver. vel conuentionis. de reſcrip. lib. 6. glo. in Clem. 2. glo. pen. de offic. ordi.

103 Aduerte tamen & ſigna, quod † conſenſus expreſſus ordinarij illius territorij, in quo vult ius dicere, eſt neceſſarius in tali prorogatione, nec ſufficeret ſolus partium conſenſus. Ita voluit gloſſ. ſingularis reputata. in c. vt litigantes. gloſ. 2. de offic. ordi. in 6. quam dixit ſingularem Pa. in d. c. p. & g. & eam dicit reputari ſingularem Alexan. in d. l. fin. Secundò pro hac parte facit text. in c. epiſcopum ibi niſi fortè cum voluntate & teſtimonio. 9. q. 2.

Tertiò, argumento ab ſpeciali hoc probat tex. in Clemen. vna. §. volumus inſuper. de foro compe. Licèt Anto. de Butr. Cardi. & Imo. in d. c. p. & g. quibus videtur aſſentire Alex. in d. l. fin. pro concordia opinionum diſtinguant, vtrùm iudex illius territorij ſciat, & tunc non ſit neceſſarius alius conſenſus: aut neſciat, & tunc requiratur. Sed primum vidi ſemper
104 obſeruari. Secundò fallit in iuriſdictione † voluntaria, quàm extra territorium ſuum poteſt iudex exercere, gloſſ. & omnes Dd. in d. l. fi. vnde poteſt Epiſcopus extra ſuam diœceſim exiſtens conferre beneficia ad ſuam collationem pertinentia. c. poſt electionem de præben. glo. & Dd. in c. nouit. de offic. leg. vt per Iaſ. in d. l. fina. colum. 2.

Tertiò fallit etiam in contentioſa iuriſdictione reſpectu delegationis cauſarum, quia illam facere poteſt extra ſuum territorium exiſtens, vt videlicet delegatus intra territoriũ cognoſcat, l. fi. ff. de offi. præfe. vrb. glo. in l. 3. ff. de offic. præſi.

Quartò limita, vbi conſuetudo eſſet in contrarium per text. in d. c. vt litigantes. in fi. & in l. 3. §. fi. ff. de teſti. & nimirum quoniam conſuetudo dat iuriſdictionem, c. poſtulaſti. de foro competen. cum ſimilibus.

Quintò fallit in præſide vel iudice duorum territoriorũ: qui negotia vnius poterit in alio expedire, text. & ibi Innoc. in d. c. nouit. Paul. de Caſtr. Alexan. & Mari. Lau. in d. l. fina. & ibi etiam per Iaſonem.

Sextò fallit in excommunicatione, quam Epiſcopus poteſt ferre contra ſubditum in alieno territorio exiſtentem, glo. in d. c. epiſcopum. 9. q. 2. Innocen. & Dd. in c. fin. de for. compet. Panormi. in d. c. nouit. Secùs tamen ſi ipſe Epiſcopus eſſet extra ſuam diœceſim, ſecundum gloſſ. in d. c. nouit.

Non

Non tamen propterea intelligas, quod ſtatutum † epiſcopi liget delinquentem extra ſuum territoriũ: quia eſſet contra text. in d. c. 2. de conſti. in 6. Sed intellige de ſubdito epiſcopi, qui fuit præuentus, vel deliquit intra diœceſim, & poſtmodum ſe abſentauit. 105

Quid autem econtrà, ſi epiſcopus exiſtens extra ſuum territorium vellet abſoluere ab excommunicatione. vide gloſ. Innocentium & alios in d. c. nouit.

Septimò fallit in caſu Cle. vnicæ. de foro compe. in epiſcopo à ſua diœceſi expulſo. Vltimò pro nunc generaliter fallit in omni actu, qui ſine cauſæ cognitione & iudice pro tribunali non ſedente poteſt expediri. Iſtam doctrinam tradunt Hoſtien. Ioan. And. Anto. de Butr. & omnes in d. c. nouit. de quo & alijs quibuſdam fallentijs. vide Iaſ. in d. l. fin. & quod ponit Hypo. de Mar. ſingulari ſuo. 124. inci. vidiſti anno præterito.

Quartò principaliter dico ſententiam nullam ratione loci, ſi iudex † ſecularis intra eccleſiam cognoſcere & ius reddere velit. per text. in c. docet. verſi. ceſſent in eccleſijs. de immuni. eccle. lib. 6. Contrahentes verò licèt peccent tamen tenent contractus: vt ibi per glo. in verſi. proceſſus. 106

Intelligè tamen ſanè, quod actus in eccleſia per iudicem ſecularem geſtus ſit nullus, niſi eſſet actus pius, vt dare tutorem pupillo, ita Signo. de homo. conſi. ſuo. 32. incip. datus eſt curator generalis. & Ange. Peru. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ſi de qualitate. ff. de iureiur. quos refert & ſequitur Iaſ. in l. 1. §. 1. col. 1. ff. de ferijs. hac ratione quia datio tutoris cùm ſit actus pius, poteſt expediri die feriata in honorem Dei. c. fi. de ferijs. ſaltem quando non eſt neceſſaria cauſæ cognitio. Albe. in d. §. 1. & Bart. in l. nec mandante. §. dari. ff. de tuto. & cu. dan. ab his. Sed argumentum de tempore ad locum procedit, l. vinum. ſi certum petatur, ergo pariformiter in loco priuilegiato in honorem Dei poterit dari tutor. Anton. de Tremo.

n *De nocte* Dic quod regulariter † omnis actus voluntarius poteſt fieri de nocte, ſicut & de die, vt d. l. non minorem. vbi eſt text. de tranſactione, & l. teſtium. §. poſſe. de teſta. ff. vbi de teſtamento, & quod de inſtrumẽto noctu ſumpto voluit Bald. in c. 1. in pen. col. de fide inſt. dicens inſtrumentum noctu factum niſi ex cauſa neceſſitatis eſſe ſuſpectum: ergo 107

ſentit tenere, & idem Bal. in d. l. non minorem. in prin. dicēs inſtrumentum non eſſe falſum, licèt dicatur actum tali die, vbi erat actum de nocte, poſt Inno. in c. conſuluit. de offi. deleg. quod verbum Inno. dicit non eſſe alibi Bal. in l. moræ. ff. de ferijs. & ibi ſequuntur Ang. & Iaſ. Et quod contractus & voluntates vltimæ, & ſic actus volũtarij poſſint noctu expediri, tenet Barto. in d. l. non minorem. & in d. l. moræ. Sed in actibus neceſſarijs putà in iudicijs ſecùs, ſecundum eum.

103 Et quod ſententia † lata de nocte ſit nulla, prout tenet hic Domi. Huber. tenet etiam glo. in §. omnes. glo. mag. Inſti. de ver. obl. & ibi Ang. Aret. & gl. in d. l. moræ. quam ibi ſequuntur Bal. Bar. Ang. Pau. Alex. & Iaſ. & Cyn. Bar. Bald. Salic. & Iaſ. in d. l. non minorem. Inno. Ant. de But. Imo. Panorm. & Moder. in c. conſuluit. de offic. deleg. Et iſtam dicit eſſe communem Iaſ. in d. l. minorem. pro qua iura hic allegata, et tex. in d. c. conſuluit. licèt contrarium teneat glo. ibi & glo. in §. ſedebunt. hic allegato, & ſentit gloſſ. in d. l. non minorem. quam etiam tenuerunt Iaco. But. & Albe. ibi. dicens ita vidiſſe ſeruari: ſed Ang. in d. §. omnis. dicit opinionem Bart. ſeruari. & quod recedens ab ea faceret litem ſuam. aliam etiam opinionem ponit ibi Ange. & aliam ponit Pau. de Caſtr. in d. l. non minorem. Sed eam ibi reprobat Alex. Et nedum procedit in ſententia, imò in omni actu expediendo per iudicem pro tribunali ſedentem, ſecundum Alex. ibi. Limita tamen hanc communem, niſi partium cõſenſu expreſſo vel tacito accedente: quia cùm pars poſſit contradicere, & non contradicit, videtur conſentire. l. ſæpè. ff. de re iudica. & l. Gaius. ff. de pign. acti. Si enim conſenſus partium operatur prorogationem loci, l. ſi vt proponis. in 2. C. quomodo & quando iu. ergo & temporis, argu. l. vinum. ff. ſi cert. peta. ſecundum Salic. Alexand. de Imol. Io. & Iaſ. in d. l. non minorem. poſt Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de ſenten. §. iuxta. verſi. ſed nunquid tunc. in addit. in ver. de nocte. & Io. Andr. optimè locutum teſtatur Panormi. in d. c. conſuluit. Et ex verbis Ioan. Andr. ibi limita ſecundo niſi conſuetudo eſſet in c. contrarium. ſequuntur Ange. Pau. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. moræ. & Alexand. in d. l. non minorem. Tertiò, niſi iudex eſſet impeditus multitudine cauſarum, ſecundum Bald. in proœ. ff. §. itaque. circa fin. quem ſequuntur Roma. & Iaſon in d. l. moræ. & idem Rom. in l. ſi verò. §. de viro in 15. fallen.

fallen. ff. ſolu. matrimo. dicit tamen Alexan. in d. l. non minorem. quod huic limitationi repugnat. d. c. conſuluit. non violando literam, & pariter alijs quibuſdam limitationibus, de quibus per eum ibi: & per Iaſ. in d. l. moræ. Vnum tamen eſt notandum, quod licèt ſententia noctu ferri non poſſit. ab ea tamen benè poterit noctu appellari, ſecundum Bald. in Authen. hodie. colla. ſi. C. de appella. fal. quia etiam die feriata poteſt appellatio interponi, l. 1. & ibi Bart. C. de fer. & in l. diuus. ff. eo. & ſequitur Iaſ. in d. l. moræ. col. 3. verſ. vltimo adde. Anto. de Tremo.

o *Feriarum*. De hoc articulo vide quæ ſcripſi. & poſui ſup. tit. qui. mo. ſuo no. ciui. a gen. verſ. item reijciuntur actores.

p *Et non ſedente*. Intelige pro tribunali in loco maiorum, l. penul. ff. de iuſtit. & iure. aliàs eſſet nulla: ſecundum Bal. ibi argumen. l. ſi vt proponis. in 2. C. quomodo & quando iud. Niſi † eſſet Princeps coram quo ordo iudiciarius non 109
ſeruatur: vt dixi ſuprà eodem titu. in principio. Vel niſi de conſenſu partium, Bart. & alij. in d. l. penul. vel niſi actus eſſet voluntariæ iuriſdictionis, per text. in l. generaliter. §. fin. C. de re. cred. vbi Bald. per illum text. dicit ſe conſuluiſſe valere donationem inſinuatam in domo donatoris infirmi, & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. penul.

Item fallit ſi actus cauſæ cognitionem non exigat. l. 2. ff. quis ordo. in bon. poſſ. ſer. Item fallit in arbitro & delegato Bald. Ange. & Iaſ. in d. l. penult. per l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. Et in latrunculatoribus ſiue iudicibus maleficiorum, quos propoſitos Mareſcallorum dicimus, qui etiam in ſyluis malefactores condemnant, ſecundum Bald. in c. vno. §. præterea. in 2. de prohi. alie. feu. per Fede. & in d. l. penul. & ibi ſequitur Iaſ. Item fallit in Epiſcopo, qui in qualibet parte ſuæ diœceſis ius reddere poteſt. c. cùm Epiſcopus. de offic. ordina. lib. 6.

Item niſi ex cauſa timeret, quia tunc etiam ex turri vel ſupra equum ſententiam ferre poſſet, gloſſ. & Bald. in l. 1. C. de ſenten. ex peri. reci. Bald. & Iaſ. in d. l. penulti. Vel niſi conſuetudo eſſet quod ſtaret rectus, vt eſt in aliquibus locis, ſecundum Iacobum Butri. in dicta l. 1. Antonius de Tremolis.

q *Sine ſcriptis*. Non tamen eſt neceſſe ſcripturam eſſe publicam, Ioan. Andr. & Panormita. in c. Albericus. de teſti.

Alexan.de Imol.in addi.ad Bart.in l.1.C.de ſenten. ex perie. reci.hic allega.

Iſtud etiam dicebat gloſſ.in d.c.Albericus.non procedere
110 in cauſa † matrimoniali, quæ ſine ſcriptis ferri poteſt: & illam gloſſ. ſequitur ibi Innocen. & ſimpliciter refert Alexand.in d.addit. & Iaſ. in l. nec quicquam.§. vbi decretum. colum.13.ff..de offic.proconſ.& lega. & idem Iaſ.in §.curare.colum.fina.Inſtit. de actio. Sed contrarium tenet Specul.in titu.de ſen.§. iuxta verſicu. non valet etiam ibi. item fallit. & ibi Ioan.Andr. & gloſſ.in ver. illuſtrium. in c.fina. de re iudic.libr.6. & Hoſtien.Panormi.& Felin.in d.c.Albericus.per text. in Clemen.ſæpe. in ver. in ſcriptis.de verbor. ſignifica.iuxta Clemen.diſpendioſam.in verſi.matrimonij. de iudi. plus probat ille text. in d. Clemen. ſæpe. & ibi firmat glo.ſuper ver.in ſcriptis. quod
111 † etiam in cauſis,in quibus proceditur ſummariè, & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij,ſentētia diffinitiua debet ferri de ſcripti recitatione: & illam gloſſ.ibi ſequitur Cardi. Zaba.

Aduerte etiam quia ſcriptura ſolum requiritur in diffinitiua ſententia,non autem in interlocutoria, quæ verbo ferri poteſt,licèt ſit poſtmodum per notarium ſcribam actorū in ſcriptura apud acta redigenda.glo.in l.2.ff. de appella.gloſſ. in c.quoniam contra falſam.in ver. interlocutiones.de proba.glo.in d.c.fi.glo.2. & ibi ſequitur Domi.de S.Gemi.Bar. in 1.col. & Iaſ. in 10. vbi dicit iſtam eſſe communem. in d.§. vbi decretum.Bar.in l.3.ff.de appella.reci. & apertius. in l.2. C.de ſenten.ex peri.reci.& Bal.in l.fi.eo.titu.

112 Ex quo correlariè infertur, quod condemnatio † expenſarum ſit interlocutoria, vt eſt gloſſ. menti tenenda, quam ſequuntur communiter Dd.ſecundum Alexan.ibi in l.quod iuſſit.glo.magna.ff.de re iudicata. Innoc.in c.ſacro. de ſenten.excommu. quem refert & ſequitur Bald.in l.1.verſic.extra quero.C.ſenten.reſ.non poſ.volentes poſſe,vt interlocutoriam reuocari, & tenet Ang.in l.Paulus in 1.ff. de re iudic. quod talis ſententia ſuper expenſis poterit ferri ſine ſcriptis, próut voluerunt Ange.& Imo.in d.l. Paul.Ange.Imo.Alex. Areti.in l.patris & filij.ff. de vulga. & pupilla. Plus voluit Bald.in d.l.patris. & Imol. in d.l. Paulus. quod etiam ſi ſimul feratur ſententia ſuper expenſis & diffinitiua, quod ſuper expenſis poterit ferri verbo, licèt diffinitiua debeat in ſcri-

ſcriptis ferri. & Bald. latè defendit dicens eum rectius locutum Alexan. de Imol. in d. l. patris. colum. 2. Niſi tamen iure actionis petitæ eſſent: vt per Alexand. ibi & Iaſ. in d. §. vbi decretum, & dices aliàs ſuo loco.

Secundò infertur, quòd † præceptum iudicis factum in confeſſum, videlicet de ſoluendo infra decem dies, cùm ſit interlocutoria, non requiret ſcripturam, vt per Ioan. de Imol. in d. l. patris. & per Iaſo. in d. §. vbi decretum. & in d. §. curare. in vlti. verſic. Inſtit. de actio. & Domi. de S. Gemin. latè poſt Do. de Rota. in d. c. fin. colum. fina. 113

Tertiò infertur, quod abſolutio ab obſeruatione iudicis, cùm ſit interlocutoria, ſaltem reſpectu huius ſolennitatis, quod poterit ferri verbo & ſine ſcriptis, Barto. in l. Titia. colum. 1. ff. de accuſatio. relatus ab Alexand. in l. iuſtè poſſidet. column. 3. ff. de acquirend. poſſeſſion. & à Iaſ. in d. §. vbi decretum. & in d. §. curare. ad finem. Sed fortè non eſt verum per ea, quæ dices paulò poſt de interlocutoria habente vim diffinitiuæ. Quædam tamen interlocutoriæ ſunt neceſſario in ſcriptis ferendæ, vt eſt ſententia excommunicationis etiam nil diffiniens, ſuſpenſionis, & interdicti, c. 1. de ſen. ex. lib. 6. & ſententia primi & ſecundi decreti propter earum grauitatem & præiudicium, vt per Iaſ. in d. §. nec quicquam. Domi. de S. Gemi. tamen non relatus à Iaſ. in hoc tenet contrarium in d. c. fi. in fi.

Item illa quæ habet vim diffinitiuæ, quæ vt diffinitiua regulari debet, vt eſt gloſſ. ſingularis in c. fin. in ver. inanes. de elect. libr. 6. quam dicit reputari ſingularem Alexan. in l. ſtipulationum aliæ. in princ. colum. 2. de verb. oblig. ff. facit alia gloſſ. reputata ſingularis. in Authen. habita. gloſſ. fina. C. ne fil. pro pa. & glo. in l. intra vtile. in princ. gloſſ. 1. in fin. ff. de mino. de quo per Alexan. & Aret. in d. l. ſtipulationum aliæ. & per Felin. in rub. de re iudic. extra col. 2. & 3. cum concor. per eos adductis.

Secundò principaliter aduerte, ſpeciale eſſe in quibuſdam diffinitiuis, quod non ſit neceſſe eas ferri in ſcriptis, de quibus per gloſſ. in §. curare. Inſtit. de acti. & per gloſſ. ordi. in d. c. fina. cui adde quod idem eſt in notorio ſecundum Innocen, in c. ex parte. in 1. de verbo. ſignific. Ioan. Andr. & Dd. in c. veſtra. de cohabi. cle. & mulie. Domi. de S. Geminia. in d. c. fina. Imo. & Felin. in c. euidentia. de accu. & Bald. in l.

 presby-

presbyteri.col.2.C.de epiſc.& cleri.Vnum etiam caſum colligunt.glo.fina. & Barto.ex text.ſingulari & nota.l.fina. in fin.C.de priui.ſco.libr.12.valet de conſenſu partiũ poſſe ſententiam ferri ſine ſcriptis,quem text. dicit nota. & ſingularẽ Iaſ.in d.§.curare.col.fina.ſic ſimpliciter pertranſeundo: ſed certe contrarium tenet glo.in c.de cauſis.de off.deleg.& glo. in d.c.fin.quam vide. & glo.in Cle.ſæpè.gloſſ.fin. de verbo. ſigni.& vtrobique Dd. & contrarium dicit verius idem Iaſ. in d.§.vbi decretum.col.11.Anto.de Tremo.

r *Vel æquipollens* Vt putà dicit iudex, credo Titium debere decem Meuio: quia tenet talis ſententia, gloſ.eſt ſingularis in l.diem proferre.§. ſi plures.gloſſ.mag.ff.de arbi.quam dicunt ſingularem Ang.Imol.Ludo.Ro.Alexan. & Iaſ.in l. 1.ff.de re iudic. & tenent multi ſcribentes per Iaſ. relati per iura ibi allega.ſignanter per text.in l. ſi quis filio exhæredato.§.irritum. ver.& credo.vbi Ang.& Imo.ff.de iniuſto rup. & irri. fact.teſt.

Idem ſi dicat, non video cur Titium non condemnem: quia tantundem eſt,ac ſi diceret, condemno.l.1.§. ſi quis ita. & ibi Bar.& omnes.ff.de verbo.oblig.Alexan.& Iaſ.in d.l. 1. ff.de re iudi.

Idem & tertiò,ſi dixerit,videtur mihi Titium debere &c. l.quid tamen.§.ſi arbiter.& ibi Bart.ff.de arbi. Imo. Rapha. Cuma.Ludo.Roma. & Modern. in d.l.1. & eſt tex.melior de iure.in l.diui fratres.§.1.in verſi. pronunciare debebunt &c. ff.de libe.cau. quem ita appellat Iaſ. in d. l. 1. dicens mirari quod Dd. non allegent. & text. in c. 1. vbi Panorm. notat. de iudic. Idem & quartò,ſi in actione reali dixerit,pronuncio rem eſſe petitoris, licèt de reſtitutione verbum nullum faciat,l.ſi inter me.ad fin.ff.de excep. rei iudi.

Idem quintò, ſi per iſta verba ſtatuimus,præcipimus,ordinamus,per quæ poteſt diffinitiua ferri, text. in c. in his. de verbo.ſigni.& ita vſus obſeruat. Idem & ſextò,ſi dicat,imponimus tibi ſilentium. glo.ſingularis in l. Aurelius.§. centum.glo.fi.ff.de lib.leg. quam dicit ſingularem de iure ciuili.Iaſ.in d.l.1.col.fin.

Vltimò poteſt ferri per hæc verba, pronuncio Titiũ condemnandum, ſecundum Angel. Imol. Ludo.Ro.& plenius Alex.in d.l.1.in fi. Sed quia non eſt ſine dubio ad tollendam omnem ambiguitatem dicunt iudices, pronunciamus Titiũ

fore

fore & eſſe condemnandum, & quem præſentis ſententiæ tenore condemnamus. De † iudice autẽ appellationis quomodo pronunciare debeat, habes glo. in l. 1. ff. de re iud. & in l. eos. in prin. C. de appel.. & in l. preſes. C. de ſen. & inter. om. iudi. quæ volũt, quod ſufficit iudicem appellationis pronunciare benè vel malè appellatũ: licèt aliter nõ condemnet nec abſoluat, licèt conſultius faciat, ſi vel condẽnet vel abſoluat. Glo. tamẽ reputata ſingularis in l. Offidius. in ver. appellaſſe, de leg. 3. intelligit ſub dubio fortè, niſi prima ſentẽtia, à qua fuiſſet appellatũ eſſet abſolutoria: quia eo caſu ſi iudex pronunciet bene appellatũ, deberet etiã appellatũ condemnare. & illã gl. dicit ſingularẽ Alex. in l. in ſumma. in prin. ff. de re iud. & eam ſequitur Bart. in l. cùm apud. colum. 1. ff. iudi. ſol. & in l. 1. §. libelli. ad fin. ff. de appell. ſed Dd. communiter tenent contrarium, prout contrarium Iaco. Butr. Bart. Bald. Imo. & Alexand. in d. l. in ſumma. in princ. & Iaco. But. Bart. Bald & alij in d. l. eos. in princ. & Panorm. in c. cũ Bertoldus. de re iudic. Anto. de Tremo. 115

f *Quantitatem certam.* Iſtud poſuit latius Specu. in titu. de ſenten. §. qualiter. ver. item debet eſſe certa. & de hoc articulo ſcripſit Bar. in l. 2. & 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. & in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic. & vtrobiquè per alios ſcribentes. Ex quorum dictis ibi & alibi ſępè. & Cano. in c. cùm venerabilis. de excep. collige quod quandoque † ſententia fertur ſuper iudicio vniuerſali vel generali, & tunc ſicut petitio & proſequutio ſunt incertæ, ita & ſentẽtia poteſt ferri incerta, ſed poſtmodũ in executione certificabitur ꝑ iudicem qui habet exequi per ea quę notan. per glo. & ſcriben. in l. 1. in prin. glo. mag. ff. de eden. & per gloſſ. Bart. & alios in l. 2. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. profer. & in d. l. ait prætor. §. 1. 115

Licèt Bart. in d. l. 1. in princ. col. 2. verſi. & aduerte. voluerit conſtituere differentiã inter iudicium vniuerſale, vt petitionem hæreditatis, & generale, vt actionẽ tutelæ, videlicet vt in primo petitio, proſecutio, & ſententia incertæ admittantur. Sed in generali licèt petitio admittatur incerta, proſecutio tamen debeat eſſe certa, vt certa poſſit ferri ſententia. *Attamen idem Bartol. in d. l. 2. & in d. l. ait prætor. §. 1. ſimpliciter dicit idem eſſe in vtroque iudicio videlicet vniuerſali & generali, vt in vtroq; poſſit incerta ferri ſententia: putà condemno te ad reſtituendũ hæreditatem quondã talis

Sempronio, & condemno te ad reddendum rationem tutelæ:.& ſic de ſimilibus.

Et hanc vltimam ſententiam Barto. tenent Bald. Ange. Rapha. Alexand. & Iaſ. in d. l. 1. in princi. contra Barto. ibi & Bald. in l. edita. in repe. Peru. colum. 8. verſicu. ſed nunquid idem eſt in generali. & ibidem Salic. C. de edend. & Alex. & Iaſ. in vltimis columnis, in d. l ait prætor. §. 1.

In ſimplicibus autem ſiue ſingularibus iudicijs diſtingue, quod vbi fuit incerta, & ſimiliter proſecutio, vt quia petebatur indemnitas vel intereſſe, & tunc valet ſententia incerta, poſtea per iudicem certificanda: vt l. 2. C. de ſenten. quæ ſine cert. quan. Aut fuit petitio certa: & tunc certa debet ferri ſententia. §. curare. Inſti. de acti. cum ſimili.

116 Intellige † tamen de per ſe vel per relationem ad acta, d. l. ait prætor. §. 1. & l. 3. C. de ſenten. quæ ſine cert. quanti. & l. in ſumma. ff. de re iudica. Quod clarè procedit, vbi ſententia facit expreſſam relationem ad aliqua acta, in quibus reperitur certa quantitas: quia ſententia dicetur certa ſiue illa acta ſint aſſertoria ſiue probatoria: vt dicta l. in ſumma. putà condemno te ad petita vel ad contenta in libello: paria enim ſunt aliquid eſſe expreſſum in ſententia, vel quod ſententia ſe referat ad acta certum continentia: vt dixi ſupr. titu. proxi. verſicu. idem dico. In verbo errore. Si verò illa acta, ad quæ fieret relatio etiam non continerent certum indubiè non teneret ſententia. l final. C. de ſent. quæ ſine cert. quanti.

Sed dubium eſt, quando ſententia non ſe refert expreſsè ad aliqua acta, ſed ſimpliciter dicit, condemno te ad ſoluendum id quod debes, & in actis eſt certa quantitas, an valeat, in quo caſu gloſſ. variarunt: ſed dic ex doctrina Bartol. in d. l. ait prætor. §. 1. & in dicta l. 3. C. de ſen. quæ ſine cert. quanti. quod quandoque quantitas eſt certa in actis probatorijs, putà in depoſitionibus teſtium, vel in inſtrumentis publicis, & tunc valebit ſententia, quaſi tacita relatione facta ad illa acta fidem facientia, & ita procedit gloſſ. in d. §. curare. & gloſſ. in l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de arbi. pro quibus text. in d. c. cùm venerabilis. de except. vbi hoc tenet Innocen. Quandoque verò continetur certa quantitas in actis non facientibus fidem ſine aſſertorijs, putà libello vel poſitionib⁹ ipſius actoris: & tūc ſentētia ſit nulla: & ita procedat

cedat gloſſ. in l. 3. gloſſ. 1. C. de ſenten. quæ ſine cert. quan. & cum hac concordia Bartol. tenent communiter Dd. Bald. Imol. Alexand. & Iaſ. colum. 4, in d. l. ait prætor. §. 1. & Bald. Salice. & Fulg. in d. l. 3. & Imo. in d. l. in ſumma. & in c. illa. de accuſatio. & Anton. de Butrig. & Panorm. in d. c. cùm venerabilis. & dicit Alex. quòd iſta ſententia Bart. eſt communis: & ſeruaretur in practica ſecundum Ang. Aret. in d. §. curare. licet dicat opinionem Rapha. Cuman. contrarium tenentis in d. l. ait prætor. §. 1. eſſe de iure veriorē. ad cuius motiua Alex. ibi reſpondet. Aduerte autem ad prædicta primò, quoniam illud, quod dicimus ſententiam debere ferri certā, eſt verum in negotio principali: ſecùs enim in acceſſorijs, in quibus benè poteſt ferri ſententia incerta, putà ſuper fructibus damnis intereſſe & expenſis ſecundum Inno. in c. tanta. de exceſ. prælato. & in c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpol. & in c. finem. de do. & contum. quem ſequuntur Imo. & Alex. in d. l. in ſumma. vbi plenè Alex. tangit & tenet Bart. de expenſis loquens in l. terminato. in verſi. venio ad quæſtio. C. de fruc. & lit. expen. & ibid. Bald. generaliter de acceſſorijs loquens in vltimo nota. dicit ibi eſſe tex. quòd valet ſententia incerta ſuper acceſſorijs: & ita etiam limitat Iaſ. in d. l. ait prętor. in prin. in vlt. verbis.

Secundò aduerte ad id, quod dixi ſufficere ſententiam † 117 ſe referre ad acta continentia certam quantitatem, intellige de actis illius cauſæ: ſecùs enim ſi ſententia ſe referret ad aliquod inſtrumentum in actis non productum, quoniam non valeret ſententia. iſta fuit ſententia gloſſ. & communiter Dd. in d. l. ait prætor. in princi. ita intelligentium illum text. videlicèt quòd teſtamentum & codicilli, de quibus ibi fuerant in iudicio producti. Iſta fuit etiam ſententia Ioann. Andr. & quidem apertior in addi. ad Spec. in tit. de ſent. pro la. §. qualiter. ver. quid ſi iudex. in add. incip. hunc finem, dicentis, quàm ſententia remanet incerta, ex quo ex verbis ipſius ſententiæ, vel ex actis eiuſdē inſtantiæ non habetur certitudo. Et iſtud tenent etiam Ant. de But. Io. de Imo. & Pan. in pe. col. in d. c. cùm venerabilis. & Panor. & Mar. Soz. in d. c. illa, de accu. Ang. & Imo. in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. & Lud. Rom. & Aret. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obl. & Ang. Aret. in d. §. curare. & Alex. de Imol. in duob. conſi. relatis à Iaſ. in d. l. ait prætor. §. 1. in quib⁹ dicit iſtā eſſe communē, &

eandem dicit eſſe communem, & ab ea non eſt recedendum. in conſulendo & iudicando, Iaſ. ibi in 4. col. licèt Alexand. ibi poſt Inno in d. c. cùm venerabilis. teneat contrarium. de quo Iaſ. dicit ſe mirari, & contrarium etiam tenuerunt nonnulli alij relati ab eiſdem, & à Felyn. vbi plenè citat ſcribentes de hoc articulo, in d. c. cùm venerabilis. colum. 16. verſic.
118 adde ſecundò. vbi ſequitur opi. Inno. dicentis non † eſſe neceſsè inſtrumentum eſſe productũ in actis, & propterea ſententiam non eſſe nullam: quam tamen declarat, dummodò ſaltim eſſet in actis allegatum, próut dicit etiam velle Saly. in d. l. 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. & idem Fely. in d. c. illa. propè finem ſimpliciter dicit veriorem opinionem Innoc. in d. c. cùm venerabilis. quod valeat ſententia ſe referens ad ſcripturam, quæ non fuerit in actis producta: & pro ea eſſe caſum ibi, & in d. l. ait prætor. in princ. Tertiò aduerte: quia eſt dare caſum, in quo incertitudo temporis non vitiat ſen-
119 tentiam, putà dicit iudex, bannio † te ad tempus, certè valebit talis ſententia incerta: quia ius illam certificat, & intelligetur de decennio. Iſte eſt tex. not. & ſing. & fortè non habens concordantem ſecundũ Bar. ibi in l. ſine præfinito tempore. ff. de pœn. quem etiam dicit non eſſe alibi Bal. in l. 1. C. de poſtu. & in c. ex literis. col. 5. de conſti. vbi cano. & ſequitur Iaſ. in d. l. ait prætor. §. 1. col. fi. & in d. §. curare. verſ. nunquid autem. Ant. de Tre.

t *Conditio apponatur.* Iſtum verſicul. poſuit Specul. in tit. de ſenten. prola. §. quoniam. verſic. Item ſi ſit lata in quo. §. tractat de his quæ ſententiæ mero iure validæ impugnantur, non autem poſuit in §. iuxta, eod. titul. in quo ponit eas cauſas nullitatis, quas author iſte hic inſerit, quaſi innuat Specul. ſententiam latam ſub conditione ob id, quod eſſe ipſo iure nullam ſed mero iure valere ſi non appelletur: licèt tandem ipſe Speculator videatur ſequi hunc authorem, quod hodie non valeat mero iure.

In hoc autem articulo breuiter pertranſeundo, tu diſtingue poſt gloſſ. Bartol. Angel. Imol. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in 8. colum. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. poſt glo. Bar. & Pau. de Caſt. in §. biduum. hic alleg. & gl. nota. & menti tenendam Bart. Bald. Ang. Paul. & Saly. in l. cùm iudex. C. de ſenten. & interlo. omn. iudicum. & can. in
120 c. præterea. in 2. de appel. quod † aut quærimus de interlocu-

toria

toria ſententia, & illa poteſt ferri ſub conditione, vt eſt glo. not. ſecundum omnes in d. §. in venditione. in ver. interloqui. in 2. ſol. benè facit gl. in l. ea quæ. glo. fin. C. ſi mand. ita fuer. alie. vt ma. volens valere citationem ſub conditione factam compareas ſi manumiſiſti.

Aut quærimus de diffinitiua, & tunc aut eſt conditio de præſenti, vel de præterito: & quia propriè illa non eſt conditio: nec ſuſpendit actum, l. cùm ad præſens. & l. ſequen. & ſequen. ff. ſi certum petatur. valebit ſententia, vt dicit gloſſ. in 3. ſolutione. in d. §. in venditione. & gl. in c. biduum. 3. q. 6. Aut eſt de futuro, & tunc diſtingue, quòd aut eſt conditio extrinſeca, putà ſi Papa Peruſium venerit, quo caſu licet Petr. de Bel. Pertic. & Bald. in l. non dubium. in 5. oppo. C. de legi. & Bald. in d. l. cùm lex. verſic. modo reuoco. tenuerint non valere ſentẽtiam: quia ſuper hoc non eſt acceptum iudiciũ, tamen glo. Cy. Bartol. & Sali. in d. l. cùm iudex. & Cy. in d. l. non dubium. & gloſſ. Bart. Ange. & Paul. de Caſtr. in d. §. biduum. & Ange. Paul. Alexand. & Iaſ. in d. §. in venditione. tenent talem ſententiam mero iure valere, & in rem iudicatã trãſire, licèt ſic ferri nõ debuerit niſi fuerit ab ea appellatum. quo caſu abſque probatione alterius grauaminis, & abſque alia cauſæ cognitione ſuper iuſtitia ſententiæ ex eo ſolo, quod reperitur lata ſub conditione extrinſeca, & negotium non tangente, debet talis ſententia per iudicem appellationis tanquàm iniqua retractari, per d. §. biduum. ſecundum Dd. præallega. Aut illa conditio de futuro, ſub qua ſententia eſt lata, eſt intrinſeca, negotium, de quo agitur, concernens, & ſecundum naturam actus ſiue dependens ex his quæ in iudicio deducta ſunt, putà dicit iudex deferimus iuſiurandum actori, & ſi iurauerit, condemnamus Reum, &c. & hoc caſu valet, gloſſ. Bartol. & alij in d. l. cùm iudex. & in d. §. bidum. & probatur in d. c. præterea. & ideò dicebat Bald. in d. l. 2. C. vt lit. penden. quòd ſi iudici appellationis non poſſit conſtare de ſententia, à qua eſt appellatum, putà, quia non eſt pars aduerſa, quæ poſſit ſuper illa interrogui, poterit ipſe iudex pronuntiare, hoc modo: ſi talis ſententia reperiatur lata, eam infirmo vel confirmo: quia conditio eſt intrinſeca: & ita dicit notare Inno. in c. g. perpetuus. de fid. inſtru. & Bal. ſequitur Iaſ. in d. §. in venditione. col. penult.

Simi-

Similiter dicit Bald. in d. l. cùm iudex, valere in criminalibus ſententiam conditionalem, puta condemno te ad centum, quam ſummam ſi infra decem non ſolueris, condemno te ad amputationem pugni, per gloſ. nota. ibi dicit Bald. ita practicari: & idem tenet Bald. in 3. in pen. col. verſicul. 5. quæro. C. ex quibus cau. infa. irro. vbi dicit cautius eſſe ferre vno contextu ſententiam bimembrem, quàm ex interuallo commutare pœnam pecuniariam in corporalē. De illa autem cōditione de futuro licet intrinſeca, ſi actor probauerit decem ſibi deberi, vel ſi probauerit intentionem ſuam, condemno Reum, vtrùm vitiet ſententiam, eſt dubitatio apud Dd. vt per Alex. in d. §. in venditione. & latiùs per Iaſ. poſt alios in l. ait prætor. §. 1. eod. tit. ſcilicèt de re iudi. & Ang. & Alex. in l. qui Romæ. §. Augerius. de verb. oblig. & licèt Alex. in d. §. 1. & in d. §. in venditione, & in d. §. Augerius, tenuerit poſt multos per eum allegatos, quod indiſtinctè talis ſententia mero iure teneat, niſi appelletur ab ea, hac ratione: quia ſi valet lata ſub conditione extrinſeca, vt prædiximus, ita debet tenere ſub conditione intrinſeca, reuocabitur tamen per iudicem appellationis ex eo ſolo grauamine, vt prędiximus. Attamen Iaſ. in d. §. 1. ſequitur opi. Bar. ibi & eiuſdem Bar. in d. l. cùm iudex. & Pau. de Caſt. in l. continuus. in prin. ff. de verb. oblig. & Ioan. de Imo. in d §. Augerius. dicentium talem ſententiam non valere, cum ipſa conditio non poſſit impleri ſtatim poſt ipſam ſententiam, per d. l. cùm iudex. & quia videtur lata contra ius conſtitutionis, ex quo refertur ad futuras probationes, quæ poſt ſententiam fieri non poſſunt, immò nec poſt concluſionem in cauſa c. paſtoralis. de excep. & l. peremptorias. C. ſenten reſcin. non poſſe.

De ſententia verò lata ſub conditione ſi eſt probatum, cùm ſit de præſenti & intrinſeca, omnes tenent cum Bar. in d. §. 1. quod valeat exceptio Cuma. & Pet. Bel. quorum fundamentis Alex. & Iaſ. ibi reſpondet. Item aduerte ad id, quod ſuprà dixi, valere †ſententiam latam ſub illa conditione, ſi iura-
121 uerit actor ſibi deberi, vel ſi iurauerit Reus ſoluiſſe, eum abſoluo, quod hoc procedit, ſi iurauerit ſtatim ſiue incontinenti lata ſententia, ſecùs ſi ad alios actus diuerteretur, per l. generaliter. in fi. prin. C. de reb. cred. & notant Bar. & Dd. in d. l. cùm iudex.

122 Item aduerte, dum dicimus valere ſententiam †latam ſub conditio-

conditione, hoc non procedit, quando conditio eſſet falſa: quia illa diſtinctè reddit ſententiam nullam, per tex.not. in l.qui teſtamento ff.de excuſ.tuto. vbi prætor ita pronunciauerat, ſi legitimum tutorem habenti tutor datus es, non eſt tibi neceſſaria excuſatio: ſi falſum ſit pupillum habuiſſe tutorem legitimum ſententia non tenet, ita per text. limitat Alexand. in d.§.in venditione.colum.8.referens Ang.in d.l. qui Romę.§.duo fratres dicere hoc eſſe legiſtis incognitum. ſed hoc apertè vult gloſſ. in d. l. qui teſtamento. Secundò ibidem limitat idem Alexand.niſi ſententia eſſe lata ſub cõditione impoſſibili:quia redderet ſententiam ipſo iure nullam,argum.l.fin.ff.quæ ſenten.ſine appella.reſcin. vbi præceptum iudicis impoſſibile nullius eſt momenti: & hoc etiam tenet Imol.in l.final. ff. de condi. inſtitu. & ad motiua Ludo.Rom.tenentis contrarium in l.impoſſibilis. ff.de verbor.oblig.reſponde vt per Alexand.vbi ſup. Qui etiam tertiò limitat in ſententia decreti trahentis ſecum executionẽ: quia conditio illam vitiat.l.muto.§.ſi ſub conditione. ff. de tute.per quem dicit ibi Bald.quod decreta iudicum, quæ de ſui natura debent ſecum trahere executionem, ſicut decretũ tutelæ & curæ, ſi in eis inferatur cõditio,peccatur in forma: & ideò ſunt nulla. Ant.de Trem.

V *Contra ſacras conſtitutiones* Quia ſuprà titul. proxim. ver. Idem dico,in verſ. vel errore late dixi de ſententia per errorem facti lata. Nunc reſtat hic dicendum cum authore de ſententia continente errorem iuris expreſſum. vnde fac regulam,quòd ſententia † continens errorem iuris expreſſum 123
eſt ipſo iure nulla,quia dicitur lata contra ius cõſtitutionis iura hic allega: & per c.1.de re iudi. Declara primò extendendo,nedum quãdò eſſet lata contra legẽ iuris communis, verumetiam ſi contra legem municipalem ex mẽte Bart.Ang. Pau. Alex.& Iaſ.in l.cum prolatis.de re iudi. vbi Iaſ. in 3.colum.ver.item ex dictis ait.Ex dictis Bar. habes notare, quod ita redditur nulla ſententia, ſi cõtineat expreſſum errorẽ iuris municipalis,ſicut ſi iuris communis.Et ita in ſpem traditur Bal.in l.2.C.quando prouo.non eſt neceſ. hic alleg. dicẽs quòd ſentẽtia lata contra tenorem ſtatutorum redactorum in volumine non valet.& idem tenet Pa.& Fely.in d.c.1.col. 1.de re iud. Secundò extende etiam in conſuetudine notoria in populo & iudicio,ſecundũ Cy.&Bal.in d.l.2.per l.de quibus

bus. in fi. ff. de legi. & in c. 1. de conſti. lib. 6. conſuetudo enim notoria habet vim legis: ſecùs ſi eſſet non notoria: quia illa eſt probanda, cùm ſit facti. & iudex poteſt illam probabiliter ignorare, l. 2. ff. de iur. & fac. ign. & d. c. 1. & hanc ſententiam Bal. ſequuntur Ang. Rap. Cu. & Alex. in 3. col. in d. l. cum prolatis. Pan. & Fel. in 2. col. in d. c. 1. benè facit æquiparatio quam facit Bald. in l. vna. in fin. C. vt qui deſunt aduo. dum dicit quòd ſicut iudex poteſt ſupplere in his quæ ſunt iuris, ita in his quæ ſunt conſuetudinis notoriꝫ, & quꝫ verſatur in foro, de quo eſt tex. ſecundum Bald. & Sal. ibi in Auth. iubemus. C. de iudi. vide per Alex. latè in d. l. vna. §. facit etiam quòd vult Bal. in rubr. de conſuet. recti feud. quòd ſicut non licet ignorare leges generales, ita nec conſuetudines generales. & alia multa pro hac parte adducit Felyn. vbi ſuprà.

Tertiò procedit nedum in ſententia iudicis, verum etiam in ſententia arbitrij, vt ſententia per eum lata contra ius iuris errore expreſſo ſit nulla, vt voluit gloſſ. in l. 3. in prin. in ver. commiſſæ. & in l. diem. §. ſtari. gloſſ. 1. ff. de arbi. Siue ſit arbiter partium voluntate electus, ſiue arbiter iuris, ſecundum Felyn. in d. c. 1. colum. 3. ver. amplia quartò poſt Imol. in c. 1. colum 10. de conſti. Quartò procedit, etiamſi error iuris expreſſus in ſententia poſſet aliquo caſu ſpeciali ſaluari, putà iudex dicit ſeruum torquendum in dominum, licèt aliquibus caſibus poſſit contra dominum torqueri ſententia, tamen eſt nulla, per gloſſ. in l. 2. ff. de appel. reci. gloſſ. fin. vel iudex pronuntiauit filiumfamilias potuiſſe teſtari: licet hoc poſſit aliquo caſu ſaluari, putà in caſtrenſibus vel ad pias cauſas, non propter hoc valebit ſententia, imò erit ipſo iure nulla, ſi de illo caſu faciat mentionem expreſſam: Ita voluit Mat. mate. not. ſuo. 19. incip. nota quod ſententia adducens pro hoc not. per Innoc. in c. prætereà. de dila. & per Bar. in l. 2. col. 1. ſi quis in ius voc. volẽtes, quod ſi citatio in fiat die feriata ſit ipſo iure nulla, licèt poſſet aliquo caſu fieri. & ita per multa firmat Fely. poſt Dd. in d. c. 1. colum. 3. verſic. amplia quintò ſignanter, per text. in c. Quintauallis. de iureiur. vbi eſt illicitum iuramentum de exhæredando, licèt aliquo u ſit permiſſum.

124 Reſtringe nunc hanc regulam, quando talis † error iuris eſſet ita expreſſus, quod oculo corporali legi poſſit: ſecùs enim ſi oculo mentali ſiue ex mente & intellectu percipiatur,

ſecun-

ſecundum Innocen. & Hoſtien. in c.p. & g. de offic. delegati: quos ſequitur Antonius de Butr. in c. ab excommunicato. de reſcrip. dicens. Iſtud dictum eſſe ſingulare & perpetuò menti tenendum. & idem Anton. in c. 2. de teſti. cogen. & in d. c. 1. vbi etiam Ioan. de Imol. Panorm. & Felyn in 8. colum. de re iudic. & Alexand. & Iaſ. in d. l. cùm prolatis. vbi Iaſ. inquit illud dictum Inno. famoſum. & idem Iaſ. in l. vna. col. 3. C. de erro. cal. & Alexand. de Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. 22. & 28. & ibi Iaſ. colum. 21. ſecundum nouas impreſſiones. ff. de verbor. obligat. cum concordantijs ibi per eos traditis. Et dicit Iaſ. pro hoc d. Innoc. allegare duos tex. quos ſuis locis etiam notat ab expreſſo. Dom. de ſanct. Gem. pro illo d. Innoc. in c. ſolet. in princip. ibi vel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſet patenter expreſſum. de ſenten. excommun. lib. 6. & in c. venerabilibus. §. fi. eod. tit. & libr. Secundò reſtringe, quando iuris error expreſſus eſſet talis, quòd de eo eſſet caſus expreſſus & ſpecificatus ſiue in terminis, ſecùs ſi alio modo probaretur ex lege, putà per ſimile. Iſta fuit doctrina Innoc. in c. cum ſpeciali. in princip. de appell. Bald. in l. 2. verſic. vltimo nota. poſt Iacob. de Are. & Cy. ibi. C. quando prouo. non eſt neceſ. hic alleg. Anto. de Cut. Panor. & Fely. col. 9. in d. c. 1. & Alexand. de Imo. in d. §. duo fratres. colum. 22. Tertiò reſtringe quando ille error exprimeretur circa pertinentia ad cauſam, & illius merita: ſecùs ſi non concerneret merita cauſę, putà dicit iudex in ſua ſententia in ſcriptis lata, condemno Titium ad decē, & poſtmodum ſubiungit: non oportet diffinitiuā ferre in ſcriptis, vel ſubiungeret pupillum filiumfa. poſſe teſtari, talis enim error impertinens non redderet ſentētiam nullā, ſecundum Innocen. Ant. de Butr. & alios in c. per tuas. de ſen. excom. & Alex. in d. l. cùm prolatis. col. 3. & Fely. in d. c. colum. 8. Quartò intellige, quando ille iuris error concerneret totam ſententiam: vt quia in ea eſſet vnum ſolum caput indiuiſibile, tunc ille error iuris expreſſus vitiaret totam ſententiā: ſecùs ſi in ſentētia eſſent plura capitula, & error eſſet expreſſus circa vnū caput: quia quòad alia mero iure valeret: ſententia † enim pro parte ſiue ſuper vno capitulo poteſt eſſe valida, & pro parte nulla, vt eſt tex. ſingularis aureus & menti tenendus, ſecundum Bald. ibi in l. quædam mulier. vbi etiam Bart. not. ff. famil. herc. & voluit in ſpecie Bald. in l. vna. 125
colum.

colum.2.C.de erro.cal. & tenent Panor.& Fel.col.6. in d.c.1.
126 Quintò intellige, niſi in ſententia † cum illo errore iuris expreſſo eſſet etiam expreſſa alia iuſta cauſa & iuri conſona: quia ſentētia ſuſtineretur ex alia iuſta cauſa, per tex. ſingularem. in c. per tuas. qui filij ſint legitim. quem ad hoc ponderat Anton. de Butr. in d. c. ab excommunicato. de reſcript. & dicit eſſe ſingularem pro ſingulari dicto Innocen. qui hoc tenet expreſſe in c. in præſenti. de renun. quod dictum Inno. Ioann. de Imol. in l. ſi plagij. ff. de verbor. obliga. dicebat eſſe legiſtis communiter incognitum, & hoc etiam voluit Ioan. Andr. in c. cùm inter. vbi etiam alij ſcribentes. de iudi. Anto. de But. Pa. & Fely. latè in 5. colum. in d. c. 1. & ſequitur Alexand. ita limitans dictam regulam in d. l. cum prolatis. colum. 4. in d. §. duo fratres. colum. 27. vbi etiam & Sexto limitat dictam regulam poſt Iaco. But. in l. 2. §. ignominiè. ff. de his qui notan. infa. non procedere, quando iudex expri-
127 mens † cauſam erroneam in iure, propter quam ſententia reddebatur nulla, adieciſſet dictionem, maximè, vel præſertim: quia cùm iudex non videatur tunc ſe aſtringere ad illam cauſam erroneam expreſſam, ſuſtinebitur ſententia. & hoc idem ſecundum eum voluit Panorm. in c. ſicut. de re iudi. reiecta diſtinctione tradita per Anto. de But. in d. c. ab excommunicato. quam ibi reprehendit Alexand. vbi ſupr. reſpondens ad iura per Anto. alleg. & idem ſentit Iaſ. ibidem colum. 22. adducens Pa. in c. ex parte. de conceſ. præben. ideò dicit Alexand. vbi ſuprà, conſilium eſſe, quòd iudex & conſultor quando exprimunt cauſam adijciant dictionem maximè, & idem vult ibid. Iaſ. dicens poſt Imol. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hær. quod fatuus eſt iudex, qui cauſam exprimit in ſentētia, niſi adijciat dictionē maximè vel pręſertim.
128 Septimò reſtringe, quandò † ſententia eſſet lata contra ius legis clauſæ in corpore iuris, vel contra legem municipalem clauſam in volumine ſtatutorum: Secùs enim ſi eſſet iudicatum contra conſtitutionem extrauagantem, non clauſam in corpore iuris, vel contra reformationem non clauſam in volumine ſtatutorum: quia tunc ratione incertitudinis & probabilis ignorantiæ mero iure valebit ſententia, per tex. in d. l. cùm prolatis. ſecundum 2. lecturam glo. quam ibi tenent Bartol. & omnes & Bartol. Bald. & cęteri in d. l. 2. & Cano. in c. paſtoralis. de fide inſtrum. & in d. c. 1. vbi latè
Fely.

Fely. in 6. & 7. colum. vide etiam per Alex. & Iaſ. in d. l. cùm prolatis, per Dd. per eos adductos. Ex quorum dictis declara iſtam limitationem, niſi talis extrauagans eſſet notoria in loco, vel de ea eſſet facta fides in iudicio: quia contra illam lata ſententia erit nulla: ſicut ſi contra legem ſcriptam à caſſante ratione incertitudinis & probabilis ignorantię, prout ab expreſſo voluerunt Anton. de Butrig. & Imol. in prœmio decreta. in §. ſanè. per text. in c. cùm inter. de re iudic. & in final. de coha. cle. & mulic. quos referunt & ſequuntur Alexand. Iaſ. & Felyn. in locis præallegatis.

Octauò reſtringe, quandò illa lex, contra quam ſententia eſt lata, fuiſſet recepta, & poſita in obſeruantia, alias non haberet vim legis, vt eſt gloſſ. ſingularis ſecundum Fely. ibi. col. 3. verſicul. lex noua. in c. 1. in verſi. frangere. de treuga & pace. quam totus mundus allegat pro ſingulari, & magiſtra. & eam Dd. communiter approbant. Et ideò ſententia contra illam lata errore expreſſo non erit ipſo iure nulla. ita limitabat Petrus de Anchar. in Clemen. 1. de rebus eccleſ. non alienan. idem dicens in ſtatuto non recepto, & Petr. ſequitur Alex. in d. l. cùm prolatis. in duobus locis, vbi etiam teſtatur d. gloſſ. reputari ſingularem, & tenet Fely. in d. c. 1. col. 7. verſic. intellige. de re iudic.

Nonò reſtringe, quandò illa lex vel conſtitutio, contra quã eſt lata ſententia expreſſo iuris errore eſſet clara & indubitata: Si enim eſſet ambigua & habens varios intellectus, tunc ſententia contra illam lata mero iure teneret & tranſiret in rem iudicatam, ſi non eſſet appellatum: vt eſt tex. ſingularis ſecundum intellectum Iacob. de Aret. Bartol. & aliorum indifferenter ibi. in d. l. cum prolatis. quem ad hoc reddunt ibi ſingularẽ Imol. Alex. in prin. & Iaſ. col. fi. quẽ etiam intellectũ tenuerũt Cy. Bar. & Bal. in d. l. 2. & Bar. & alij in d. §. duo fratres. & Ant. & Imo. in c. 1. de conſt. & in d. c. ab excommunicato. & idem Anto. Imol. Pa. & Fely. in 8. col. in d. c. 1. cum concordan. traditis ibi per eundem Fely. & per Iaſ. in d. l. cũ prolatis. Iſtam autem limitationem intelligebat Ang. in d. §. duo fratres procedere, quando eſſet tanta varietas Doctorum circa intellectum illius legis, quòd nulla opinio erat cõmuniter approbata, tunc enim ſententia eſſet mero iure valenda: ſecùs ſecundũ eum, quãdò vna eſſet communis: quia contra illam lata ſententia redderetur nulla. allegat not. per

Imol.in c.ne innitaris.de conſti.& idem Ange. in l.4.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.infect. & licet Imo. ibi ſequatur, attamen idem Imol. Paul.de Caſtr. & Alexand.colum. 21.§. duo fratres.& idem Imo.poſt Anton.de Butr.in d.c.ab excõmunicato. & Alex. & Iaſ.col.fin.in d.l.cum prolatis. tenent indiſtinctè, mero iure valere ſententiam contra legem habentem varios intellectus latam, per tex. in d.§.duo fratres, & per d.l.cum prolatis. & ibi ſatis ſentit Bartol.in exemplis quæ ponit videlicèt de l.dos à patre.C.ſolut.matr. & de Authen.ex cauſa .C.de libe.præte. vel exhær. in quibus clarum eſt quòd vna magis communis opinio. Benè verũ eſt, quòd præmiſſa differentia Angel. vtrùm vna opinio ſit communis, vel non, eſt attendenda, dum quærimus, vtrùm iudex teneatur in ſindicatu: quoniam ſi iudicauit contra legem habentem varios intellectus, & nullus eſt communis, tunc excuſatur in totum, ſi ſequatur intellectum non bonum: quẽ tamen multi Dd. ſequebantur. Si verò vnus intellectus eſt magis communis, & iudex iudicauit contra illum, punietur mitius, quàm ſi iudicaſſet contra legem non dubiam, vt eſt gloſſ.in ver. videbatur. Inſti.de obliga. quæ ex quaſi delicto. in princip. ita nota. voluit Ange. quem ibi ſequuntur Alex. & Iaſ. in fin.colum. in d.l.cum prolatis. & voluit apertè Bar. in l.final.C.de pœ.iudi.qui malè.iud.

129 Vltimò aduerte, quia licèt † priuilegium dicatur priuata lex: attamen ſententia lata contra priuilegium alicuius mero iure tenet. & ſi ab ea non appelletur tranſibit in rem iudicatam, ſecundum Panorm. & Felyn.colum.9 in d.c.1. per c. ſubornatæ. eod. titul. de re iudica. & dicebat Panorm.in c. conſiderauimus.in 2.notabil. de electionibus. quod geſtum contra priuilegium non eſt ipſo iure nullum. Antonius de Trem.

x *Alij caſus* Specialis pater practicè in titul. de ſentent.§. iuxta.in princip. addit alium generalem caſum nullitatis, videlicèt ratione proceſſus, & poſtmodum in verſi.item eſt nulla.exemplificat, ſi ſit proceſſum lite non conteſtata, vel omiſſo aliquo de ſubſtantialibus iudicij ordinarij, de quibus in l.prolatam.C.de ſen.& inter.om.iudi. Ideò quia materia eſt in iudicijs verſatilis imitatus Speculatorẽ latius dico. Pri-

130 mò quòd iudiciũ & † ſentẽtia eſt nulla, quãdo fuit ꝓceſſum omiſſa citatione, vel citatio fuit inualida, l. ea quę. C.quom.

& quand

& quando iudi. & l. de vnoquoq;. ff de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adop. & C. ſi per vim vel alio modo. eſt enim citatio de ſubſtantiali ſolennitate iudicij, vbi pars non eſt præſens cùm de cauſa aliter cognoſci non poſſit, & ipſa cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia iudicij: ita Bar. in d. l. prolatam. poſt Spe. in princip. ſecundi libri. verſi. & nota. & Hoſt. in ſumma de re iudicata. Item citatio eſt neceſſaria ad conſtituendum aduerſarium in contumacia. vt dicit Bartol. in d. l. prolatam. ſed ſententia † aduerſus non contumacem lata eſt ipſo iure nulla, gloſſ. in l. ſi vt proponis. in 1. C. quomodo & quando iudi. igitur &c. Et nedum ſententia non præcedente citatione eſt nulla: verumetiam ſi citatio ſit minus legitima & inualida. iſta eſt gloſſ. ſingularis in l. ſi accuſatoribus. glo. fin. C. de accu. dicens quòd etiam in ciuilibus ſententia lata abſque legitima citatione eſt ipſo iure nulla. quam ad hoc dicit ſingularem Felyn. in c. quoniam contra falſam. colum. 8. de probatio. & dicebat Specul. in titul. de cita. in princip. quod citatio eſt fundamentum ordinis iudiciarij, quod procedit nedum in diffinitiua, verum etiam interlocutoria, quę affert præiudicium parti, vt eſt communis concluſ. Bartol. & communiter ſcribentium in l. nec quicquàm. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. & lega. Bartol. Imol. & aliorum in l. ſi opus. ff. de nou. oper. nuntiatio. & Bartol. & Dd. in l. quod iuſſit. ff. de re iudic. Ang. Imo. & cæterorum, in l. recuſare. ff. ad Trebel. & alibi ſæpè. quo caſu etiamſi in fauorem ipſius non citati lata eſſet ſententia, non valeret, vt dixi ſup. eod. titul. verſicul. ratione perſonæ litigatoris. Intellige tamen, quod is ſolum eſt citandus, cuius principaliter intereſt, non is, quem in conſequentiam negotium tangit: vt eſt gloſſ. ſingularis ſecundum Imol. ibi. & eum omnes ſequuntur in d. l. de vnoquoque. ſaltim ad validitatem ipſius ſententiæ. de quo per Alexand. ibi. & per Iaſ. in d. §. vbi decretum. Signanter dixi, vbi pars non eſt præſens, quoniam præſens non eſt citandus, licet ob aliam cauſam venerit, vt per moder. latè, in l. 1. ff. de in ius vocan. & eſt tex. in d. l. de vnoquoq;. & in l. in cauſæ. in 1. §. cauſam. ff. de mino. & tenent Ang. Imo. & Alex. in d. l. de vnoquoq;. & Iaſ. in d. §. vbi decretum col. 5. Sunt tamen multi caſus in quibus iudicium & ſententia † valent ſine citatione, & quoſdam ponit Alex. in d. l. de vnoquoq;. & plenius Iaſ. in d. §. vbi decretum. & quin-

131 132

decim ſuprà centum ponit Anton. Nicel. in tract. de concor. gl. iuris ciui. & cano. concor. 52. incip. alta materia. ad quos te remitto.

133 Secundò, iudicium & † ſententia eſt nulla ſi non ſit datus libellus per actorem in ſcriptis. Eſt enim libelli oblatio in ſcriptis de ſubſtantiali ſolennitate iudicij ordinarij & neceſſaria, nec poteſt omitti tacitè vel expreſsè, & ſi omittatur proceſſus eſt nullus. Iſta eſt ſententia gloſſ. in c. 1. de libell. obl. & gloſſ. in ver. partium. in c. de cauſis. de offic. deleg. Innoc. Hoſt. Io. Andr. Calde. & Maria. Sozi. latè in 4. colum. in d. c. 1. vbi Ioan. de Imo. dicit iſtam de iuris rigore veriorem. Iſta fuit etiam ſententia Iaco. de Are. Cy. Bar. & Bal. in Authen. offeratur. C. de litiſcon. & Paul. Lau. & Steph. in Clem. ſæpè. de verbor. ſignif. gloſſ. Bart. Ang. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in 2. col. in l. 1. in princ. ff. de eden. vbi Ang. dicit, actorem debere eſſe cautum, vt libellum in ſcriptis offerat: quoniam ſufficeret ſuam intentionem verbo exponere. & poſteà in actis redigi facere, pro quo dicto Iaſ. ibi allegat gl. ordi. ſecundum eum in l. in ſacris in magna. in ver. ex diſpoſitione. de prox. lac. ſcrini. lib. 12. quam Barto. ibi ad hoc expreſsè notat: & ideò concludit Mari. Soz. vbi ſupr. quòd regulariter libellus eſt neceſſarius ſiue agatur inter perſonas eccleſiaſticas, ſiue ſeculares, & de quibuſcunque rebus, etiam merè prophanis, & coram quibuſcunque iudicibus ſecularibus vel eccleſiaſticis etiam coram arbitro, vt notat. gl. in l. pe. in ver. conuentum. C. de arbit. & gloſſ. in Authent. offeratur. gloſſ. 3. C. de litiſcon. non tamen coram arbitratore, c. Quintauallis. de iureiur. & in quibuſcunque cauſis etiam ciuilibus, maximè, vbi per ſententiam tribuitur ius finale irreparabile per aliud iudicium citra appellationem, cùm tunc requiratur plena cauſæ cognitio ſecundum eum. Plus voluit Bal. in l. 1. ff. quando libel. prin. da. quod etiam vbi reſcriptũ eſſet per actorem impetratum, non tamen habebitur pro libello quoad ordinem proceſſus. adeò quod ſi feratur ſententia vigore illius reſcripti ſine alio libello, ſententia erit nulla. Et idem voluit Bal. in l. nec quicquàm. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. & lega. maximè in non ſummarijs: ſecundũ Imol. in c. dudum. in 2. de elect. & Bal. & Imo. in l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem. ff. de in inoff. rup. & irri. fac. teſta. Ant. de But. & Pan. in 2, col. 1. in §. pterea. de dila. quos ſequitur

quitur Franc.de Cur.tin conſi.50.colum.14.ver.reſtat.limitans tamen in cauſa feudali. vt per eum de quo etiam per Ma. Soz.in c.2.artic.12.verſi.ſeptima regula.de libel.obla.Alia tamen opinio,quę habet quod tunc demùm vitietur proceſſus ob libelli omiſſionē,quandò fuit petitum offerri:Et ſi petitū non fuerit,ſufficiat petitio verbalis poſtmodum in actis deſcripta,habet æquitatem, & eſt ſeruanda in practica ſecundum Ioan.de Imo.in d.c.1. & Franc.Sab. in d. Clem. ſæpè, quam tenuit gloſſ.ibi in ver. neceſſarius. & quam etiam tenuerunt Petr.de Bel.Pertic.in d.Authen.offeratur. & Anto. de Butr.in d.c.1.Et dicit Alex. de Imo. in d.l.1.in princ.ff.de eden.in princ.2. col.quòd magis communiter concluditur, quòd ſufficiat, quod redigatur in actis qualiſqualis petitio, ſi Reus non petat edi libellum in ſcriptis:quia per dictā qualem qualem petitionem ſatisfit iudici & parti. vt iudex poſſit ſuam formare ſententiam, & Reus deliberare: & hoc ſatis obſeruat cōmunis ſtilus curiarum regni. Et hoc eſt, quod vult Bal.in d.l.1. in princ.col.1.in fi.ff.de eden. quod licet libellus conſenſu partium poſſit remitti : non tamen qualiſqualis petitio. Sunt etiam pleriq; caſus ſpeciales, in quibus etiam petenti Reo non eſt de neceſſitate offerendus libellus, de quibus per gl.& Dd.in d.c.1.& latius per Spe.in tit. de libel.concep.§. nunc dicendum. vbi ponit quinquaginta caſus: & octogintaquatuor enumerat & plenè diſcutit Maria. Soz.in d.c.1.col,6.& 18.colum. ſequen. de libel. ad quem ne longior ſim te remitto. Tertiò iudicium eſt † nullum & 133
ſententia ſubſequuta,ſi libellus fuerit obligatus, & ſit ineptus.de quo dixi ſuprà, titul.quibus modis ſuo nom.ciui. agen.verſi.& generaliter ab actionum exordio in ver.incompetentem.

Quartò redditur iudicium † nullum & ſententia, ſi litiſconteſtatio omittatur per text. in c. vno. vbi gloſſ. & Dd. 134
omnes de litiſconteſt.& dicit ibi Maria.Sozi.colum.2. quòd ibi eſt tex.apertus, vbi Papa pronuntiat proceſſum irritum propter defectum litiſconteſtationis. & eſt tex. in l. final.§. illud.& ibi Dd.notant.C.de temp.appel & gloſſ.& ſcriben. in c.2.de litiſcon.libr.6. Etiam in iudicijs poſſeſſorijs, vt eſt tex in c.2.vbi cano.notant,vt lit.non conteſt.glo. & Barto. in l.vna.C.ſi de momen.poſſ.fuer. appell. & Bartol. & Angel.in l.final.C.qui legi.perſon.habe.ſtan.in iud. & Bal. &

Saly. in l fi. C. ſi per vim vel alio mod. Ioan. And. & cano. in c. conſultationibus. de offic. deleg. & alibi ſæpè. Et dicebat egregiè Bald. in d. c. vno. colum. 1. quod litiſconteſtatio eſt lapis angularis iudicij, & eius fundamentum: vnde eo deficiente nihil poterit deſuper ædificari, c. cùm Paulus. 1. q. 1. Nec poteſt conſenſus partium operari validitatem ſententiæ latæ lite non conteſtata: cùm ſit de ordine ſubſtantiali cui partes renuntiare non poſſunt, ſecundum gloſſ. & Dd. in d. Authentic. offeratur. in d. c. de cauſis. & tenent Alexan. & Iaſ. in duobus locis in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. Sunt tamen multi caſus, in quibus tenet iudicium litiſconteſtatione omiſſa, quorum quidam ponuntur per tex. gl. & Dd. in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. & ibi Mar. Soz. laborioſè enumerat & pleno cornu proſequitur 82. in princip. illius decre. colum. 2. cum 30. colum. ſequen. ad quem etiam te remitto. De iuramento autem calumniæ quod non ſit neceſſarium ad validandum iudicium, & quod eius omiſſio non vitiet ſententiam, eſt hodie deciſum per c. 1. de iuram. calum. lib. 6.

135 Quid autem † de publicatione teſtium, vtrùm ſit de ſubſtantiali ordine iudiciorum, gloſſ. reputata ſingularis, licet trita in c. final. in verſicul. iudicijs. de hæredi. libr. 6. voluit, quòd ita demum publicationis omiſſio reddat proceſſum nullum, ſi fuerit petita, aliàs non. Et illam gloſſ. dicit ſingularem Alexand. in l. diuus. colum. 1. de re iudic. & eam dicit tritam Fely. in c. cum. i. & a. colum. 1. eod. tit. Tu verò dicas, quod etiamſi fuerit petita & denegata, non propter hoc erit ſententia nulla, licèt à denegatione publicationis poſſit appellari, & ſic publicatio non eſt de ſubſtantia iudicij, ſed de iuſtitia: iſta fuit ſingularis doctrina Inno. in d. c. cum. i. & a, & dicit ibi Bal. quod alibi ita bene non reperitur. & Inno. ſequuntur Ant. de But. Pano. & Fel. ibi: & dicit Pan. ita debere intelligi illum tex. & quod alibi ita benè non probatur. Iſtã etiam ſententiam ſequutus & Io. de Imo. in d. l. diuus. dicẽs vidiſſe ſæpè dubitari in practica: & idem tenet Pano. in c. cũ dilectus. de fid. inſtr. & idem tenent Bar. & alij contra gl. ibi in d. l. prolatam. & Bald. in c. 1. col. 3. ſi de inueſt. inter. do. & vaſ. lis ori. & hoc videtur voluiſſe gloſſ. in d. c. cum. i & a. in verſic. nec oſtenſis. quam ibi ponderat Felyn. quem vide per duas calum. An autem præcipitatio reddat ſentẽtiam nullã

puta

putà infrà modicos dies poſt litiſconteſt. iudex dedit diffinitiuam, vel de malè iudicij fuerunt portata acta, & in veſperis tulit ſententiam, dicas, quòd ſi iudex tulit ſententiam intra tam breue tempus, quòd eſt veriſimile eum non potuiſſe videre acta & perſcrutari, talis ſententia erit ipſo iure nulla. iſta fuit doctrina Bar. in l. prolatam. præalleg. in vltim. verſ. & in l. ex ſtipulatione. eo. tit. videlicet de ſenten. & interloc. omn. iud. C. vbi Bart. notat ex illo textu, quòd ſententia non præcedente cauſæ cognitione lata, eſt nulla, poſtmodum ſubdit, quod ex breuitate temporis præſumitur lata cauſa non cognita. Et dicit Alex. de Imo. in l. is apud quem. col. 3. ff. de acquirend. hæred. quem etiam ibi refert Iaſ. colum. 4. in fin. quod Dd. vbique tenent illud dictum Bartol. ad quod Iaſ. adducit text. in c. ponderet. l. diſtinctio. per quem Dom. de ſancto Gemin. ibi inuehitur contra iudices, quibus acta de mane portantur, & in veſpere ferunt ſententias: quoniam ſunt nullæ ipſo iure: cùm præſumatur, quod de cauſa non cognouerint. Et ob id Bald. in c. ad noſtram. de conſue. per illum tex. inuehit contra iudices fabricantes ſententias non ruminato proceſſu. benè facit text. loquens de præcipitatione nouerca iuſtitiæ, in Clement. paſtoralis. verſicul. verum. de re iud. & ibi Imo. per illum tex. & tex. in l. 2. ibi non ſubitas, & cætera. C. de ſenten. excommun. peri. reci. & idem volunt Anton. de Butr. Imol. & Panorm. in c. 2. de re iudic. & Felyn. allegans alios in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. 7. verſicul. 9. de conſti. Vbi autem conſtaret ſententiam latam non viſis actis, & vt dici ſolet, actis barratis, magis communis concluſio eſt, quod ſententia eſſet ipſo iure nulla, próut tenuit Bartol. & alij ſignanter Alexand. in 4. colum. & Iaſ. pariter in 4. colum. in d. l. ſi is apud quem. & idem Bartol. in l. quod iuſſit. in fin. ff. de re iudic. & alibi ſæpè. & Canoniſt. in c. veſtra. de cohab. cleric. & mul. & in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. & Dd. in infinitis locis relatis à Felyn. ibidem. 7. colum. verſicul. 8. hanc partem: qui in eadem colum. 7. & duabus ſequentibus adducit duodecim fundamenta pro hac parte, & poſtmodum dicit hanc partem eſſe ſuſtentabiliorē & communiorem, quam tamen poſteà limitat, vt per eum Ant. de Trem.

y *Perpetuo tempore.* Hoc idem voluit Spec. in tit. de ſen. §. iuxta. verſi. fin. & hoc eſt indubitatum per tex. in l. purè. §. fi.

 ff. de

ff. de doli excep. imò etiamſi à lege vel ſtatuto eſſet præfixus
137 terminus ad opponendum omnes exceptiones: tamen † elapſo termino adhuc opponi poterit exceptio nullitatis. iſte eſt textus menti tenendus ſecundum Bal. ibi in l. ſcire oportet. §. penult. ff. de execu. tuto. & tenet Bald. & poſt eum Iaſ. in 3. colum. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & etiam poſt tres ſententias conformes, vt dixi ſup. tit. prox. verſi. idem dico.
138 in verſi. annullari. Sed dubitatio vertitur, quanto tempore † duret facultas agendi ſuper nullitate principaliter, & de per ſe petendo ſententiam pronuntiari nullam, iuxta modum traditum in l. 1. in princip. ff. quæ ſen. ſine appellatio. reſcin. & per Bar. in l. ſi expreſſim. col. 8. verſ. nunc aliqua. ff. de appellatio. & per Anton. iſtum in verſic. ſequen. Specul. vbi ſuprà & in eod. tit. §. quoniam. verſi. in ſumma. determinat, quod 30. vel 40. annis, ſicut cæteræ actiones: & idem ſentit Bal. & ibi Alex. in addition. ad eum in l. ſicut. col. 2. de præſcrip. 30. vel 40. annor. & Salyc. in l. ſi plures. C. quomod. & quand. iudex. licet idem Bald. in l. data opera. colum. 15. in fin. & ſequen. in princip. aliter dicat, diſtinguendo inter actorem & Reum, vt actor poſſit de nullitate agere, quandiu durat ſua actio, Reus verò perpetuò, cui agere de nullitate in effectu eſt idem quòd excipere, l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ.

z *Sed nunquid.* Iſtam quæſtionem & ſequentem poſuit Specul. in tit. de ſent. §. iuxta. verſicul. nunquid ergo. & ſeq. & ibi etiam Ioan. Andr. notat. Sed coram quo iudice tractabitur iudicium nullitatis, dicetur inf. verſic. ſequen. in ver. idem.

a *Sed etiam actionem.* Dicit Speculator vbi ſuprà quòd ita de facto obſeruatur, & voluit clarè Bartol. in l. ſi expreſſim. colum. 8. ff. de appellationib. & alibi ſæpè. Sed pulchra dubi-
139 tatio, an pendente † iudicio nullitatis principaliter, & de per ſe deductæ currat interim tempus appellandi. Bald. notabiliter in l. contra maiores. ad fin. C. de inoffic. teſtam. diſtinguit, quod aut probabili ratione motus victus dixit ſententiam nullam, & tunc non currat ſibi tempus: aut improbabili, & temeraria, & tunc currat: quia temeritas ſua nõ debet ſibi prodeſſe, arg. l. negotium. ff. de vſur. cum ſim. per eũ adductis. quod dixit multũ notandum Alex. in addi. ad Bar. in d. l. ſi expreſſim. colum. 8. & Bald. ſequitur Paul. de Caſtr. & Iaſ. ibi. idem tamen Bald. in l. qui teſtamen. col. 2. verſicu.

idem

idem eſt.ff.de execu.tu.ſimpliciter vult, quod vbi cauſa nullitatis eſt deducta ſeorſum ab appellatione, quod tūc durante cauſa nullitatis non currit tempus appellandi, non facta diſtinctione probabilis vel improbabilis cauſæ. Si autem nullitas deducatur cum appellatione, dicam ſtatim. Anton.de Tremolis.

b *Non multum placet*. Sed benè placuit gloſſ.in l.1.gloſſ. fina.C.quando prouo.non eſt neceſ.quæ in hoc non alibi in iure ſecundum Bald.ibi. colum.2. & hoc etiam tenuit Imol. in c.conſtitutus.de in integ.reſtit.ponens pro conſtanti procedere talem libellum, & dicit Bart.in d.l.1.col.3.quod communis conſuetudo hoc obſeruat etiam ſuper vno capitulo ſolo, ſubiungens eſſe caſum in d.c.conſtitutus.& probari.in l.contra maiores.C.de inofficio.teſtamen. & idem Bart. latius in l.ſi expreſſum.col.5.de appellat.verſic.circa primum. & ſequen. Imò ſi nullitas † & appellatio procedant ex di- 140
uerſis fontibus, poterit vtraque ſimul deduci, & ſimul probationes induci, putà dicam ſententiam nullam ex defectu ſolennitatis, & etiam iniquam reſpectu eius tenoris, ſecundum Barto. vbi ſuprà poſt Innoc.in d.c.conſtitutus. & idem Bart.in d.l.contra maiores.& clarius in d.l. ſi expreſſum.colum.6.verſic.circa tertium. Et hoc caſu, ſi appellatio † ſit de- 141
ſerta per decurſionem fatalium, erit etiam deſerta inſtantia cauſæ nullitatis, nō tamen nullitas ſublata, nec propter hoc impedietur poſtea de nullitate opponere, ſi ipſius ſententiæ petatur executio, ſecundum Bal. in l.qui teſtamento.colum. 2.ff.de excuſat.tuto.poſt Innocen.in c.ſæpè.de appellatio.& dicit Bald.iſtud eſſe nota.dignum. & idem vult idem Bald. in d.l.1.colum.4.verſi.3.quæro.& hoc vltimum ſentit etiam Bart.in d.l.ſi expreſſum. per illum text. & latius per Bald.in l.tale pactum.§. qui prouocauit in repe. colum.9.verſicu.13. quæro.ff.de pact. vbi verò † vtrumque remedium appella- 142
tionis & nullitatis procederent ex eodem fonte, propter contrarietatem non audiretur volens vtramque proſequi: ſed primò proſequenda erit nullitas, & interim non curret tempus appellandi.ita expreſsè notat Bart. in d.l.1. colum.3.verſic.circa ſecundum.& in d.l.ſi expreſſum. verſic.circa tertiū. præalle. & idem Bart.in d.l. contra maiores. Ratio autem, quare quando † vtraque ſimul deducitur, perempta inſtan- 143
tia appellationis per deſertionem, perimitur etiam inſtantia

nullitatis, videtur aſſignare Bal. in d. l. qui teſtamento. quoniam cauſa nullitatis incidit appellationi, id eſt, illius eſt acceſſoria, vt voluit gl. in d. l. 1. C. quando prouo. nõ eſt ne. quæ etiã in hoc alibi non reperitur, ſecundum Bal. ibi, & eam ad hoc dicit multum ſingularem & ſignandam Iaſ. in l. 1. in princip. col. 4. de iuſti. & iure. Vnde finita inſtantia cauſæ principalis, ſcilicet appellationis, finietur & inſtantia cauſæ nullitatis acceſſoriæ: eadem ratione vult gloſſ. præallegata, quod ſi iudex ſimpliciter pronunciet appellationem non tenere, vel vt dicit Bald. ſi abſoluat appellatum à libello appellantis, quod videtur pronunciare tam ſuper appellatione, quàm ſuper nullitate, ſi ſuper illa facta fuerat proſecutio, quæ gloſſ. etiam in hoc eſt ſingularis ſecundum eundem Bald. ibi. & idem tenet ibi Barto. col. pen. & idem Bart. in d. l ſi expreſſum. colum. 3. & eadem ratione dicit idem Bald.
144 ibi in . colum. poſt Archi in c. 1. de ap. lib. 6. quod ſi cui † fuerit commiſſa cauſa appellationis, quod poterit de cauſa nullitatis intentare ſub tali libello, dico ſententiam nullam, & ſi qua ſit, appello. quoniam talis commiſſio tacitè ſe extendit, & implicitè ſe extendit ad vtramque ad appellationem tanquam principaliter deductam, & ad nullitatem tãquam acceſſoriam, per glo. ordi. ibi, quod dicit benè notandum. Et idem vult Bald. in l. in fi. C. vbi & apud quem cau. reci. in inte. agi debe. dicens per illum text. quod delegatus ad vnam
145 cauſam videtur † delegatus ad quamlibet illi incidentem, & ſuper incidenti nõ eſt neceſſaria commiſſio ſpecialis. Sed aduerte, quoniam glo. ſuperius allegata in d. l. 1. volens nullitatem venire acceſſoriè ad cauſam appellationis, quando dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, reprobatur à Iaſ. poſt Dd. per eum adductos. in d. l. 1. in princ. ff. de iuſti. & iu. tenens, quod imò nullitas cenſetur intentata æquè principaliter propter naturam copulatiuæ, quæ æquè principaliter copulat, l. 1. & 2. vbi Bar. ff. de pecu. le. vnde reprobat idem Iaſ. quandam deciſionem. in l. vna. C. ſi de momen. poſ. fue. ap. vt per eum. Anto. de Tremo.

c *Duæ contrariæ* Certè immò admittuntur contrariæ exceptiones, vt dixi ſuprà titu. de peremp. excep. verſic. fina. in fine.

146 d *Idem cognoſcat* Tu autem dic, quod ſuperior † iudex appellationis non ſolum poteſt cognoſcere de nullitate intentata

tentata ſimul cum appellatione, verùm etiam de nullitate
principaliter & de per ſe intentata, ſicut faceret primus iu-
dex, niſi fortè ageretur de nullitate incidenter, & principa-
liter peteretur iterum ſententiari: quia tunc coram iudice
primo ſiue primæ inſtantiæ deberet tractari. iſta eſt doctri-
na Bar. in d. l. ſi expreſſim. colum. pe. ver. quæro corã quo. ff.
de app. poſt glo. in l. 4. glo. pe. C de accuſa. & Bar. indiſtinctè
loquentis in l. ſi vt proponis. in 1. C. quomo. & quand. iud. &
Bar. tin l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. quem ibi
ſequitur Bald. in repet. colum. 8. q. 12. & benè probatur in l.
abſentem. C. illo titu. de accu. iuncta. d. l. 4. vbi gloſſ. alle-
gat. d. l. abſentem. Quinimò poterit ille ſuperior non ſo-
lùm ſuper nullitate pronunciare, verùm etiam ſuper cauſa
principali ſententiare, per d. l. abſentem. & per l. 1. §. 1. ff. quæ
ſen. ſine appell. reſcin. ſecundum Bar. vbi ſup. inferentem ex
hoc, quod ſicut appellatio deuoluit totã cauſam ad ſuperio-
rem, vt poſſit ſententiam reformare, etiam ex noua cauſa, l.
per hanc. C. de tempo. appella. & l. 1. in princip. ff. de appel-
latio. ita etiam cauſa † nullitatis deuoluit totam cauſam ad 147
ſuperiorem: quod dicit eſſe multum notandum etiam quod
hoc etiam voluit Innocen. in c. cùm contingat. de off. deleg.
Anton. de Tremo.

e *Si eſt ordinarius.* Hoc ideo dicit, quoniam ſi delegatus † 148
ferat ſententiam, & ſit nulla coram eo non tractabitur cau-
ſa nullitatis, ſed coram ſuperiore delegante, ſecundum Bart.
in d. l. ſi expreſſim. colum. penul. verſicu. quæro coram quo.
per text. in l. ſi vt proponis. in 1. vbi etiam Bart. hoc tenet. C.
quomodo & quando iud. per ſententiam † enim nullam ex- 149
tinguitur iuriſdictio delegati, non autem ordinarij, per il-
lum text. iuncta gloſſ. & ideo amplius cognoſcere nõ poteſt
delegatus, ſed benè ordinarius. Anto. de Tremo.

f *Non confirmatur* Spec. in tit. de ſen. §. iuxta. verſ. vtrùm
autem ponit duas opiniones in hoc articulo iuris. vnam † di- 150
ſtinguentẽ inter ſcientẽ ſententiã eſſe nullam, & ignorantẽ:
vt ſciens eã cõfirmet, ignorãs verò nõ: quã Bar. in l. ſi expreſ-
ſum. col. 2. ff. de appel. expreſsè reprobat hac ratione, quoniã
partis conſenſus non validat ſententiam, ſecundum eum. In
vltima autem opinione, quam idem Spec. dicit eſſe veriorẽ,
vult iſtud idem, quod author iſte, videlicet ꝙ ſententia nulla
nõ confirmetur ꝑ appellationem. Bal. autem in l. 1. colum. 4.
ver. ter-

verſic. tertio quæro. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. dicit not. quod an ſententia ſuſcipiat firmitatem per appellationem.

# De impedimentis, quæ impediunt compromiſſarium arbitrum iudicare, & quibus modis arbitraria deludātur. Rubrica.

## SVMMARIA.

1 Arbiter multiplici ratione impeditur pronunciare.

2 Pronunciata ab arbitris multipliciter deludi poſſunt.

3 Actio aut exceptio an poſſit oriri ex compromiſſo ſine pœna facto.

4 Decreta iudicantium non debent eſſe eluſoria.

5 Arbitri quare aſſumātur: & an poſſint cogi ad arbitrandum.

6 Certæ perſonæ prohibentur arbitrari: & quæ non ſunt prohibitæ, poſſunt admitti.

7 Monachi & regulares an poſſint compromitti.

8 Monachi & regulares pro mortuis habentur.

9 Arbiter quis ſit, & quis dicatur Arbitrator, & quomodo differant.

10 Litiſconteſtatio coram arbitro facta interrumpit præſcriptionem, non autem coram arbitratore.

11 Acta factum concernentia coram arbitro agitata fidem faciunt coram iudice ordinario: ſecùs ſi actum ſit coram arbitratore.

12 Laudum arbitratoris in eccleſiam latum tenet, non autem arbitri vel iudicis. & quare.

13 Arbitrium non tranſit in hæredem hæredis niſi facta ſit in compromiſſo mentio: ſecùs in arbitramento. & nume. 15.

14 Arbitri & iudicis ordinarij differentiæ & concordantię, remiſſiuè.

16 Compromiſſum factum ſub nomine dignitatis, nempe Regis aut Principis, aut tranſeat ad eius ſucceſſorem, ſicut

ſicut & iuriſdictio.
17 Arbitri ſententia per pecuniam lata an ſit irrita ſicut & iudicis.
18 Dolus malus cenſetur in omni generali renunciatione exceptus.
19 Compromitti quando poſſit de meri imperij cauſis.
20 Pœna Fiſco applicanda quando poſſit per partes remitti.
20 Iudex de cauſa ad eius cognitionem non ſpectante compromittere poteſt.
21 Iudex quando poſſit partes cogere ad compromittendũ in alium.
22 Arbitrator quis eſſe poteſt in re ſua & cauſa propria, debet tamen ſi vel iniquè arbitretur vel in mora ſit, ad boni viri arbitrium recurri.
23 Tertij à perſona non volentis arbitrari quando poſſit recedi.
24 Arbitrandi poteſtas quanto tempore duret, ſi nulla in compromiſſo ſit præfixa dies.
25 Inſtantia coram arbitro cœpta durat triennio poſt litẽ conteſtatam, niſi coram iudice vltra biennium pependiſſet, tunc enim anno durabit inſtantia, de iure ciuili: Canonum verò perpetuò durat.
26 Sententia duorum condemnantium in 10. præualet tertij in quinque cõdemnatis: ſi verò omnes diſcordant in ſumma, ſtandum eſt minori.
27 Arbitris non poteſt dari facultas à partibus eligendi tertium incertum, ſed ad certum poteſt: arbitratoribus autem ad incertum quoque.
28 Facere non poſſe dicor, quod commodè non poſſum.
29 Arbitrator etiam die feriata laudum ſuum proferre poteſt, ſed non arbiter.
30 Arbiter quando de omnibus controuerſijs ſimul, aut ſeparatim pronunciare poſſit, ſi nihil dictum ſit.
31 Arbiter quando poſſit partem ad aliam rem in compromiſſo non comprehenſam dandam condemnare.
32 Laudum partibus abſentibus etiam citatis aut per contumaciam non comparentibus pronunciatum ab arbitro non valet, niſi in compromiſſo data fuiſſet poteſtas.

33 Arbi-

33 Arbitrator an poſſit partibus abſentibus & non citatis proferre laudum ſuum.

34 Paciſci an poſſint partes, vt à laudo arbitri poſſit appellari.

35 Arbitri à laudo quando poſſit appellari, aut illud ad boni viri arbitrium reduci.

36 Bonus vir quis dicatur.

37 Arbitramentum quando dicatur continere iniquitatem.

38 Arbiter quis an arbitrator fuiſſe in dubio quomodo præſumendum ſit.

39 Arbitrandi facultas conceſſa ſtipulatori ſuper contractu an poſſit cedi aut tranſmitti.

40 Arbitrator etiamſi litem coram ſe conteſtari faciat, & ordinem iudiciarium ſeruet, non tamen iudicium conſtituit.

41 Arbitrator an poſſit compelli ad recipiendum compromiſſum, ſicut arbiter.

42 Arbiter quando compellatur ad recipiendum arbitrium.

43 Arbiter quando dicendus ſit recepiſſe arbitriũ ſeu compromiſſum.

44 Conſenſum non operatur præſentia & patiẽtia in actu, quem impedire non poſſum.

45 Argumentum ab abſurdo quantum in iure valeat.

46 Monachi adminiſtrationem habentes poſſunt eſſe arbitri, & arbitratores.

47 Abbas poteſt monachum punire ſi agitur de correctione ſecundum regularia ſtatuta: ſi autem criminaliter deliquerit, coram epiſcopo accuſatio inſtituenda erit.

48 Monachus ſimplex quando poſſit eſſe arbiter, & arbitrator.

*EXplicitis præludijs & impedimentis legitimis & exceptionibus & beneficijs quæ in iudicijs opponuntur. Videamus de impedimentis quæ impediunt compromiſſariũ a arbitriũ iudicare, & quibus modis arbitraria deludãtur.*

a 1 *† Pronunciare autem arbiter multipliciter impeditur*

ratio-

*ratione ſui, ratione litigatorum, ratione mixta ſui & litigatorum, ratione cauſæ, & ratione temporis.*

*Ratione ſui, ſi eſt ſeruus, ſi eſt minor 10. annis, vel pupillus, vel furioſus, vel ſurdus, aut mutus, vel fœmina* [b], *vt ff. de arbi. l. Pedius. §. in ſeruum. & l. ſed & ſi in ſeruum. §. 1. & l. cum lege. & C. de arbi. l. vltima. & in his caſibus potius eſt dicendum; quod non teneat compromiſſum, vt ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. ſumma.* b

*Ratione illius litigatoris, putà ſi eſt pupillus, qui compromiſit ſine tutoris auto. nec dedit fideiuſſores* [c]: *vel ſi alter litigator deceſſit pupillo hærede relicto, vel alter litigatorum ceſſet bonis. Sed in iſtis caſibus & multis ſimilibus videtur, quod nō impediatur, ſed excuſetur, vt ff. de excep. l. ſi pupillus et l. ſi cōpromiſſum. & l. item ſi vnus. in prin. Ratione mixta ſui & litigatorum, propter inimicitias capitales, quæ poſt compromiſſum inter ipſum & litigatorem interceſſerunt: Vel quia litigator eſt mortuus in compromiſſo hæredis non facta mentione* [d], *vel ab vna parte tantum.* c d

*Item fortè ſi ſorde* [e] *vel gratia eſt corruptus, vt ff. de recep. arbi. l. non diſtinguemus. § cùm quidam. & l. diem proferre. §. ſi hæredis & l. ſed interpellatur §. ſi ab altera. & l. ita demum. §. ſed ſi quidem. & C. de arbi. l. 1.* e

*Ratione cauſæ, quia compromiſſum fuit de cauſa meri vel mixti imperij* [f]: *Vel ſi iudex iuſſit partes in ſe compromitti de cauſa, de qua antea erat iudex* [g]. f g

*Vel accepit arbitrium de re ſua* [h], *vt ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. & l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. & l pe. Ratione temporis ſi dies compromiſſi exiuit, nec litigatores prorogationi* [k] *aſſenſum accommodare volunt, vt ff. de arbi. l. ſi cùm dies. §. ſi intra diem. & l. non diſtinguemus. §. fi. & l. ſeq.* h i k

† *Pronunciata autem ab arbitris, & ipſa arbitria mali-* 2

*moſis*

*modis deludi poſſunt: ſtudebit enim ſubtiliſſimus aduocatus admouere reum, cui fauet, vt vnum ex arbitris habeat in amicum, & ille ſolus omnes alios in ſuam ſententiam trahet circa hoc, & procurabit, quòd in duos cõpromittatur: quia periculoſum eſt compromittere in vnum ſolum.*

*Nam & ſi in duos vel plures fuerit compromiſſum, & reus vnum ex pluribus habeat in amicum, & plures proponant reum condemnare in centum marchis, amicus arbiter in tribus ſolidis condemnabit, & ſic ipſius ſententia obtine-*
l *bit* [l]*, & in ſuam ſententiam trahet omnes, vt ff. de arbit. l. diem. §. ſi plures. Nec per talem diſſenſum cogentur ad tertium aſſumendum: quia non inter ſe contradicunt, ſed omnes concurrunt in vnam ſententiam, & inter diuerſitates nulla eſt contradictio, vt C. de non nu. pecu. l. à ſenato. & ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. Intelligo enim eos ſolùm diſſentire, quàm tum ad hoc, vt tertius aſſu-*
m *matur* [m]*, quando vnus vult abſoluere alter condemnare, & ita videtur loqui & intelligi debere, ff. de recep. ar. l. quærit. aliàs. Item ſi vnus. §. principaliter. & §. ſi in duos.*

n *Item arbitria deluduntur, ſi in alio loco* [n] *pronunciauit, quàm in quo fuerat compromiſſum: Niſi dictum ſit quod*
o *poſſit alio loco pronunciare* [o]*. Et hoc ſi non erat arbiter talis*
p *conditionis* [p]*, qui conſueuerat ſucceſſibus agere* [q]*, vt ff. de*
q *arbi. l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter.*

*Item arbitrium deridetur, ſi aſſumpſit arbitrium dato vni parti intendemento, quod ſententiam pro ea ferret: vel pronunciaret, quod placeret tertio tali, & hoc conſtet, argu.*
r *ff. de arbi. l. quærit* [r] *in prin. Item ſi ſententia feratur die*
ſ *feriata* [ſ]*, cùm niſi cogente prætore, vel vtroque volente ſententia ferri non poſſit, vt ff. de arbi. l. ſi feriatis. & l. diem*
t *proferre. §. ſi quis litigatorum. Idem ſi fuit dictum* [t]*, vt de omnibus controuerſijs ſententiã vnam ferat, & ſolummodò*

de vna

de vna pronũciauit: vel ſuper eo, de quo non fuerat[v] in eum v
compromiſſum, vt ff. de recep. l. quid tamen. ĩ prin. & l. nõ
diſtinguemus. §. de officio. Et de multis alijs modis[x], quæ per x
ſe prudens inueniet aduocatus. Hoc tamen non contemno,
quod ex compromiſſo vallato pœna regulariter, nec actio,
nec exceptio oriri poteſt, vt C. de arbi. l. 2. niſi actibus fuerit emologatum. vt C. de rece. l. ne in arbitris. §. ſi quis.

† In compromiſſo autem ſine pœna facto & actio & exceptio oritur[y], ſi partes ſe ſubſcripſerunt, vel per decennium tacuerunt, vt C. de recep. l. cùm antea. non tamen vitiabitur ſi pœna vallatum eſt, licèt cum ſacramento, vt not. C. eo. Auth. decernit. Quid ſi eſt dictum, vt actio & exceptio oriatur, vt faciunt Apullani, non puto talia verba operari[z] aliquid, quia actiones non naſcuntur ex voluntate paciſcentium, ſicut nec renaſcuntur, vt ff. de nego. geſt. l. Pomponius. & ff. de pact. l. ſi vnus. §. ſi pactum.

Sed quia quotidiano vſu litigatorum cõpromittitur tanquàm in arbitrum, arbitratorem, vel amicabilem compoſitorem, & cum pœna, ſi taliter aſſumptus pronũciet, nunquid valebit iure arbitrij tantum, vel arbitramenti, vel vtriuſque, vel neutrius? et hoc prodeſt quærere, quia ſi ſumitur, vt arbiter, nullo modo ad boni viri arbitrium reducitur, etiã ſi arbitrium ſit iniquum[a], vt ff. de recep. l. diem. §. ſtari. ſi iure arbitramenti, poterit condemnatus poſtulare, vt ad boni viri b arbitriũ reducatur[c], ſi videatur continere iniquitatem[d], vt arg. ff. pro ſoc. l. Et videtur, quòd neutrum valeat propter repugnantiam, arg. ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. & C. de fide inſtr. l. ſcriptura diuerſæ ad idem. C. de codi. l. ſi idem. Econtrà videtur, quod ſolummodò iure arbitrij teneat compromiſſum, maximè ſi pœna vallatũ fuit, nec enim non neceſſaria verborũ multiplicatio irritat ſubſtantiam veritatis, vt ff. de auro & argen. leg. l. periculis. §. Labeo.

Hh Econtrà

*Econtrà videtur, quod tantùm iure arbitramenti, tum quià humanior, arg. ſume. C. commu. de leg. l. omne verbũ. circ. ſi. Solutio valebit eo iure, quo melius valere poteſt, et propte-*
c *rea iure arbitrij, vt non poßit reduci*[c] *ad arbitriũ boni viri, arg. prædictè. l. pediculis. §. Labeo. & ff. de reg. iu. l. quæ du-*
4 *bitationis. & ff. manda. l. qui mutuã. † Nec enim inuenta*
f *ſunt arbitria cauſa inducendarũ litium, ſed finiendarũ*[f]*, vt ff. de recep. l. quãuis. Et res potius valeat q̃ pereat: & quia decreta iudicantiũ non debent eſſe illuſoria, & maximè arbitria, non debent in alios transferri, vel propagari. ad hoc ff. de reb. dub. l. l. quoties. & ff. de re iudi. l. ſi prætor. 1. reſpon. & ff. ne quid in lo. publico. l. vlt. & C. de bo. quæ libe. l. ſi §. vbi autem. & ff. de recept. l. nõ diſtinguemus. §. quæſitum. Concurrunt tamẽ arbitria & arbitramenta: quia arbitrorũ & arbitratorum perſonæ inſertæ compromißis, non*
g *poſſunt alij delegare*[g]*, vt ff. de recep. l. in compromißis. & ff.*
5 *de verb. obl. l. ſi quis arbitratu. † Arbitri tamen aſſumuntur ad lites et controuerſias dirimendas, arbitrator vel amicabilis cõpoſitor nedum ad componendũ inter litigatores, ſed*
h *etiã aſſumitur ad cõtractus*[h]*, ſcilicet ad conſtituẽda venditionũ precia, & ad mercedes conductionũ, et partes ſocietatis, vt ff. loca. l. ſi merces. in prin. & C. de contrah. empt. & vend. l. vlti. & ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. Sed nunquid compelli poterit arbitrator ad arbitrandũ & in controuerſia, & in contractu? quod videtur ad ſimilitudinem arbitri compromiſſarij, vt ff. de recep. l. 3. §. tam & ſi neminem. Ecõtra videtur, quod non poßit compelli, argu. ll. prælleg. ſcilicet ſi merces. & l. ſi. verſi. ſi autem. vel ipſe noluerit vel nõ potuerit. Sed dico eum fore compellendum, ſi arbitrium in ſe*
i *recepit*[i]*, & æquiori & fortiori iure quam electus ex com-*
k *promiſſo: eſſet enim magna abſurditas*[k]*, quæ ſequeretur: ſcripſi codicem: foſſatum fodi: nondum eſt mihi ſatiſfactum,*

*ctum, ſed debet ſatisfieri arbitrio Ciceronis, qui non vult arbitrari, quomodo mihi mercenario ſuccurretur contra dominum* [l]. *Conſtanter ergo eſt compellendus.* l

*Nec obſtare videntur verba. d.l.fin. noluerit vel non potuerit. quia ita ſunt prudenter intelligenda. noluerit cùm arbitrium in ſe non recepit, & non potuerit, quia in ſe iuſtiſſimam cauſam allegat, propter quam non poteſt pronunciare. Alioquin pronunciare cogendus eſt, ne litigantes vel contrahentes decipi videantur: quia alium arbitratorem amicabilem inueniſſent, ſi iſte in ſe arbitrium non recepiſſet. ab amicis enim non debemus decipi, ſed iuuari, vt ff. de negot. geſt.l. ſi pupilli. §. videamus. & ff. cõmoda. l. in commodato. §. ſicut. Verùm quia ſæpè de maximis diſcordijs compromittitur inter Abbates, & Priores, ſeu præpoſitos regulares, vt eorum arbitrijs obuietur, videamus, an in eos factum teneat compromiſſum* [m]. *Quod videtur: nam cùm teneat in famoſum, vt ff. de recept. l. Pedius. multò magis in Abbatem, Præpoſitum, & Priorem. Præterea cùm certæ perſonæ prohibeantur, omnes quæ nõ ſunt prohibitæ admittũtur, vt arg. ff. de iudi. l. cùm prætor. 1. reſpon. ſicut enim omnes ad procurationem & teſtimonium admittũtur, qui lege non repelluntur, vt ff. de procu. l. mutus. §. cùm quæritur. & ff. de teſti. l. 1. §. adhiberi. ita ſunt ad arbitrium admittendi, qui ſpeciali lege non ſunt repulſi.* m

*Præterea* [n] *qualem qualem habent ſaltem inter monachos iuriſdictionem & coertionem, vt dicit canon. 18. q. 2. quàm ſit. & c. nullam. & extra. de offic. delega.* [o] *Item poſſunt in eum tanquàm in iudicem conſentire, & ipſius iuriſdictionẽ prorogare. C. de epiſcopali aud. l. ſi qui ex cõſenſu. ff. de iudi. l. 1. multò fortius. in eum tanquàm in arbitrũ conſentire, quia quicunque repellit ab arbitrando repellitur & à iudicando, ſed non econtrà, vt dictum eſt de famoſo. per d.* n o

*l. Pedius. Plus omnes ferè Abbates habent caſtra & comitatus, vt eſt tranſmontes, & exercent ea, quæ ſunt meri imperij per caſtra & loca ſua. Quis enim in Germania Abbate S. Galli maior reperitur Princeps.*

7 † *Econtrà videtur quod in tales non queat compromitti,*
8 *quia monachi † & regulares omnes pro mortuis*[p] *habentur.*
p *vt C. de epiſc. & cleri. l. Deo nobis. in ſi... reſpon. & morte extinguitur compromiſſum, vt ff. de arbi. l. arbiter Calēdis.*
q *Et nihil in terra habere debent, vt in Auth. quomo. opor.*[q] *mona. viuere. §. non egredientur. Et omnia per ingreſſum monaſterio dederunt, vt Auth. hæc conſti. Inno. primo circa prin. col. 5. & in Auth. de mona. §. illud. col. 1. Cum ergo animam, corpus, & res in monaſterio tranſtulerunt, ergo facti videntur ſerui, igitur nō poteſt in eos de cætero cōpromitti, quemadmodū nec in ſeruos: vt ff. de recep. l. Pedius. §. 1.*

*Præterea opprobrioſum eſt, & turpe, ſi velint ſe peritos oſtendere forenſium cauſarum diſceptatores, vt C. de epiſc. & cleri. l. repetita.*

*Plus ſacerdotio adueniente ſoluitur compromiſſum, vt ff. de recep. l. non diſtinguemus. §. compromiſſo. ergo non poteſt ſacerdotium inchoari. Sed allegatio non eſt bona: quia in fine. §. ſacerdotio. dicitur quod poſt ſacerdotium poteſt recipere compromiſſum. & eſt. §. faciendus. in verſi. Sacerdotio licèt quidam ibi nō faciant, ſed legant in vim caſus ablatiui abſoluti facientes. §. in verſi. præceden. compromiſſio. Præterea non ſunt efficaces illæ allegationes, quod pro ſeruo & pro mortuo reputentur, quia illud eſt quòad nuptias con-*
r *trahendas, non quòad alia*[r]*. Nam contra teſtamentum patris querelam habent & patri ſuccedūt ab inteſtato, & bona quæ habent diuidunt inter filios in ingreſſu, vt C. de epiſco. & cler. l. Deo nobis. & C. de ſacroſan. eccleſ. Auth. en ſi qua mulier. Pronuncio, quod tenuerit compromiſſum primis allegationibus inhærendo. Sed in monachis ſimplicibus, & fra-*

*tribus minoribus, & prædicatoribus, & conuerſis poſſet probabilius dubitari* ſ *: Aſſiduè enim recipiunt arbitramenta et compromiſſa.* ſ

*Hæc autem fauente gratia Ieſu Chriſti* t *notanda duxi ad honorem & vtilitatem ſociorum & omnium aduocatorum, deſiderans ipſos in cauſarum ſtrepitu laureari. Nec miretur quis ſuperius denotando præludia & dilatorias & peremptorias & impedimenta legitima & beneficia nominaui: quia vt facilius & melius prædicta intelligātur varijs & diuerſis vocabulis appellaui, ad hoc alludit ff. de acquir. rer. dom. l. inſula. in fin. C.* t

A*Rbitrium.* arbiter † diffinitur, quod eſt, qui ex poteſtate ſibi à partibus conceſſa in cognoſcendo, & iudicando, ſiue pronūnciādo iudicis partes gerit, ita probat tex. in l. idem Pōponius ſcribit ſi de meis. aliàs eſt l. Pomponius. §. recepiſſe. ff. de arbit. licèt aliter & minus benè diffiniat Spec. in tit. de arbi. §. §. in prin. Et quot modis in iure accipiatur arbiter. vide glo. magiſtram. in l. pen. C. de arbi. Arbitrator verò eſt quodammodò quidam proſeneta adhibitus ad componēdas partes, Bar. in l. fi. ff. de var. & extraordi. cog. Et differunt, quia arbiter procedit iuris ordine ſeruato, & iudicat ſecundum ius, ſed arbitrator non cogitur, d. l. ſi de meis. §. recepiſſe. Bart. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. columm. 2. ff. pro ſocio. Innocen. Bald. Panormi. & Imol. in c. quintaualllis. de iureiuran. a 9

Secundò, arbiter aſſumitur ſuper lite, arbitrator verò ſuper contractu, vt inf. eo. ver. præterea.

Tertiò, arbiter non poteſt aſſumi ſuper facto proprio, arbitrator ſic, infr. eo. verſi. vel ſi iuſſit.

Quartò, arbiter non procedit die feriata, arbitrator ſic. vt eod. verſicu. Item ſententia.

Quintò mulier non poteſt eſſe arbitrix, ſed benè arbitratrix, inf. eod. verſic. ſequen.

Sextò, monachus non poteſt eſſe arbiter, ſed benè arbitrator, inf. eo. verſ. verum quia ſæpè.

Septimò, excōmunicatus notorius non poteſt eſſe arbiter,

c. ad probandũ. de re iudi. iuncto c. vno delegatorum. de offi. deleg. glo. nota. & Bar. in l. Pedius. in princ. ff. de arbi. quã dixit nota. Alex. in l. ſi quis arbitratu. colum, 8. ff. de verb. obli. Sed excõmunicatus benè poteſt eſſe arbitrator, ſecundũ Bar. vbi ſuprà. in c. ex facto. §. ſi quis rogatus. in ſecundo. ꝑ illum tex. & ibi etiã Ang. ff. ad Treb. & in l. cũ pater. §. hęreditatẽ. in 1. ꝑ illum tex. ff. de lega. 2. Anto. de But. in d. c. quintauallis. & tenet Alex. in d. §. ſi q̃s rogatus. & in d. l. ſi quis arbitratu. col. 7. quicquid dixerit Io. And. in c. dolo. de reg. iu. in 6. et Panor. in d. c. quintauallis. in 19. differentia q̃ maximè, quia magis communis eſt opinio Innocen. & aliorum. in c. veritatis. de do. & contuma. excommunicatũ poſſe contrahere, & arbitramentum eſt quidã contractus, cùm ſit tranſactio, gloſ. in Auth. vt diffe. iudi. §. 1. in ver. conuentum. colla. 19. ſecũdum Alex. in d. §. ſi quis rogatus. Et quantò fortius ſi æquiparemus excommunicatum relegato non deportato, prout vult gloſſ. communiter approbata in c. paſtoralis. glo. finalis. de appella. reprobata alia in §. minor. in verſic. interdictum. Inſtit. de capi. dimi. quam licet ſingularem reprobant ibi Nico. de Neapo. Ioan. Fab. & Ang. Aret.

Octauò litiſconteſtatio † coram arbitro facta interrumpit præſcriptionem, ſicut coram iudice, non ſic coram arbitratore, text. in l. penult. in fin. & ibi Bald. & alij. C. de arbi. Innocen. & Dd. in d. c. quintauallis.

11 Nonò, quia † probationes & alia acta factum concernentia agitata coram arbitro fidem faciunt corã iudice ordinario, text. eſt in c. præſentata. de teſti. in l. penul. in fin. C. de arbi. ſecundum diſtinctionem tamẽ. l. fin. C. de teſti. ſecùs ſi facta coram arbitratore, cùm coram eo non ſit iudicium, etiã ſi ordinem iudiciarium obſeruet, vt ſingulariter voluit Innocen. in d. c. quintauallis. & per illud dictum Inno. ita tenet Panor. in d. c. præſentata. in 2. colum. & in d. c. quintauallis. in 10. differentia.

Sed ante eum tenuerunt Nico. de Mat. & Bal. in d. c. fin. & idem poſt Iaco. Butr. tenet ibidem Salice. & plenè Felin. in d. c. præſentata. vbi limitat. licèt aliter tenuerit Barto. diſtinguens vtrùm teſtes fuerint recepti in figura iudicij, vel non, in d. l. fin. C. de teſti. & vide quæ dicam infrà.

12 Decimò quia ſententia † arbitri, ſiue laudum in eccleſia latum non tenet, ſicuti nec ſententia iudicis. c. decet. in fine.

de immuni.eccle.lib.6.ſecundum Ioan.And.& Panor.extendentes.d.c.decet. ad ſententiam arbitri. in d.c. quintauallis. in 17.differentia. Sed laudum arbitratoris in eccleſia latum benè teneret,argu.l.fina.C.de fer.& quia contractus in eccleſia celebrati non irritantur, per d.c. decet. vt vult gloſſ.ibi in verſ.proceſſus. & arbitramentum eſt cõtractus vt prædixi.ita vult Panor.in d.c. quintauallis. qui tamen fatetur arbitratorem peccare niſi ſperaretur pax aut actus pius.

Vndecimò à ſententia ſiue laudo arbitri non appellatur, nec recurritur,ſed ſecùs à ſententia arbitratoris, à qua ad boni viri arbitrium poteſt recurri, ſi iniquè fuerit arbitratus, de quo dicam plenè infrà eod. verſi. Sed quia quotidiano vſu in 1.addi. incip. niſi iniquitas.

Duodecimò, quia arbitrium † nõ tranſit in hæredem hæredis non facta mentione in compromiſſo. Sed arbitramentum, cùm ſit contractus, benè tranſit, vt dices ſtatim. in verſi. ratione mixta. addi. prima. Aliam not. differentiam videbis infrà eo. verſic. item ſi ſententia. in vltima apoſtilla. Cæteras differẽtias videre poteris per Dd. in d.c.quintauallis.conformitates † verò & differentias multas inter arbitrũ & iudicem ordinarium, vide per Ludo.Roma.in l.1.ff.de arbi. & per Angel.Are.Inſti.de acti.§.omnium. colum.2.& 3. Conformitates verò inter arbitrum & arbitratorẽ ponit aliquas Do.Vber.infra eo. verſi.concurrunt, & ibi fortè dices. Anto. de Tremo. 13 14

b *Fœmina* Niſi conſuetudo eſſet in cõtrarium, per tex.in c.dilecti.de arbi.gl.in l.fi.hic allegata.& adde quæ dixi ſupr. ti.q b.mo.exa.iudi.ord.decli.in prin.in addi.inci.vel mulier.

c *Nec dedit fideiuſſores*. A contrario ergo ſenſu, quod eſt in iure validiſſimũ,l.1.in princ.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſdi. ſi dediſſet fideiuſſores teneret arbitriũ, & pœna poſſet à fideiuſſoribus peti. Intellige tamen ſane, quando erat talis pupillus,qui poterat naturaliter obligari, putà proximus pubertati,l.1.ff.de noua.& no.in l.pupillus.ff.de reg.iur.quo caſu illi naturali obligationi benè accedit fideiuſſor,l.naturaliter.ff.de condi.inde.cum ſimilibus, aliàs non poſſet accedere fideiuſſor, & per conſequens nõ validaretur arbitrium, ſecundum glo.& Bart.in d.l. ſi pupillus. Et quando dicatur proximus pubertati, vide per gloſ.in l.pupillum.in princ.de reg. iu.& in §.pupill9.Inſti.de inut.ſtipu. videlicet maſculus

in decimo anno cũ dimidio, fœmina verò in nono & dimidio, quas glo. ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. 1. ff. de noua. Sed fideiuſſorũ datio non operaretur ad validandũ proceſſum coram iudice, vt dixi ſup. tit. 2. verſ. itẽ pupillus. Anto. de Trem.

15 d *Hæredis non factæ mentione.* Non enim tranſit † arbitriũ in hæredem, niſi fuerit actum, ſed benè effectus ſententiæ arbitri, vt d. §. ſi hæredes. & c. fina. extra de arbi. Secùs tamen in arbitramento, cùm ſit contractus, & contractus tranſeant ad hæredem. l. veteris. C. de contrahen. & cõ. ſtipu. etiam ſi ſint conditionales. §. ex conditionali. Inſtit. de verbo. oblig. Iſtam differentiam ponit Spec. in titu. de arbi. §. finitur. verſ. ſed nunquid arbitrator. & tenent Hoſti. & alij in d. c. fi. Bal. in l. fin. in 5. q. C. de contrahen. empt. Fran. Are. Ludo. Roma. & Alexan. in 9. col. in l. ſi quis arbitratu ff. de verbo. oblig. & ibi Iaſ. fatetur iſtam eſſe communem in 9. col. eandem opinionem tenent Anton. de Butr. Imol. & Panorm. in 5. differentia. in d. c. quintaualllis. quicquid tenuerit idem Panorm. ſibi contrarius in d. c. fina. & Bartol. in d. l. ſi quis arbitratu. in 7. quæſtione. ibi in puncto iuris ſuſtinet Iaſ. ſed à communi ne recede. l. vna. ff. de offic. quæſto. cum ſimilibus. Sed an facultas arbitrandi conceſſa ſtipulatori tranſeat in ſingularem ſucceſſorẽ, vide infrà eo. verſi. concurrunt in addi.

16 Item an compromiſſum † factum in aliquem ſub nomine dignitatis. putà in regem Francorum, tranſeat ad eius ſucceſſorem, ſicut tranſit iuriſdictio, c. quoniam Abbas. de offic. delega. breuiter conclude non tranſire, per text. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. ſubſti. & in l. diem proferre. §. 1. ff. de arbit. per quos text. ita tenent Barto. Bald. Ang. Sali. Imol. Paul. de Caſtr. & Iaſ. dicens iſtam verã ſicut euangeliũ. in d. §. hæc verba. & ibidẽ Are. fatetur iſtã eſſe communem, & obſeruari in practica, licèt ipſe de iuris ſubtilitate teneat contrariũ: próut etiã tenent Raph. Cu. & Alex. ibi. Adde etiã, ꝙ primam partẽ tenuit Bal. in infinitis locis, maximè in c. vno. in prin. col. 6. verſ. pone cõceſſum. qui feu. da. poſ. in vſi feu. vbi dicit ſe ita cõſuluiſſe in cauſa comitis Sabaudiæ ſuꝑ ſententia lata per regẽ Francorũ, cùm in eius patrẽ fuiſſet factũ compromiſſum ſuꝑ 44. caſtris feudalib⁹ imperij. Et de cõpromiſſo facto in Papã Martinũ idem dicit Pe. Anch. in c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. Rationẽ diuerſitatis inter iuriſdictionẽ & cõpromiſſum vide ꝑ Imo. & Iaſ. in §. hec vera. Anto. de Trem.

e Si

e *Si ſorde.* Iſte Domin. Dd. non videtur facere differentiam inter corruptum gratia & corruptum ſorde.i.pecunia, próut faciunt Iac.de Ra. Pet.de Bel. Pert.Cy. & Pau.de Caſtr. in d.l.3.C.de arbi. quemadmodum etiã non diſtinguũt gloſ.

Et ſic aliud erit in ſentẽtia iudicis, aliud in ſententia arbitri: quia † ſentẽtia iudicis lata per ſordes.i.per pecuniã eſt ipſo iure nulla.l.venales.C.quãdo prouo. non eſt neceſ. & lata per gratiã mero iure, videlicèt, l.ſeruo inuito.§.cũ prætor. ff. ad Treb. niſi in caſu.l.fi.C.ſi ex fal. alle. ſecundũ Io. Fa. & Sal. in d.l. venales. licet iudex litẽ ſuã faciat.l.2.C.de pe.iu.q ma. iu. datur tamẽ aduerſus ipſam ſententiã reſtitutio, p gl.ſing. in d.§.cùm prætor. & ibi Pau.de Caſtr., & Alexand. in add. ad Bar. Sed ſententia arbitri eſſet per ſordes. i.per pecuniam lata eſt mero iure valida. ſed datur doli exceptio contra agentem pœnam, per tex. in l.1.præal. tenet gloſſ. in d.l. venales. & in l.ſed & ſeruum.§.ſunt & alij. & in l. ita demum. ff. de arbi.odo. Bal. Io.Fab. & Sali. in d.l.venales. Odof. Alb. & Io. Fab. in d.l.3. Imo. in l.diuus. & ibi aſſignat rationem. ff. de re iu. Ang. Are. in §.omnium. colum.4. Inſt. de act. licèt Iac.de Aret. Pet.Cy. & Pau. in d.l.3. non diſtinguant inter iudicem & arbitrium, ſed ſolùm an per gratiam an per ſordes etiam in arbitro, vt in iudice dixi. ſed primũ puto verius per d. l. 3.

Benè fateor, quod eo caſu, quo ex ſententia arbitri daretur actio, vt in l.cùm antea.C.de arbi. & ageretur ex ſententia, & non ad pœnam, quod tunc arbitri ſententia per ſordes lata, eſſet mero iure nulla, ſicut ſententía iudicis: quia tunc ſentẽtiæ nomen meretur, per no. in l.1.C.illo tit. & hoc voluit apertè Sali. in d.l. venales. ſed certè nil aliud ſentit gl. in d.l.ita demum. gl.mag. in fin.

Sed quid in laudo arbitratoris lato per ſordes & dolum ipſius arbitratoris? Paul.de Caſt. tangit in d.l.3. poſt Io.And. in addi. ad Spec. titul.de arbitr. §.fin. in mag. venditione: ſed conclude, quòd mero iure teneat, ſed poſſit peti reductio per ea, quæ dicta ſunt de arbitro, & multo fortius etiam ſecundum Paul. ſi pars cum iuramento renuntiaſſet reductioni: quia in omni † generali renuntiatione cenſetur dolus malus exceptus, l.creditor.§.Lutius Titius. ff. mand. An. de Tre. 18

*Meri vel mixti imperij.* An de † cauſis meri imperij.i.criminalibus poſſit compromitti, breuiter conclude, quòd ſi a- 91
gatur criminaliter ad vindictam publicam, quòd partes cõ-

promittendo non poſſunt præiudicare Reipublicę vel fiſco, gloſſ. in l. diuus Marcus. gloſſ. fin. ff. ad Sille. & clau. Sena. & Bar. in l. 1. §. vſq; adeò. ff. de iniurijs. poſt Dy. ibi per tex. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac. & per Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. per Bal. in l. falſus. in 3. oppo. C. eo. & in l. 1. in vl. col. C. com. de leg. & fidei. & in l. trãſigere. C. de trãſ.

Sed ſi agatur ciuiliter, id eſt, ad vtilitatem priuatam, benè poterit compromitti, gloſſ. in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. gl. 1. ff. de his qui no. infa. tex. & ibi Pa. & alij in quintauallis. de iureiu. tunc enim cùm parti pœna ſit applicanda, poterit iuri ſuo renuntiare, per iura vulgaria, & hoc voluit Spec. in tit. de arbi. §. reſtat. in prin.

Vnum tamen eſt, quòd ſi delictum conſiſteret in omittendo, poteſt remitti per partem etiam pœna fiſco applicanda, glo. eſt ordinaria, quæ non eſt alibi in d. l. diuus Marcus. glo. fi. in fi. quam ibi appellat Bald. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi paciſcar. in 1. lectur. ff. de pactis. & in c. quoniam frequenter. in princ. col. 4. vt lit. non conteſt. & illam dicebat ſingularem Dy. ibid. vt refert Ant. Cor. in ſingularibus ſuis, in verſi. pœna. in vltimo. & ab omnibus dicit reputari ſingularem clariſſimus Iureconſ. Do. Nico. Boe. ſacri magni conſilij chriſtianiſſimi inuictiſſimi Francorum Regis cõſiliarius in ſuis commentarijs ad conſuetudines Bitu. in tit. de iuriſd. omn. iud. §. 16. gl. 2. Eo ergo caſu poſſet etiam fieri compromiſſum per regulam, quam tradebat Guil. de Suz. in d. §. Iulianus. hic allegato quem refert Io. And. in addi. Spe. in d. tit. de arbi loco prægalleg. quod de omni crimine, de quo licet tranſigere, iuxta d. l. trãſigere. poterit etiam fieri compromiſſum, & multofortius. Et non facta mentione de Guido. de Suz. Idem vlt Bar. in d. §. Iulianus. in fin. inferens, quod vbicunq; poteſt de crimine tranſigi, poterit compromitti in arbitratorem: quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, vt per gloſſ. ſæpè alleg. in Auth. vt diffe. iud. in prin. in prin. in verſic. conuentum. coll. 9. Ant. de Trem.

g *Erat iudex.* Intellige ſanè, quod etiamſi non cogeret partes ad compromittendum: quo caſu indubiè compromiſſum eſt ipſo iure nullum, per text. quem ibi not. Bald. & dicit menti tenendum ſecundum literam abſuiſſe in l. ſi qui ex cõſenſu. C. de epiſ. audien. ſed etiã partes voluntariè in eũ compromitterẽt tanquã arbitrum de cauſa: cuius cognitio ad

ad eum ſpectaret, non valebit compromiſſum, vt per glo. in d. §. ſi quis iudex. & eſt tex. in l. prætor. ff. de tut. vel cura. dã. ab his. & l. 1. §. & poſt operis. cum glo. & ibi moder. ff. de no. oper. nuntia. De cauſa † verò ad eius cognitionem non ſpe- 20
ctante benè poſſet recipere compromiſſum, putà inter non ſubditos: cum quo ad illas cenſeatur priuatus, vt voluit glo. in l. 1. gl. fi. in fi. ff. de iudi. & in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epi. aud. & vtrobiq; per Dd. Sed in iudicẽ etiam de cauſa ad eius iuriſdictionem ſpectante benè poteſt compromitti tanquã in arbitratorem, glo. Bar. & Bald. dicens eſſe veritatem, in d. §. ſi quis iudex. glo. & ibi Alex. in d. l. 1. §. poſt operis. & gloſſ. in ver. conuentũ. in Auth. vt differentes iudices & alibi ſæpè. Sed iure canonum etiam tanquàm in arbitrum poteſt indiſtinctè compromitti in iudicem ſiue ordinariũ, c. cum tempore. & c. ex parte. & ibi per Dd. de arbi. ſiue delegatum, in c. niſi. de præben. & iſtam differentiam tenet Spe. in tit. de arbi. §. poteſt. verſi. ſed nunquid in ordinarium. & eam dicunt communem Ant. de But. & Imo. in d. c. quintauallis. in prima differentia: quos refert idem tenendo poſt Ang. Imo. & Lud. Ro. ibi Alex. de Imo. in d. §. & poſt operis. licet aliter dicat Pa. in d. c. cum tempore. col. fi. Sed dubium eſt, vtrum iudex † poſſit cogere partes ad compromittẽdum in alium? ad 21
quod dic breuiſſimè, quòd magis communis opin. eſt, quòd in ciuilibus cauſis non poteſt partes cogere ad cõpromittendum, niſi in tribus caſibus, de quibus per Alex. in d. §. & poſt operis. col. 2. In criminalibus verò ante delictum perpetratũ poſſunt, ſi ſuſpitio eſt ſcandali, l. æquiſſimum. & ibi gl. Iac. But. & Bal. ff. de vſuf. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. preſi. poſt vero perpetratum delictum & punitum quóad vindictam publicam, poterit iudex partes hortari ad pacem cogere non: ſecundum Bal. & Salic. per gl. ibi in l. tranſigere. C. de tranſact. & Alex. vbi ſup. Ant. de Trem.

h *De re ſua* Arbitrator † tamen benè poteſt eſſe quis in re 22
ſua & cauſa propria, tex. eſt in c. quintauallis. de iureiu. l. hęc venditio. in prin. ff. de contrahend. empt. debet tamen arbitrio viri arbitrari, & ſi iniquè arbitretur, vel ſit in mora arbitrandi, recurritur ad arbitrium boni viri, vt eſt tex. multũ notan. ſecundum Bartol. ibi in d. l. hæc venditio. Et ſic licet à perſona tertij non recedatur, ſi nolit arbitrari. l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. obliga. & l. final. C. de contrahen. empt.

tamen

tamen à perſona alterius ex contrahentibus benè recidi poteſt, per illũ tex. in d. l. hęc venditio. & tenet Bar. Paul. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. & Bar. in d. l. hæc venditio. Notanter dixi, ſi tertius nolit arbitrari: quia ſi arbitraretur, & iniquè, fieri poſſet reductio, per tex. cum glo. in l. propoſita. ff pro ſocio. tenent Bart. Paul. Alex. & Iaſ in d. l. ſi quis arbitratu. & idem vult gloſſ. in l. 1. gloſſ. magn. ff. delega. 2.

23 Item quod dico, à † perſona tertij non volentis arbitrari non poſſe recedi, vide limitatum ſeptem limitationibus per Iaſ. in d. l. ſi quis. colum. 3. & 4. & ad principale dictum Do. Hub. vide quæ ſcripſi ſup. quib. mo. exa. iud. ord. decli. verſi. Ratione cauſæ. in add. ſup verbo in cauſa ꝓpria. An. de Tre.

i *Dies compromiſsi exiuit* Sed non parum ardua dubitatio

24 eſt, quanto † tempore duret poteſtas arbitrandi, vbi nulla dies eſſet præfixa in compromiſſo. In quo tamen articulo vno verbo conclude, primò quoad arbitrium, quòd poteſtas cognoſcendi durat perpetuò, ita quòd nullo tempore eius notio. i. facultas cognoſcendi exſpirat, donec partes ſpreuerint ipſum arbitrũ, vel partes aut earũ altera ſibi fecerit pfigi terminum per iudicẽ, per tex. in Auth. ſi tamen. C. de tẽp. ap.

25 Sed inſtantia † coram eo cœpta durabit tantum triennio poſt litem conteſtatam ſicut coram iudice dicitur in l. properandum. in prin. C. de iudi. cùm inſtar iudiciorum arbitria ſunt redacta. l. 1. ff. de arb. & coram arbitro lis ſit conteſtanda ſicut coram iudice l. pen. in fin. C. de arbit. & l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. Niſi lis coram iudice iam duraſſet vltra biennium quo caſu coram arbitro inſtantia durabit anno. d. l. properandum. §. ſi autem. in medio. & ibi Cy. per illum tex. Et hæc procedunt iure ciuili ſed iure canonum etiam inſtantia ipſa perpetuo durabit, ſicut & facultas arbitrandi: quia eo iure cauſæ non habent inſtantiam, text. eſt in c. venerabilis. de iudi. Iſtam magis veram concluſionem eſſe atteſtatur Alex. de Imo. in l. ſi quis arbitratu. col. 7. verſic. quid autem in arbitro. ff. de verbor. oblig. & ibi refert plures qui de hoc articulo ſcripſerunt. Quo verò ad arbitratorem, conclude, quòd ſicut poteſtas arbitri non finitur tempore, ſic nec arbitratoris: cùm à iure tempus non reperiatur præfixum, quicquid dixerit Bartol. quem ſolus Ange. ſequitur in d. l. ſi quis arbitratu. contra quem indifferenter tenet vtraque ſchola canoniſtarum & legiſtarum. canon. in d. c.

Quintauallis. & in c. cùm dilectus. de arbit. legiſtarum. in d. l. ſi quis arbitratu. vbi plenè vide Alexand. & Iaſ. in 14. & 15. colum. tex. enim in l. fin. §. ſed & ſi quis. C. communia deleg. & fidei. per quem Bar. dicebat facultatem arbitrandi expirare anno, loquitur in vltimis voluntatibus, in quibus benè poteſt recedi à perſona arbitratoris: vndè nimirum ſi tempore finiatur facultas arbitrãdi, non ſic in contractibus, per d. l. ſi. C. de contra. emp. Ant. de Trem.

k In hac vtili & quotidiana materia prorogationis termini in compromiſſo præfixi ne longior ſim, pono tibi octo breues concluſiones. Prima erit ad hoc quod vt prorogatio teneat, opus in compromiſſo actum fuiſſe. Reliquum habet inf. ad fi. tit.

l *Sententia obtinebit* Licet iſtud idem quod Do. Hub. hic tenuerit gloſſ. in l. diem. §. ſi plures hic alleg. & Spec. tit. de arbit. §. fin. verſ. notare quoque. poſt princip. §. vbi iſta verba. Dom. Huber. tranſcripſit: & pro hac parte videatur facere tex. præalleg. attamen contrarium eſt clarè deciſum per c. 1. de arbi. lib. 6. imprimis † enim attendi debet ſumma, in qua 26
plures concordant expreſsè: vndè ſi duo condemnent in 10. & tertius in 5. pręualebit ſententia duorum, d. c. 1. Sed vbi omnes diſcordarent de ſumma, tunc minori ſummę ſtaretur. d. §. ſi plures. & ita etiam no. Bar. & alij. in d. §. ſi plures. & Dd. ſignanter Iaſ. in d. l. inter pares. ff. de re iu. vbi etiam ponit, quid ſi duo condemnantes in maioribus ſummis proteſtentur, quòd ita condemnant in illis, quòd non in minori, putà vnus in 15. Ita quòd non in minus, alius in decem ita quod non in minus, & tertius in 5. concludit, quòd non obſtante proteſtatione eorum, tanquàm facto contraria, valebit in 5. per glo. ſolennem in d. c. 1. gloſſ. fin. quam dicit ſingularem. Imol. in d. l. inter pares. & eam ſequuntur Ioan. And. Dom. de ſanct. Gem. & ibi licèt contrarium tenuerint Specul. vbi ſup. verſic. ſed pone & Ange. Bald. Paul. & Lud. in d. l. inter pares. per text. in l. ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam. ff. de verb. oblig. ſed ille tex. loquitur in cõtractibus, & ſic in actibus dependentibus à mera voluntate contrahentium, ſecundum Iaſ. vbi ſup. Ant. de Trem.

m *Tertius aſſumatur.* An † autem partes poſſint dare facul- 27
tatem arbitris eligendi tertium incertum, dic, quòd non, ſed benè certum, per tex. in l. item ſi vnus. §. ſi duos. ff. de arb.

& tex.

& tex. in c. innotuit. & ibi per cano. de arbi. Sed de arbitratoribus benè poteſt dari talis facultas eligendi tertium incertum, per tex. in c. cùm à nobis. eod. titul. ſecundum primum intellectum gloſſ. quem ibi tenet Hoſt. & communiter Dd. ſecundum Panor. ibi in 2. col. dicentem, quòd eſt ſingulare dictum licet ſubiungat, quod poſſet de iuris ſubtilitate teneri contra gl. Et quod arbitratoribus poſſit dari talis facultas, tenet Alex. in add. ad Bar. in Bar. in §. ſi duos. poſt Bal & Io. Mo. in locis, de quibus per eũ ibi. E contra verò benè valeret compromiſſum in duos, hoc adiecto, quòd teneantur ferre laudum ſecundũ conſilium alicuius iuriſcõſulti incerti: ſed non certi: quia eis libera facultas arbitrandi, d. l. item. §. idẽ Pomponius. & ſentit Huber. inf. eo. verſ. 2. niſi diceret, conſilio talis habito, quo caſu tenentur habere, non ſequi Bart. in l. 1. §. ſi plures. col. pen. verſ. ſextò quæro. ff. de exerci. & Ang. in l. illa inſtitutio. ff. de here. inſti. & Lan. de Oria. in trac. de arbi. §. multis varijsq; modis. Ant. de Trem.

n *Alio loco.* Adde idem tenere Spec. in tit. de arbi. §. final. verſic. de loco autem. & ibi Ioan. And. & Bal. in §. ſi arbiter. hic allegato. Non tamen intelligas Iudaice, quòd ſi fuerit compromiſſum in vna domo ciuitatis, quòd non poſſit ferri laudum in alia domo eiuſdem ciuitatis: ſed generaliter eſt locus accipiendus, ſecundum Spec. vbi ſup. verſi. item queritur an ſtrictè. Non ſic in iudice ordinario, qui in loco maiorum ſuorum iura reddere debet, l. pen. ff. de iuſti. & iur. aliàs ſententia eſt nulla, ſecundum Bal. ibi & dixi ſup. tit. de impe. exe. & cau. nul. §. videamus. verſi. ratione modi.

o *Pronuntiare* Vel niſi arbiter à principio locum elegerit, & partibus aſſignauerit: quia eo caſu omnes citationes intelliguntur relatæ ad illum locum. Ita Bar. notabiliter in l. ſi vt proponis in 2. C. quom. & quando iud. dicens practicã talem eſſe, & idem voluit Iaco. But. in l. ſi locus. ff. de iu. quem refert & ſequitur Alex. in addi. ad Bar. d. §. ſi arbiter.

p *Talis conditionis* i. authoritatis, vt ibi dicit tex. & ibi no. Bal. quòd ratione authoritatis & dignitatis conceditur arbitro, quòd aliàs non concederetur ad ꝙ facit, quod vult idem author. ſupr. tit. 2. §. item monachi: verſ. admitto tamen eos.

q *Agere* Et litigatores eo loco facilè conuenire poſſint, prout dicit ibi tex. quia vtrũq; requiritur. & per illũ tex. Bal. ibi notat partes nõ poſſe citari ad locũ, ad quẽ non poſſunt

ire de facili, allegat not. in l. ſi locus. ff. de iud. adde. l. nepos proculo. ff. de verb. ſig. non enim † dicor facere poſſe, quod 28
commodè non poſſum. Ant. de Trem.

r *L. quærit* Aliàs eſt, l. itē ſi vnus. §. idem Pomponius. & ſic rectè ſentit do. Hubo. ſecùs eſſe ſi diceretur, conſilio talis habito, vt dixi ſup. eo verſ. pronuntiata in addi. ſuper ver. tertius poſt Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. cui adde Spe. tit. de arb. §. fi. ver. ſed quid ſi dicatur. Ant. de Trem.

ſ *Die feriata* Hoc intellige in arbitro. quia arbitrator † 29
die feriata etiam in honorem Dei poteſt ſuum laudum proferre, & valebit: cùm arbitramentum ſit quædam tranſactio, gloſ. in Auth. vt diffe. iudi. in princ. in verſ. conuentum. col. 9. & tranſactiones die feriata in honorem Dei benè poſſunt fieri, l. fi. C. de fer. Bar in l. Pomponius. §. fin. & l. ſi feriatis. ff. de arbi. Bal. in d. l. fi. in 5. no. Pan. in c. Quintauallis. col. 12. de iureiur. vbi tamen putat arbitratorem peccare niſi ſperetur pax aut actus pius vt dixi ſup. eo. in rub.

t *Si fuit dictum.* Sed ſi nō fuiſſet dictū in dubio dices, quòd ſi omnes † controuerſiæ erant propoſitæ ex parte vnius ex li- 30
tigatoribus tantùm, & tunc poterit ſeparatim pronuntiare: Si verò permixtim vtraq; pars alteri cōtrouerſiam faciebat, fortè quia lite penden. coram iudice in cauſa conuentionis & reconuentionis partes compromiſerunt, & tunc vna ſententia vtranq; controuerſiam dirimere debet, Ita Bart. in d. l. quid tamen. in prin. licet aliter diſtinguat in l. de rebus. eo. tit. quod nota, quia aliàs vidi dubitari.

v *Non fuerat compromiſſum.* Vnde dicunt Bar. Ang. & mod. in l. Aquiliana. ff. de tranſac. quòd nō poterit arbitrator cōdemnare vnam partem ad dandum vel tradendū aliā rem in cōpromiſſo nō cōprehenſam ꝓ re petita: licet bene poſſet † 31
condēnare ad dandū certā pecuniæ ſummā, licet de pecunia non fuiſſet cōpromiſſum factū. quia pecunia, ꝑ quā omnes aliæ res æſtimātur, non videtur alia res. l. ſi ita. ff. de fideiuſ. ꝙ Bar. vbi ſup. dicit menti tenendū, Vel poterit condēnare Titium ad reſtituendū rē petitā Mæuio, datis prius Titio cent̄, dummodò in eadem oratione. ſecùs in capitulo ſeparato diceret de pecunia: quia tunc quòad illud caput non valeret: ſecundū Ang. ibid. cuius verba dicit elegantia, & non tradenda obliuioni Lanfran. de orig. in tra. de arbi. §. nonò quæro.

Et dicebat Spe. in tit. de arbi. §. excipitur. ver. ſed pone quod

litigantes promiſſa procedere in arbitratore: ſecùs in arbitro, per rationem de qua ibi per eum. Sed Bart. in d. l. Aquiliana. non diſtinguit. Innoc. & Iaſ. ibi dicit diſtinctionem Spec. non eſſe veram nil vltra ſubiungens. Speculatorem etiam reprobat Lanfran. in d. verſic. nonò quæro. quia vtrobique eadem ratio. Adde tamē, quòd etiam arbiter poteſt pronuntiare ſuper fructibus & expenſis. licèt de eis nil fuerit dictum in compromiſſo: iſtud fuit ſingulare dictum Bald. in l. 1. in 1. colum. C. ſi à non competen. iudi. quod dicit multum ſingulare Iaſ. in d. l. Aquiliana. & ad idem Alexand. & Imo. in addi. ad Bar. ibidem allegat Bald. in loco præalleg. licèt Bald. expreſsè non dicat de arbitro: ſed de delegato. Sed miror quòd non allegent gloſſ. ſingularem hoc expreſsè volentem in d. l. non diſtinguemus. §. de officio. quam ad hoc dicit ſingularem Ang. Aret. in §. omnium. col. Inſti. 2. de act. Anto. de Trem.

x *Alijs modis.* Putà, quia partibus abſentibus pronuntiauit laudum, p text. in l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arbi. qui vult non ſufficere partes eſſe citatas coram arbitro: ſed eſſe neceſſariam earum præſentiam, nec ſufficere abſentiam per contumaciam, quem text. ad hoc ſolenniter Barto. ibi notat. & ad idem ab expreſſo alium textum notat Bald. in l. ſi qui ex conſenſu: ſecundum literam affuiſſe. C. de epiſcop. audien. Niſi eſſet data in compromiſſo poteſtas arbitrio proferendi ſuam ſententiam partibus præſentibus vel abſentibus. vt habetur in d. §. ſi quis litigatori. Quo tamen caſu caue: quia adhuc eſſet neceſſaria citatio, aliàs laudum eſſet nullum. Iſtud eſt ſingulare dictum Spec. in tit. de arbit. §. excipitur ad finem. verſi. ſed pone quòd dixit non eſſe alibi Alexand. de Imol. in addi. ad Bar. in d. §. ſi quis litigatorū. & eum ſequuntur Imol. Ludouic. & Alex. in 5. colum. verſic. quartò limita. in l. ſi quis arbitratur. ff. de verbor. oblg. & ibi Bartol. Sozin. latè colum. 13. verſicul. 10. & vltimo.

Vnde neceſsè eſt addere, partibus abſentibus & non citatis, prout communis practica obſeruat. Et præmiſſa procedunt in arbitro. Sed quid in † arbitratore vtrùm poſſit partibus
33 abſentibus & non citatis proferre laudum ſuum? In quo articulo licèt latiſſimus exiſtat, eumque valdè dubium, & ſe ſemper dubitaſſe teſtetur Lud. Roman. in conſi. ſuo. 72. incip. circa primum quod quæritur. ſitque magna quæſtio

ſecun-

ſecundum Bal. in conſi. 7. incip. punctus quæſtionis talis eſt: quædam domina. in 3. volum. Et ardua ac valdè dubitabilis, & in facto ſæpè contingens, vt verbis vtar Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. colum. 9. ver. tertiò quærit: breuiſſimè tamen abſoluendo dicas, quòd licèt Bartol. in l. ſi quis arbitratu. in 2. colum. verſicu. quæro quandò arbitrator: quæ eſt tertia quęſtio, multis fundamentis firmet poſt Petrum de Bel. Pertic. requiri citationem in ſententia arbitratoris, quam opin. idē Bart. in pleriſq; locis tenuit, & in quibuſdam Bal. prout etiā referunt moder. Alex. Soz. & Iaſ. vbi ſupr. quam & melioribus authoritatibus & validioribus rationibus vallatam, & in conſulendo & iudicādo tutiorem dicit Ioannes de Anan. conſil. 83. incip. viſis his quæ in facto narrantur. etiam communem eſſe teſtatur Petr. de Beſu. ibidem. in d. l. ſi quis arbitratu. Licèt etiam contrariam opin. quòd non ſit neceſſaria partis pręſentia aut citatio, tenuerint Guliel. de Cug. & Ray. in l. epiſcopale. C. de epiſcop. & cleric. & ibi etiam Bald. ſuo more ſibi contrarius, & in alijs locis multis à modern. in d. l. ſi quis arbitratu. relatis: vbi etiam Franc. de Alber. hanc tenet in ſua repetit. & Dd. Cano. ſignanter Hoſtien. Anton. de Butr. Ioan. de Imo. & Panor. in c. Quintauallis. de iureiur. & multi conſulentes, de quibus per Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. colu. 10. ver. contrariam rationibus & fundamentis. de quibus per eoſdem. Attamen in hoc paſſu veram & ſequendam puto doctrinam Bal. in l. fi. col. 3. in 3. q. ad finem ſuæ diſtinctionis. C. de contrahen. empt. & vendi. dicentis, quòd ſi arbitrator aliquandò partes audiuerit, & negotiū ipſis pręſentibus examinauerit, quòd poſteà in prolatione ſui laudi nō eſt neceſſaria partium præſentia aut citatio: quinimò valebit mero iure laudum eiſdem partibus abſentibus & nullatenùs citatis latum. Si verò partes non fuiſſent præſentes in examinatione negotij, tunc laudum parte abſente & non citata latum, eſt nullum: & arbitrator præſumeretur in dolo, laudando non habita informatione, l. arbitratorum. ff. de arbi. & in hac opin. reſident Raph. Cum. Paul. de Caſtr. in 2. col. Lud. Rom. Alex. col. 4. verſi. tertia fuit opi. & Iaſ. in 11. dicens quòd ita conſuleret & iudicaret in d. l. ſi quis arbitratu. & Imo. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. Sal. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & Lan. de orig. in tracta. de arb. §. multis varijſque. q. 10. dicens Bal. in d. l. fi. ſingulariter loqui.

Si tamen velles tenere opin, Bar. limitans eam pluribus modis, vt per Alex. Soc. & Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. inter quas ponunt illam de calculatoribus electis ad videndum, & calculandum libros traffici, quòd poſſint declarare partibus abſentibus & non citatis, per tex. ſingularem & vnicum in l. 2. §. quod de frumentarij, ff. de adminiſtr. rer. ad ciui. perti. de quo plenè per Iaſ. ibi. in 13. colum. ver. ſexto. no. limita. Aduerte tamen, quòd etiam vbi velles tenere opi. Bart. quòd requiratur partis præſentia vel citatio in arbitratoris ſententia, quòd ſi diceretur in compromiſſo, quòd arbitrator poſſit ſentẽtiare partibus abſentibus, quòd tunc non erit neceſſaria citatio etiam ſi non addatur, & non citatis, próut de arbitro ſup. dictum extitit. & hoc ideò, quia cùm in ſententia arbitratoris non requiratur niſi citatio, ſecundum illã opi. vt illa verba aliquid operentur iuxta, l. ſi quando, in prin. ff. de leg. 1. cẽſebitur etiam remiſſa citatio. ita formaliter Alex. de Imo. in ſæpè alleg. l. ſi quis arbitratu. col. 5. ver. quarto limita. dicens ab alijs non fuiſſe declarari. Ant. de Tre.

y *Oritur* Sed an iſtis caſibus poterit appellari. dic vt in verſ. ſeq. in addit. in verb. iniquum.

34 z *Talia verba operari* Ergò videtur, quòd cùm † ex ea ſola ſententia poſſit appellari, ex qua datur actio vel exceptio, vult gl. ſingularis in l. 1. C. de arbit. quã facit valde ſingularẽ Bal. in c. prẽſentata. col. fi. de teſti. ſi partes non poſſunt facere, quòd detur actio & exceptio, vt vult iſte do. Hub. ergò pariformiter non poterunt paciſci, quòd poſſit appellari à laudo arbitri, cuius contrarium tenent Bar. Bald. & Sal. in d. l. 1. quid enim repugnat, ſi partes concordant, quòd arbitri ſententia reuideatur per iudicem. Sed fatentur, quòd nõ eſt propriè appellatio, ſed quædam reclamatio. Et quòd hoc poſſit, tenent Dy. Bar. Bald. Ang. Alex. & Iaſ. dicentes communiter teneri in l. nemo poteſt. de lega. 1. & Baſ. in rub. C, de appel. et Cano. in d. c. Quintauallis. & in c. cùm dilectus. de arbi. licèt contrarium tenuerint Cy. in d. l. 1. & Spec. in tit. de appel. §. in quibus. verſ. 16. quem prima parte allegat & malè. Bar. in d. l. Mæuio poteſt. Ant. de Tre.

35 a *Sit iniquum* Niſi † iniquitas eſſet euidens & manifeſta. gloſſ. & ordin. & menti tenenda, in c. à iudicibus. 2. quæſt. 6. quam dicit ordin. & menti tenendam, Panorm. in c. Quintauallis, colum. 16. de iureiur. & eam dicit ſingularem Lan. de orig.

de orig. in tract. de arbi. colum. 2. & tenent Hoſt. & Pa. in c. 2. de arbi. Innoc. in c. expoſita. eo. tit.

Vel niſi arbiter eſſet aſſumptus ſuper articulo iudiciali incidenti, per tex. ſingularem & non alibi ſecundum Barto. ibi. in l. arbitrio. ff. qui ſatiſd. cogan. ſecundum vnum intellectum, quē ibi ſequitur Ang. licet alij omnes impugnēt.

Vel ſecundum alium intellectum Iac. de Butr. Alb. Ang. & Iaſ. ibi & Ang. Are. & Imol. l. ex conſenſu. ff. à quib⁹ app. non licet. quando arbiter eſſet datus à iudice vel à partibus aſſumptus cum authoritate iudicis, quia tunc poſſet appellari, pro quo bonus text. in l. cùm anteà. circa princ. ibi, neq; iudex dederat, C. de arbit. idē & tertiò niſi eſſent arbitri iuris vel ſtatuti neceſſitate electi: quia ab illis benè poteſt appellari, ꝑ tex. in l. ampliſſimi. & ibi Ang. in 3. not. & Pau. in vlt. C. de iud. & per tex. in l. fi. & ibi Bar. Bal. Sal. & Iaſ. dicens eſſe communem. eo. tit. gl. Pet. de Anc. & Philip. Pet. Fran. dicens ita tenendum c. ab arbitris. de offi. dele. in 6. gl. in c. à iudicibus, 2. q. 6. Pa. in c cùm dilectus de arbi. Iaſ. poſt Frā. Are. in l. nemo poteſt. in 2. lectu. col. 15. in fi. de le. 1. Vel niſi ex ſententia arbitri oriretur actio, vt in caſib⁹. l. cùm anna. & l. ne in arbitrijs. C. de arbi. quia poſſet appellari, ſecundum Bar. in l. 1. eod. tit. & in d. l. nemo poteſt. & in l. 2. ff. de arbi. vbi dicit iſtam eſſe ſuam opi. cōtra omnes. Sed contrariū tenent gl. & Dd. in d. l. 1. & gloſſ. in l. arbitro. & ibi Alb. Ang. Bal. Alex. & mod. ff. qui ſatiſd. cogan. Imo. Alex. Are. & Iaſ. in vtraq; lectura in d. l. nemo poteſt. & vtrobiq; Alex. teſtatur communem eſſe contra Bar. & contra eū tenent etiā Ant. & Pa. in d. c. cùm dilectus. Vel niſi pactum eſſet in contrariū initum, vt habes ſup. verſ. prox. in addi. incip. ergò videtur.

b *Boni viri.* Quis autem † dicatur bonus vir: dic, quòd iudex ordinarius partium, tex. eſt quem ibi notāt Bar. in 1. no. & Pau. ab expreſſo in l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obl. & tex. in l. vir bonus. ff. iud. ſol. text. & ibi gloſſ. & Bartol. loquens de conſuetudine Piſarum, quod iniurians ponat ſe in manibus iniuriati, vt de eo ſumat vindictam, in l. ſed ſi vnius, §. prætor ait. ff. de iniur. ad idem gloſſ. & Bart. in l. in propoſita. quam Bar. legit cum l. ſocietatē. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & glo. in c. potuit. in ver. clerici in fi. de loca. Alibi tamen gloſſ. videtur appellare bonum virum forum conſcientiæ. in l. ſemper in contractibus. ff. de regul. iur. iunctis dictis, 36

per Bal. in l. vna. colum. 2. C. de confeſ. & in c. cùm cauſam. in ſecundo. de teſti. vbi inquit, quòd forus conſcientiæ eſt forus boni & æqui. & quod in foro conſcientiæ non eſt licitum ſe inuicem decipere, allegans dictam gl. dicentem hoc nõ conuenire bono viro. quam ad hoc idem Bal. reputat ſingularẽ in d. c. cùm cauſam. Ant. Trem.

c *Reducatur.* Adde quòd nedùm in cõtractibus bonæ fidei, verum etiam in cõtractibus ſtricti iuris peti poteſt reductio, per tex. gloſſ. ordin. & Bartol. in l. in propoſita. ff. pro ſoc. de quo text. ibi non aduertit, ſed illum ponderat in verbo, eo magis quòd iudicium pro ſocio bonæ fidei ſit, Bart. in l. ſocietatem. §. arbitorum, cum quo illam, l, in propoſito legit. in 1. colum. eod. titul. quaſi ille tex. innuat idem eſſe, ſi eſſet ſtricti iuris, ad idem tex. in l. ſi libertus iurauerit. de oper. liber. ff. & ita firmat Iaſ. contra Cuman. in l. ſi quis arbitratu. colum. 5. vbi etiam idem tenet Bar. ff. de verb. oblig. Benè fateor, quòd in hoc hoc differunt contractus ſtricti iuris à contractibus bonæ fidei: quia in hiſ petitur reductio per actionẽ ex eo contractu, pet text. in l. vndè ſi Neruæ. ff. pro ſoc. ſed in illis iudicis officio, per tex. in d. l. ſi libertus iurauerit. voluit Bar. in d. §. arbitrorum. col. 4. ver. quæro quo iure. & Ant. de Butr. & Pan. in c. quintauallis. de iureiu. & Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. col. 5.

37 d *Iniquitatem* Quandò autẽ † dicatur continere iniquitatem, dic, quòd ſi læſus vſque ſextam partem incluſiuè, próut probatur, in l. vnde ſi Neruæ, ff. pro ſoc. & ibi Barto. qui legit cum. §. arbitrorum. l. ſocietatem, non autem ſecundum eum vſq; ad dimidiam iuſti pretij: próut videtur probare tex. in l. 2. C. de reſcin. ven. & voluit glo. in l. ſi. C. de contrah. emp. & Anton. de But. in c. quintauallis. in antepen. Car. de iureiur. Sed cùm Bartol. de ſexta parte tenent Ludou. Roman. in l. ſi quis cum aliter. in 4. colum: de verbor. obligat. & Imol. in d. c. Quintauallis. quia tex. in d. l. 2. loquitur de pretio conſtituto à ſeipſo non à tertio, ſecundum Bartol. in d. §. arbitrorum, & Alexan. in d. l. ſi quis arbitratu, col. pe. qui tamen cõcludit relinquendum iudicis arbitrio, dummodò pro modica læſione non infringat laudum, próut etiam voluit Bal. in l. cùm ante ea. col. 2. C. de arbi. & Pan. in d. c. Quintauallis. col. 22. Ant. de Tre.

e *Vnde non poſsit reduci.* Adde, quòd idẽ tenuit Spec. in tit. de arbi.

arbi.§ fin.col.2.ver.ſed pone.vbi iſtum verſ.tranſcripſit. ſed Ioan.Andr.in addi.ibi dicit hoc procedere, vbi ex actis non poſſet diſcerni, quia nulla extant:nec ex verbis ſententiæ. Tu pleniùs dic, quod in † primis habemus intueri, quo iure proceſſerit,an vt arbiter libellum recipiendo, litem conteſtari faciendo,& aliàs ordinem iudiciarium ſeruando, & tunc videtur, vt arbiter proceſſiſſe, & valebit eius laudum, vt ſententia arbitri. 38

Si verò non obſeruauerit ordinem iudiciarium, & tunc vt arbitrator.

Item inſpiciendus eſt tenor ſententię,an amicabiliter componat:an verò determinet ſecundum punctum iuris. iſta eſt doctrina Bar.& Pau.de Caſtr. poſt gloſſ.ibi quam dicũt quotidie allegari,in l.1.ff.de iud.Barto.& Flo.in l.ſocietatem.§. arbitrorum.ff. pro ſoc.Bal.Ang.Alex.de Imo.arg.illius text. in l.ſi ſeruus plurium.§.final. de leg.1.Imol.& aliorum in c. Quintauallis.de iureiu.

Sed ſi non appareat ex actis nec ex tenore ſententiæ,in dubio videtur ſentire Do.Hub.hic,& Spe.vbi ſupr. quòd videbitur ꝓceſſiſſe vt arbiter,eo modo,quo melius poteſt:& hoc apertè vult Io. And.in addi.præallegatis. Hoc etiam voluit Bald.in l.ſi miles qui deſtinauerat. ff. de milit.teſtament. dicens,quòd ſi ille, in quem eſt compromiſſum tanquàm arbitrum & arbitratorem,exprimat in ſententia, quòd procedit vt arbiter & vt arbitrator,cumulando vtranq; poteſtatẽ, quòd fieri poteſt per tex.ſingularem,in c.niſi eſſet. de præb. quem dicit reputari ſingularem Alexand. in d.l. ſi ſeruus. §. fin.colu.2.quòd eo caſu valebit eo modo,quo melius poteſt: ſic vt ſententia arbitri cùm ab illa non poſſit recurri,d.§. arbitrorum.& hodiè pariat actionem,l. cùm ante ea. C. de arbi.non ſic in ſententia arbitratoris.Et iſtud dicit de iure verius,& ſibi placere Alex in d §,ſi. & ibi etiam refert ita tenere Lud.Ro.in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.

Sed ibidem Bal.& Ang.in d.§.fin.tenent valere iure arbitramenti & quòd in dubio cenſenda erit ſententia arbitratoris, vt recurri poſſit ad boni viri arbitrium quam ſententiam ſecutus eſt etiam Lud.Rom.in l.in teſtamento. C.de mili. teſtam qu.. etiam refert Alexan.in d. §.fi. & addi.noua.ad Spec.in d.§.fin.verſi.ſed pone.quia hoc eſt magis æquum vt fieri poſſit reductio. ideò præferendum ſecundum eos. & idẽ

voluit Bal. in l. non codicillum. ad fin. C. de teſta. Et hanc vltimam partem tenuit Alexan. in conſ. 13. incip. colum. 2. ver. vel poſito. in 1. volum. & conſil. duplicato 96. in eo. volu. & conſi. 19. incip. colum. 2. ver. præterea. & fortiùs in 4. volum. vbi expreſsè vult confeſſionem factã coram habente cumulatam poteſtatem arbitri & arbitratoris cenſeri factam corã arbitratore & in hanc partem inclinare videtur, Pan. in d. c. Quintauallis. col. 19. verſic. quæro nunc de aliquibus. Ant. de Tremolis.

f *Sed finiendarum* Et inducta ad vnum effectum non debẽt operari contrarum, l. legata inutiliter, vbi moder. de lega. 1. & l. cùm tale. §. fin. ff. de condi. & demonſt. & l. legata inutiliter, de adi. leg. & l. ex facto etiam. ff. de hæred. inſti. & quòd not. Bar. in l. ab emptione. in fin. ff. de pac. & in l. in traditionibus. eod. titul. & in l. final. C. de propo. agen. in rebus. libr. 12. cum ſimilibus adductis per Iaſ. in d. l. legata inutiliter. de legat. 1. Ant. de Trem.

g *Non poſſunt alij delegare* Sed pulchrum & vtile dubium
39 eſt, vtrùm † facultas arbitrandi conceſſa ſtipulatori ſuper contractu, poſſit cedi aut tranſmittatur, putà promiſiſti mihi tenere riuum purgatum arbitrio meo. Et ego vendam molendinum Titio: an Titius poterit arbitrari. & ſic an in ſingularem ſucceſſorem tranſeat arbitrandi facultas, Iac. de Aren. Nicol. de Neapol. & Bald. in l. ſi ſic. §. ſi quis ita qui eſt, ff. de leg. 1. tenent quòd ſic. argum. illius text. vbi electio tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & arbitrari eſt quoddam eligere. & idem tenent Cyn. in 7. quæſtio. Alb. Bald. in 5. & Sal. in 9. dicens cordi tenendum, in fin. C. de contrahend. empt. & vendit. diſtinguentes, vtrùm competat iure proprio: vt in dubio noſtro, & tunc tranſeat, an alieno, & tunc ſecùs, per d. l. final.

Sed Ioan. & Imol & Alexan. in d. §. ſi quis ita: tenent contrarium, vt neutro caſu tranſeat: & idem Iaſ. in l. quominus, quæſt. 30. ff. de flum. Alexan. adducit tex. in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à proculo. in princ. de verbor. oblig. vbi facultas arbitrandi etiam competens iure proprio non tranſit ad hæredem vniuerſalem, ſed extinguitur cum ſtipulatore, quanto minùs ad ſingularem: quia quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredem, non poſſunt cedi, & cæt. vt per eos, nec obſtat d. l. ſi ſic, §. fin. quia loquitur in facultate eligendi, non arbitrandi

trandi

trandi: prima tranſit ad hæredem. ſecunda non, per dicta iura. Ant. de Trem.

h *Ad contractus*. Tu dic, quod vtroque caſu dicitur aſſumptus ſuper contractu, ſiue à litigantibus, ſiue à contrahentibus aſſumatur: quia arbitramentum eſt quædam tranſactio generica: vt vult gloſſ. in Authen. vt diffe. iudic. §. 1. in verſic. conuentum. colla. 9. & tranſactio eſt contractus ita Bartol. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. colum. 2. in 1. quæſt. ff. pro ſoc. & idem Bartol. in l. 2. §. & poſt operis. de nou. oper. nuncia. & Anton. de Butr. in c. Quintauallis. vbi etiam Pan. in 4. colum. de iureiur. Et idem Innocen. ibi, quem ſequitur Pa. ibidem, dicebat, quod quantumcunque † arbitrator litem corā ſe faciat conteſtari, & ordinem iudiciarium obſeruet, quod 40
tamen non eſt iudicium, quod benè no. idem tenet Bal. in l. 1. col, fi. C. de arb. Ant. de Trem.

i *In ſe recepit* Adde, quod hoc idem tenet Spe. in tit. de arbi. §. final. in iſto ver. vbi omnia iſta tranſcripſit hoc idem tenent Bart. Bald. Paul. & Alexand. in l. 1. de leg. 2. licèt gloſſ. ibi dixerit non meminiſſe legiſſe gloſſ. tamen in l. fin. gloſſ. fin. C. de contrahend. empt. requirebat duo ad hæc, vt poſſet † cogi arbitrator, videlicèt quod recepiſſet compromiſſum, 41
& quod partes promiſiſſent eius laudo ſtare ſub pœna. Sed communiter reprobatur, ſecundum Alexand. in d. l. 1. in 3. colum. tex. enim in quo ſe fundat illa glo. videlicèt, l. non diſtinguemus. §. 1. ff. de arbi. loquitur in arbitro, non in arbitratore: & differentiæ rationem, vide per eundem Alexand. vbi ſup. Et quòd eo ſolo, quòd acceptauit, etiamſi pœna adiecta non ſit, arbitrator poſſit cogi, tenet etiam Ant. de Butr. in c. Quintauallis. de iureiur. Aretin. & Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. obligat. Cyn. & Barto. in d. l. final. Sed in arbitro benè eſt diſtinguendum, vtrùm acceptauerit, vel non. Et ſi † acceptauit, tunc demum cogatur ſi fuit appo- 42
ſita pœna in compromiſſo, d. l. non diſtinguemus. §. 1. Si nō acceptauit & non fuit adiecta pœna, tunc ſecùs. Et hęc vera iure ciuili.

Sed de iure Canonico, quo ex pacto nudo agi poteſt, c. 1. de pactis: poſſet cogi, etiam pœna non appoſita: cùm non ſit futura eluſoria ipſius arbitri ſententia. Et idem de iure ciuili in caſibus, vbi ex ſententia ipſius arbitri orietur actio, iuxta l. cùm anteà. C. de arbit. ſecundum Alexa.

in d.l.1. colum.4. quem vide poſt Imo. in d.c. Quintauallis. vbi etiam Pan. in 17. differen. aliter concludens. Sed vtile
43 & à paucis tactum dubium inſurgit, quandò dicatur † recepiſſe arbitrium ſiue compromiſſum Specul. in d. §. final. verſicul. ſuſcepiſſe autem. concludit, quod eo ipſo, quod eſt præſens, vel ſi ſit abſens, quandò poſteà peruenit ad eius notitiam. Sed Ioannes Andr. ibi in additione vtrumque reprobat: quia ſola præſentia vel ſcientia non habet præiudicare, niſi promiſerit cognoſcere, l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procur. vbi inuitus dicitur, qui conſenſiſſe non probatur. & reſpondet iuribus per Specul. allegatis. Et iſtud idem vult Ioan. Andr. quem ibi ſequitur Panorm. in c. Ioannes. colum. 2. de teſta. dicentes non ſufficere præſentiam cum taciturnitate tempore, quo datatur executor, per d. iura. Attamen benè ſufficit inchoare cognoſcere de cauſa, vel ſcienter recipere inſtrumentum, ſiue ſcripturam aliquam, qua continebatur compromiſſum in eum factum: vel ſi arbiter ſcripſiſſet, quod litigatores eum elegerunt, arg. l. vxori, §. 1. ff. ad l. Corn. de falſis. ex mente Panor. in d.c. Ioannes. Et pro præmiſſis facit doctrina gl. & Bar.
44 in l. Gaius. de pig. act. cum ſimilibus, quòd † pręſentia & patientia non operantur conſenſum in actu, quem nō poſſum impedire. Sed quòd ego eligar arbiter vel arbitrator nō poſſum impedire. igitur, &c. Ant. de Trem.

k *Magna abſurditas.* Argumentum enim ab † abſurdo
45 militat in iure, & ab omni diſpoſitione debemus excludere abſurdum, l. nam abſurdum. ff. de bon. liber. bonus text. in l. ſi ſic ſtipulatus: in vltima. quem notant Imol. Aretin. & Iaſ. in 2. colum. ff. de verbor. oblig. & text. in l. exiſtimo, eod. titul. per quem dicit ibi Iaſ. quòd ad probandum aliquid verum, bona eſt probatio per deductionem ad abſurdum & inconueniens, ad quod tex cum gloſſ. in verſicul. abſurdum. in c. dudum. de pręben. in 6. & tex. in c. iniuſtum. de rer. permu. per quem Pan. ibi dicit, quòd videlicet argumentum ab abſurdo, licèt authoritas non allegetur. & de hoc articulo vide etiam Bar. in l. furti. §. pact9. ff. de his qui no. infa. & Fran. de Cur. conſ. 44. incip. ſtatuto ſeu conſuetudine. col. 2. ver. tertiò facit. Ant. de Trem.

l *Contra dominum.* Tu dic, quod hoc caſu, quando res non eſt integra, quod poteſt recedi à perſona electi, & recurri ad arbitrium

arbitrium boni viri, próut voluit Bald. in l. fin. ad finem. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. profe. & in proprijs terminis in eo. qui fecit iam opus. idem tenet Paul. de Caſtr. in l. ſi in lege. in prin. ff. loca. & idem Pau. in l. ſi merces. in princip. eod. titul. Et eſt ratio, ne locator locupletetur cum aliena iactura, & mercenarius remaneat in damno. quod iure naturæ eſt iniquum, l. iure naturæ. de regul. iuris. ff. & c. locupletari. eod.) titu. libr. 6. ita eſt. firmat D. Iaſon in l. ſi quis arbitratu. colum. 3. in fin. verſic. ſeptimò limita. ff. de verb. oblig. Anto. de Tremolis.

m *In eos factum teneat compromiſſum.* Iſtam quæſtio. ex hoc loco tranſcripſit pater practicæ Guil. Duran. in Specu. titu. de arbi. §. fina. colum. 9. verſicu. ſed quæro diligenter. vt etiam ibi notat Ioan. Andr. Concludunt ergo Dd. Huber. hoc in fine & Spec. vbi ſup. quod monachi † adminiſtrationem habentes poſſint eſſe arbitri. & ita pleroſque tenere, & benè, teſtatur Spec. ibidem. Et ſi poſſunt eſſe arbitri, quanto fortius arbitratores: cùm ſit regula, quòd qui poteſt eſſe arbiter, poſſit eſſe & arbitrator. Sed non econtrà, vt ex multis ll. & maximè ex no. in l. pen. ff. de arbi. colligi poteſt. Et hoc expreſsè voluit Bal. in l. Pedius. §. 1. ff. de arbi. dicens, quando etiam ſine licentia ſuperioris monachus habens adminiſtrationem aliquam, putà Prioriam, poteſt eſſe arbitrator. & de monacho effecto epiſcopo, quòd poſſit eſſe arbiter, tenet per illum text. Petr. de Bel. Perti. Guil. de Cug. Cyn. & Bald. in 2. column. in fin. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſcopali audientia. 46

n *Præterea.* Ante hunc verſiculum erat alius verſiculus corruptus, cuius mens recta perpendi non poterat, ideò exemplo Speculatoris illum prætermiſſum feci.

o *De offi. delega.* Imò eſt ſub titulo de offic. ordin. c. quanto. & ibi gloſſ. nota. quæ ſecundum Panorm. ibi quotidie allegatur, cùm quæritur de poteſtate Abbatis in monachos.

Qualem qualem autem. Ideo dixit auctor iſte quantum conijcio. quia † Abbas ſolus habet facultatem puniendi monachum, quando agitur ad correctionem ſecundum regularia ſtatuta. 47

Sed ſi accuſaretur criminaliter, deberet accuſatio inſtitui coram epiſcopo: quia inferiores de crimininibus non cogno-

 ſcunt,

ſcunt, ſecundum doctrinam Innoc. in d. c. quanto. de quo tamen articulo Pa. aliter loquutus eſt in c. cùm ab eccleſiarum. eod. titu. vbi concludit monachos primo loco eſſe conueniendos coram eorum Abbatibus etiam in criminalibus, niſi eſſet tale crimen propter quod eſſet imponenda pœna depoſitionis. c. viſis. in fine. 16. q. 2. & c. monaſteria. 18. q. 2. vel niſi Abbas eſſet negligens, vt in d. c. quanto. Anto. de Tremo.

p *Pro mortuis* De hoc. & an ſerui & filiusfa. veniāt æquiparandi, vide ſuprà, quibus mo. ſuo no. ciui. agen. & cri. accu. à iu. repel. verſi. item monachi.

q *Quomo opor*. Quam quidam libri habent. colla. 8. Ita Spec. in d. §. fin. verſ. ſed quæro.

r *Non quoad alia*. Adde hic quæ dixi ſuprà titu. quib. mo. ſuo no. agen. verſic. Item monachi.

ſ *Probabilius dubitari*. Spec. in tit. de arbi. §. fina. verſic. Sed
48 quid † de ſimplici monacho? concludit, quod poſſunt eſſe arbitri duobus concurrentibus, videlicet quod interueniat licentia ſuperioris, & quod hoc ſuadeat vtilitas monaſterij, per text. in c. monachi. 16. q. 1. Et idem voluit Hoſti. in ſumma titu. de arbit. §. 2. in fine.

Sed arbitratores benè poſſunt eſſe de licentia ſuperioris: quia arbitrator non eſt niſi quidam declinatorius executor, & declarator, & officium executorum benè eſt permiſſum religioſis etiam mendicantibus cum licentia ſuperioris, per text. in c. fin. de teſta. in 6. vt hanc ſententiam ſequutus videtur Barto. in l. Pedius. §. 1. vbi gloſſ. aliter dicit. ff. de arbit. Et Bald. ibidem apertè hoc ſentit, quod cum ſuperioris auctoritate poteſt eſſe arbitrator: & in vtroque mēmbro huius diſtinctionis cum Specu. tenet Panor. in c. quintauallis, col. 5. verſi. 6. differentia. de iureiur. Anto. de Tremo.

t *Ieſu Christi* Et rectè quidem iuxta catholicam fidem fatetur author ſine ſaluatoris gratia nil humanam imbecillitatem efficere poſſe iuxta illud Io. 15. ſine me nihil poteſtis facere: Et piè Ieſu nomē expreſſit, quo nomine nō eſt aliud, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Act. 4. cap. Eſt ſiquidem Ieſu nomen remedium pœnitentium, vexillum præliantiū, remedium infirmantium, ſolatium patientium, honor credentium, ſplendor prædicantium, meritum operātium, adiutorium deficientium, ſuſpirium meditantium & memorantium, ſuffragium orantium & poſtulantium, guſtus contemplan-

templantium, gloria triumphantium, quos duodecim radios dulciſſimi nominis Ieſu, vide mirè & deuotè declaratos per S. Bernardinum de ſenis, in ſermonibus de Euangelio æterno, ſerm. 49. incipien. In nomine Ieſu omne genu &c. Et de eodem nomine Ieſu vide melliſluum Docto. S. Bernardum Abbatem Ciſtercien. in ſermonibus ſuper Cantica canticorum, ſermone 15. incip. benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. Cui ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto & nos cum authore gratias agamus, quod ad optatam harum noſtrarum additionum ex vtriuſque iuris interpretibus excerptarum conſummationem pertingere nos conceſſit. Ei itaque ſit laus, honor, virtus, gloria, imperium, maieſtas, triumphus, victoria, & iubilatio in ſecula ſeculorum, Amen. Anto. de Tremo.

I V. Doctor.

# INDEX

# INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVAE IN PRAXI HVBERTI DE BONACVRSO CONTINENTVR.

*Prior numerus numerum marg. alter paginam denotat.*

## A.

ABBAS non obligatur monacho ad promiſſorum obligationem, vt nec dominus ſeruo. nu. 134. pag. 75
Abbas ſuo poteſt contrauenire ſtatuto, idq; etiamſi cum cõſenſu factum ſit inuitis monachis reuocare, & iuratum infringere. 155. 86
Abbas poteſt monachum punire ſi agitur de correctione ſecundum regularia ſtatuta: ſi autem criminaliter deliquerit, coram epiſcopo accuſatio inſtituenda erit. 47. 605
Abbates poſſunt proprio nomine litigare. 16. 29
Abſentia tertij iudicis à duob⁹ citati, etiãſi negotij & ſententię examinationi interfuerit, ſententiã vitiat. 34. pag. 267
contra Abſentem non contumacem lata ſententia nulla eſt: vt nec pro abſente. nu. 87. & 89. 541
pro Abſente etiam non citato lata ſententia valet in criminalibus. 90. 543
ACcuſatio à pupillo vel adulto præter caſus permiſſos inſtituta, an ſit ipſo iure, etiãſi non opponatur, nulla, an verò exceptionis ope tantùm. 71. 49
Accuſatio generalis & incerta non valet, nec parte etiam tacente procedit. 225. 129
Accuſatio non poteſt nomine alieno fieri. 37. 39
Acceſſorium peti poteſt non facta quantitatis expreſſione. 227. 129
Accuſatus quandocunque admittitur ante ſententiam, etiamſi expreſsè omnibus defenſionibus renunciauerit. 129. 427
Actio quęlibet dicitur quædã exceptio. nu. 5. 280
Actio procuratori ceſſa ſi ſit dubitata, & in iudiciũ per dominum deducta, non tenet

net ceſſio.nu.2. 164

Actio procuratoria duob⁹ modis dicitur.nu.4. 165

Actio ſeu actionis nomen inepte ſi exprimatur, non vitiatur proceſſus. num. 233. pag. 132

Actio ex delicto famoſo oriẽs non infamat, niſi expreſsè cautum ſit in iure. nu. 13. pag. 180

Actio quem tenet de euictione, etiam iure hæreditario, eundem agentem repellit exceptio.152. 84

Actio aut exceptio an poſſit oriri ex compromiſſo ſiue pœna facto. nu.3. 581

Actio ciuilis & criminalis cũ oritur ex delicto, eodẽ tempore, quo tollitur ciuilis, tollitur & criminalis. & quare.nu.110. 419

Actiones exercere non poteſt, cui rerum interdicta eſt alienatio, ſi nec ius nec adminiſtrationẽ habeat. nu. 75.pag. 51

Actiones perſonales quomodo pręſcribi poſſint, & quę ſit in his I. Ciuilis & Canon.differentia. 105. 417

Actiones an, & quibus caſibus ſint diebus feriatis audiendæ.29. 35

Actionem minus generalem ſeu ambiguam proponentes, veniunt ab actionum exordio repellendi. nu,31. pag. 35

Actus à mera vnius voluntate ſi non depẽdeat, poteſt tamen ſi legibus ſit prohibitus aut innominatus proprio facto contradici. nu. 156. & nu.160. 87

Actus geſtus ſi à mera vnius pendeat volũtate, proprio tum poteſt cõtraueniri facto, & iam iuramento firmáto. & quot modis. nu. 154. 86

Actor, ſi reus ignorantiã competẽtium dilatoriarum iurauerit, cõtra iuramentum ad probationem ſcientiæ admittitur.95. 249

Actus omnis voluntarius tam nocte quàm die expediri poteſt.107. 549

Acta cauſæ aut notariũ actorum falſificans, cauſa cadit. 62. 473

Acta factum cõcernentia coram arbitro agitata fidem faciunt coram iudice ordinario: ſecùs ſi actum ſit coram arbitratore. 11. 586

Actor à tutore cõſtitutus quibus de cauſis ſit ab actione repellendus.nu.1. 170

Actor vniuerſitatis de cuius decreto dubitatur, debet ab actione repelli.nu.2. 167

Actione in factum cùm agitur non ſeruatur ordo iudiciarius, nec datur libellus, ſed proceditur ſummariè.60. 523

Actioni perſonali non præſcribi-

ſcribitur. nu. 97. 415
Actionem vtilē habens quando præferatur habenti directam: & directam habēs quando econtrà præferatur habenti vtilem. nu. 174. pag. 99
Actoris et accuſatoris differentia. & an aliud ſit agere, aliud accuſare. 47. 41
Adultus nō poteſt etiam cum curatoris auctoritate ante 20. annum accuſare, ſicut nec in criminali cauſa ante eundem annum teſtis eſſe, niſi ſuam aut ſuorū proſequatur iniuriam. 70. 49
Adminiſtrator ſuſpectus non poteſt pendente cauſa ſuſpecti adminiſtrare. nu. 2. pag. 169
Aegritudo non tantum propria ſed & ſuorū excuſat à contumacia. 38. 268
Agere inuitus nemo compellitur, niſi quando quis alium de ſtatu ſuo diffamat, vel de alio perſonæ iure agatur. 11. 284
Alienatio quando nō obſtante iuramento reuocari poſſit à viro. 118. 422
Alienū non eſt, quod iure poſſidetur. 96. 415
Amici & domeſtici inimici mei habētur pro meis inimicis. 16. 262
Appellatio quando habeatur pro deſerta. 35. 522
Appellatio legitima executionem ſententiæ ſuſpendit. & quare. 28. 510
Appellatio emiſſa ſuſpendit iuriſdictionem, et poſtmodum geſta nullius ſunt valoris. 39. 22
Appellatio à ſententia legitimè facta impedit ſententiæ executionem. num. 1. pag. 501
Ordo iuris nō ſeruatur coram Principe: quia non poteſt coarctari. nu. 2. 502
Appellatio quomodo extinguat pronunciatum. nu. 31. pag. 511
Appellari an liceat ā beneficijs per iniuriam iudicis denegatis. 11. 209
Appellari quibꝰ caſibus liceat ab interlocutoria. 83. 244
Appellare an ſit neceſſe, an verò proteſtari ſufficiat ab interlocutoria, vt dilatorię poſt litem conteſtatam poſſit opponi. eod.
Appellatū eſſe, vel intra tempora appellandi eſſe, paria ſunt. ſecùs in reſtitutione in integrum. 30. 310
Arbiter quis ſit, & quis dicatur Arbitrator, & quomodo differant. nu. 9. 583
Arbiter quādo poſſit partem ad aliam rem in compromiſſo non comprehenſam dandam condemnare. nu. 31. 595
Arbiter quis an arbitrator fuiſſe in dubio quomodo præ-

do præſumendum ſit. nu. 38. 601
Arbiter quādo dicendus ſit re-cepiſſe arbitrium ſeu com-promiſſum. nu. 43. 604
Arbiter quando compellatur ad recipiēdum arbitrium. nu. 42. 603
Arbiter quando de omnibus controuerſijs ſimul, aut ſe-paratim pronunciare poſ-ſit, ſi nihil dictum ſit. n. 30. pag. 595
Arbiter multiplici ratione im-peditur pronunciare. nu. 1. pag. 578
Arbitri quare aſſumantur, & ān cogi poſſint ad arbi-tran dum. nu. 5. 582
Arbitri cognoſcunt de cauſa ſuſpicionis de iure Canon. non autem Ciuili. 21. 15
Arbitri ſententia per pecuniā lata, an ſit irrita ſicut & iu-dicis. 17. 589
Arbitri à laudo quando poſſit appellari, aut illud ad boni viri arbitrium reduci. nu. 35. 598
Arbitris non poteſt dari facul tas à partibus eligendi ter-tium incertum ſed ad cer-tum poteſt: arbitratoribus autē datur ad incertū quo-que. 27. 593
Arbitrari prohibentur certæ perſonæ, & quæ non ſunt prohibitæ, poſſunt admit-ti. nu. 6. 583
Arbitrium nō tranſit in hære-dem hęredis, niſi facta ſit in compromiſſo mētio: ſecùs in arbitramēto, 13 et n. 15. 587
Arbitri & iudicis ordinarij diſ-ferentiæ & concordantiæ, remiſſiuè. nu. 14. eo.
Arbitrator quis eſſe poteſt in re ſua & cauſa propria, dē-bet tamen ſi vel iniquè ar-bitretur, vel in mora ſit, ad boni viri arbitrium recur-ri. nu. 22. 591
Arbitrator an poſſit partibus abſentibus & nō citatis pro-ferre laudum ſuum. 33. 596
Arbitrator eādē die feriata lau-dum ſuum proferre poteſt, ſed non arbiter. 29. 595
Arbitrator etiamſi litem corā ſe conteſtari faciat, & ordi-nem iudiciarium ſeruet, nō tamen iudicium cōſtituit. nu. 40. 603
Arbitrator an poſſit compelli ad recipiendum compro-miſſum, ſicut arbiter. 41. ib.
Arbitrator etiamſi iuris ordi-nem ſequatur litem conte-ſtando, non tamen iudiciū aut proceſſus habetur. nu. 8. pag. 10
Arbitrandi poteſtas quanto tempore duret, ſi nulla in compromiſſo ſit præfixa dies. 24. 592
Arbitrandi facultas conceſſa ſtipulatori ſuper contractu an poſſit cedi aut transferri. 39. [illegible]
Arbitramentū quādo dica-

continere iniquitatem. 37. pag. 600

Archidiaconus ſe exprimens in literis non tenetur curã animarum, quam habet de iure communi exprimere. nu. 25. 216

Argumentũ ab abſurdo quantum in iure valeat. 45. 604

Atteſtationibus publicatis an ſuper eodem aut contrario articulo noui poſſint produci teſtes. 71. 475

B.

BAnnitus ex ciuitate, in qua ſibi ſolutio debetur, poteſt ſuum debitorem alibi cõuenire, ſi aut per ſe aut per procuratorẽ comparere non poſſet, & promiſſio ſolutionis poſt bannum facta eſſet. nu. 117. pag. 68

Bannitus poteſt ad vindictam publicã agere: ſed ſuper re familiari confiſcata nõ auditur: re autem non confiſcata, ſi bona adhuc habeat, in iudiciũ admittetur. nu. 112. 66

Bannitus ad tempus à iudice, intelligitur vſque ad decennium, ſi non adſit tempus certum. 119. 558

Bannitus non eſt in iudicium admittendus. 16. 29

Bannitus non poteſt ex debitis ſeu obligationibus præcedẽtibus cõueniri: ad poſt venientia habet quidem actionem, ſed non coram iudice à quo bannitus eſt. nu. 115. 67

Bannire quid ſit. & an poſſit alteri ſuas cedere actiones & obligationes bannitus. nu. 116. 68

Banniti licèt deportatis æquiparentur, retinent tamen ea quæ ſunt iuris gentium: quæ verò iuris ciuilis ſunt, amittunt: ſi ab impetratore cõdemnatio lata ſit. banniti autem à ciuitate, iura municipalia tantum perdunt, non etiam communia. nu. 113. 66

Bannum non poteſt ſuum extra bannientis territorium extendere effectum: adeò vt bãnitus captus extra proſcribentis iuriſdictionẽm à bannientis familia, dimitti debeat. 118. 68

Beneficio ſpoliatus ſi poſt ſpoliationem renũciet, etiam cum abiuratione, reſtituendus eſt: ſecùs ſi ante ſpoliũ, vel ſi in manibus ſuperioris poſt ſpolium reſignet. nu. 120. 69

Bigamia quando non priuet priuilegio clericali. n. 249. pag. 144

Bona fides vſque ad conſummatam præſcriptionem de I. Canon. requiritur, ſed de I. Ciuil. in principio interueniſſe ſufficit. nu. 88. 411

Bonorum poſſeſſio poteſt etiã infra

infra tempora primi à ſecundo in gradu agnoſci, adeò vt excluſo aut repudiante primo agnitio ſecundi ſuam ſic habeat efficaciam, ac ſi congruo tempore facta eſſet. nu. 151. 84

Bonorum poſſeſſio quare nō poſſit à pupillo peti ſine tutoris auctoritate, cùm ſtipulari poſſit. 59. 44

Bulla quibus caſibus poſſit dici nulla. nu. 2. 205

C.

CAlumnioſus aduerſarius an poſſit decipi ꝑ cauillationes ab eo ꝗ iuſtam habet cauſam. 9. 11

Caſtrum eius, qui meum occupat, furto aut proditione inuadi poteſt, ſi alia mihi via cōſulere nequeā, & periculum ſit in mora. 28. 188

Cauſa citati coram minore iudice ſi requirat perſonalem pręſentiam, et cauſa coram maiore à patrono poterit exerceri, comparendum erit coram minori. nu. 24. pag. 264

Cedere bonis qui poſſint. nu. 72. 530

Cedere bonis qui non teneantur ex priuilegio, ſi cauerint ſe integrum ſoluturos, ſi pinguior fortuna aduenerit. 20. 447

Cedens bonis quot caſibus teneatur inſolidum in bonis poſteà quæſitis, adeò vt ꝙ egeat deducere nequeat. n. 69. 527

Cedendarum actionum beneficij exceptio non tantùm ante & poſt litem conteſtatam, ſed et poſt ſententiam opponi poteſt. 72. 239

Ceſſio facta filio contra patrē, aut fratri contra fratrem in eiuſdē patris poteſtate conſtitutum, valida quidem eſt, ſed durante patris aut vita aut poteſtate eius exercitium impeditur. num. 86. pag. 54

Ceſſio bonorum impedit vlteriorem executionē, & debitor incarceratus aut incarcerandus hac liberatur per exceptionem. 68. 526

Ceſſionarius excommunicati non repellitur ab agendo, etiāſi ipſe excōmunicatus non admittatur. 131. 73

Citatio ſi ſit omiſſa aut inualida reddit iudicium & ſententiam nulla. & quare. nu. 130. 566

Citatio facta ad diem feriatā in honorem Dei an valeat, remiſſiuè, 99. 250

Citatio nulla reddit proceſſum nullum, & ſententiam nullam. 11. 260

Citatio inualida recōualidatur per comparitionē ſpontaneam. eod.

Citatio voce præconis delegato inferioris à Principe nō eſt cōceſſa, ſed ordinario et delega-

delegato Principis tantùm. nu.26. 264
Citatio vt valeat quæ ſint neceſſaria.6. & nu.10. 257
Citatio trina non niſi ad ſententiã definitiuam, vel miſſionem in poſſeſſionem ex primo vel ſecundo decreto neceſſaria eſt.101. 251
Citatio quare ratione loci, ad quẽ citatur, contemni poſſit.nu.1. 256
Citatione facta ad vnum locum, ſi iudex alium elegerit, an poterit contra citatum procedere.2. 257
Citatus probabiliter errans in nomine iudicis, qui eum vocauit, & ad alium eiuſdẽ nominis iuit, an ſit culpandus,nu.3. eod.
Citatio debet continere nomẽ & cognomen iudicis citantis & locum idoneum, ad quem ſecurè citati venire poſſunt.nu.5. eo.
Citati à lege, quam ignorare non licuit,maior eſt contumacia, quàm citati ab homine.95. 487
Citatus in prima aut ſecunda citatione non comparens, tenetur ad expẽſarum primæ & ſecundæ citationis reſtitutionem.102. 252
Citatus ad duo tribunalia vno eodemq; tempore pro diuerſis cauſis, excuſatur ſi coram minori non compareat : ſecùs ſi diuerſis diebus.nu.23. 264
Citatus ad maius territorium comparere non tenetur coram minore iudice etiã citãte : cũ quilibet in ſuo territorio maior ſit.20. 263
Citatus corã duobus iudicibus æqualib9 eligere poteſt, coram quo velit cõparere: ſi corã neutro cõpareat, apud vtrũq; cõtumax erit. 25.264
Citatus ad locũ non tutum an poſſit appellare, an excuſationẽ mittere opus ſit, quã de non ſecuritate loci opponatur.14. 261
Citatus tempore feriarum ad ferias petendas comparere non tenetur, niſi nondum ſint indictæ.215. 123
Citationes omnes factę ex tribunali delegati vel arbitri certum à principio ſibi locum aſſumentis, referẽtur ad illum locum.28. 265
Citandi perſonã in dignitate conſtitutam requiritur ſpecialis iudicis cõmiſſio, idq; ꝑ ſcripturam, ꝙ non pͤſumitẽ ſed conſtare oportet.8. 259
Clauſ. ſi actor iurauerit ſibi deberi, aut ſi reus ſe iurauerit ſoluiſſe, eum abſoluo, poſita in ſententia, ſtatim nullo alio actu interueniẽte adimpleri debet.121. 560
Clauſ. maximè vel pręſertim, ſuſtinet ſentẽtiam, quæ habet cauſam in iure erroneã, ꝓpter quã nulla erat.127. 564

Clauſ. viſa citatione, ſi in ſententia per verba enunciatiua à iudice proferantur, etiamſi de citatione nõ cõſtet, facta tamẽ præſumitur, nec impeditur executio. 21. 507
Clauſ. nõ poteſt, neceſſitatem affert, & actum impoſſibilem eſſe denotat. 22. 185
Clauſ. dico ſententiã nullã, & ſi qua ſit, appello, quouſq; ſe extẽdat ſi alicui cauſa appellationis ſit cõmiſſa. 144. 564
Clauſ. accenſo talẽ, & peto eũ puniri, in libello poſita, dicitur accuſatio criminalis, intelligiturq; petere, vt pœna applicetur fiſco, non autem pro ſuo damno aut intereſſe agere. 50. 42
Clauſ. habui & recepi, in priuata ſcriptura cõfeſſio tantùm, non etiã numeratio pecuniæ probatur. 49. 397
Clericus delinquendo in iudicio eidẽ ſe aſtringit. 250. 145
Clericos accuſantes coram iudicibus ſecularibus an ſint audiendi. 39. 39
Clericus ſi aliq; s inter creditores vel legatarios minore reſtitutionẽ petente inueniatur, poterit coram iudice ſeculari conueniri. 253. 149
Clericus in actu procuratorio non admittendus. 3. 158
Clerici quot caſib9 poſſint coram Iudice ſeculari & laico conueniri. 246. 141
Clericus in carcere ordinatus vel profeſſus poteſt etiã in perſonã poſt degradationẽ puniri, niſi ante delictũ votum emiſiſſet, quod per iuramentum ipſius vouentis probari poteſt. 247. 142
Clerici coram iudice ſeculari conueniri regulariter non poſſunt, adeò vt nec confeſſio coram ijſdem facta eis ad iudicium etiam torturę noceat. & quare. 244. 140
Coactio in iuriſdictione legitimè acquiſita exercenda nõ vitiat iudicium, ſed in iuriſdictione acquirenda. 109. 65
Cõminatoria iudicis, q; elapſo termino non audietur reus, habet locũ peremptorij expreſſi. 90. 247
Commiſſio an præſumatur, ſi de citatione ex nuncij relatione conſtet. 9. 260
Commodatario quot actiões pro re ſua vendicanda competant. 75. 532
Comparitione ſpontanea conualitur citatio inualida. nu. 96. 549
Compenſatio ibi fieri poteſt, vbi vera ſolutio locum habet. 166. 94
Compenſationem tollit iuramentũ de ſoluendo. 167. 95
Compẽſatio nõ fit in ciuilib9 ipſo iure, niſi opponatur: eaq; oppoſita tollitur, ſine miniſterio etiam iudicis, actio. 168. 95
Compenſatio quantitatis ad quan-

quātitatem, ſpeciei ad ſpeciē, & ſpeciei ad quantitatē deductæ, licita eſt. 164. 93
Compenſationis exceptio etiam poſt ſententiam in exe-tione obijci poteſt. 13. 445
Compromiſſum factum ſub nomine dignitatis, nempe Regis aut Principis, an tranſeat ad eius ſucceſſorem, ſicut & iuriſdictio. 16. 588
Compromiſſo pendente, vel poſt latum laudū an poſſit appellans appellationē proſequi, ſaltem ſoluta pœna nu. 43. 515
Compromitti quādo poſſit de meri imperij cauſis. 19. 589
Compromiſſio in arbitros appellatione pendente facta impedire poteſt ſententiæ executionem. 3. 502
Condemnatus ex ſtatuto propter delictum nō dicendus eſt cōdictione ex lege damnatus eſſe. 48. 42
Condemnatoria ſententia cōtra principalem, qui nunquam fuit in iudicio, ſed ꝑ procuratorem litigauit, ipſo iure nulla eſt, idē in abſolutoria. 94 544
Conditio falſa aut impoſſibilis indiſtinctè ſententiam reddit nullam. 122. 560
Conductor nō niſi in fine temporis conductioni præfixi tenetur ſoluere, niſi aliud conuentū fuerit. & quare. nu. 184. 104
Conductor quando nō poſſit ex domo locata etiam locatoris vſibus neceſſaria expelli. 185. 105
Cōfeſſio morituri, etiam Euchariſtiam ſumentis tertio non præiudicat. 162. 91
Cōfeſſio præiudicat ſtatim in alijs contractibus, ſed nō in exceptione de nō num. pecun. vt nec in Apocha, niſi poſt 30. dies. 51. 398
Cōfeſſio debiti facta à filio in iudicio ante litem cōteſtatam ſine aliquo patris conſenſu valet. 102. 63
Confeſſio à moriente facta de numerata pecunia preiudicat exceptioni non numeratæ pecuniæ. 50. 397
Confeſſio creditoris in inſtrumento confitentis ſe à fideiuſſore habuiſſe & recepiſſe debitū, an ſufficiat fideiuſſori vt à principali debitore repetere poſſit, etiamſi de vera nil appareat ſolutione. 141. 80
Conſanguineus quis ſit dicendus. 37. 194
Cōſenſus patris an in ipſo conteſtationis actu interuenire debeat, & an præcedens & ſubſequēs litis conteſtationē nō valeat. 96. & n. 108. 59
Conſenſus partium in prorogand a iuriſdictione quis ſit neceſſarius, tacitus an expreſſus. 102. 547
Cōſenſus patris an ſit in omni iudi-

iudicio neceſſarius, an in eo ſolùm vbi repudiauit vſumfructum. 95. 58
Conſenſum nō operātur præſentia & patientia in actu, quem impedire non poſſum. 44. 604
Contraria ponētes in iudicio non ſunt audiendi. 32. 35
Cōtraria allegans nō eſt audiendus, niſi ex cōſuetudine, aut ex facto aduerſarij contrarietas in eodem libello cumulata admittatur. nu. 235. 133
Contrraria proponens nō niſi reo opponente repellitur, poteritq; reus alterutrum contrariorū, quod ſibi magis expediuerit, eligere in actoris præiudiciū. 236. 134
Controuerſia ſuper rebus, ab executore ſententiæ captis orta, non poteſt dici ſententia executa ſed ſuſpēſa. 9. 503
Contractus cōtra innominatos quot modis venire non liceat in facto ꝓprio. 158. 88
Contractus metu initus valet ſed reſcindi poteſt, niſi in dote. 138. 433
Contumax nō poteſt excipere de litispendentia, aut diuiſione continentiæ cauſæ, etiamſi cōtumaciam purgare, & expenſas reſundere paratus ſit. 47. 222
Contumax nō dicitur qui ſine periculo perſonæ ſuæ comparere citatus non poteſt, etiāſi literas ſalui cōductus habeat ab inimicis. 13. 260
Contumax quando quis non dicatur. 88. 541
Creditor negligens à debitore ſoluendo exigere, ſi poſt fideiuſſoris denunciationem fiat debitor non ſoluendo, non poterit contra fideiuſſores indemnitatis & quanto minus agere. 69. 258
Creditor conditionaliter aliquid ſtipulās quomodo ſit ante exiſtentem conditionem creditor, & ſpem trāſmittat. 131. 103
Creditor ſi non habeat regreſſum contra illū, ꝓ quo mulier interceſſit, non iuuabitur illa Velleiano. 68. 404
Creditor an teneatur particularem ſolutionem inuitus recipere. 209. 120
Creditor ſi miſſus ſit in poſſeſſionem rerū tertij valet miſſio ex primo decreto, ſed ſi tertius ſummariè de iure ſuo doceat, reuocabitur, ſed poſt ſecūdi decreti interpoſitionem non niſi ordinariæ audietur. 67. 525
Creditor nō eſt ante diem contra debitorem iudicialiter audiendus. 25. 32
Creditor ſi partem confeſſam acceptet, tenebitur debitor vltra confeſſionem quoq; ad euitandum iudicium offerre. 211. 121
Crimen læſæ maieſtatis cōtrahens,

hens, repellendus venit ab agendo.nu.8. 26
Crimina per actiones non puniuntur.49. 42
Crimina non poſſunt poſt 20. annum intentari.41. 40
Criminaliter agere quid ſit. nu.237. 135
Criminales actiones quo temporis ſpacio præſcribi poſſint.107. 418
Criminalibus in cauſis quando admittatur compenſatio.170. 96
Criminalem cauſam delegatam ſibi poteſt non tãtum Princeps, ſed & delegatus Principis alteri ſubdelegatus autem ſubdelegati non poteſt.54. 227
Curator ad lites aſſumptus, an habeat officiũ adminiſtrationis: aut ſi debeat inuentarium facere. 2. 171
Curator non debet inuitus cõſtitui: neq; abſq; manifeſta neceſſitate. 4. 173
Curator ventris aliter conſiderandus eſt quàm curator furioſi aut prodigi.3. 173

D.

Datio in ſolutum à iudice facta ſi aliqua in parte debitũ excedat, tota eſt nulla. 45. 463
Debitor principalis ſi non ſit ſoluendo, & mulier pro eo apud minorem fideiuſſerit, non iuuabitur illa Velleiano contra minorem. nu.69. 404
Debitor à creditore qui infeſtatur, poteſt poſt bienniũ elapſum iudicis officiũ implorare in locum deficientis exceptionis.63. 399
Debitor ſi ſit vel ſpeciei vel quãtitatis alternatiuus, contra quem compenſatio opponitur, vel ſi quantitatis ſit debitor, poſſit autem in ſpecie ſoluere, nõ admittetur compenſatio.165. 93
Debitor, ſi etiam pendẽte lite creditori in iudicio pecuniã offerat, audietur ex iure ꝙ ex cauſa de præterito ſuperuenit, ad conſequendam pignoratitiam actionẽ prius non competentem.148. 83
Debitor agere impeditur de proprietate rei pignoratæ. nu.24. 31
Debitor debitum confitens, et ſeparatum ſoluere dicens, an poſſit compelli iudiciũ ſuſcipere.28. 34
Debitor de fuga ſuſpectus poteſt ante diem capi, vt idoneè caueat, nõ vt ſoluat, ſic tamen vt cautio ſit fideiuſſoria vel pignoratitia, niſi aliàs conſultum eſſe poſſit creditori.180. 102
Debitor principalis, qui duos dedit fideiuſſores, quorum quilibet tenetur ad dimidiũ debiti, poteſt creditori etiã inuito alterius partẽ ſoluere, licèt ꝓ ſe nõ poſſet. 210. 210

Debi-

Debitor ex delicto ceſſione bonorum nō liberatur reſpectu fiſci. 18. 447
Debitor fugitiuus etiā in die Paſchę & ſimilibus propria authoritate capi poteſt. nu. 29. 189
Debitori incarcerato alimēta præſtanda ſunt à creditore, alioquin per iudicem relaxari poteſt. 73. 531
Debitori debitum confitenti, & petenti dilationem, dandū eſt quadrimeſtre, ſi cautionem cōpetentem de ſolutione intra terminum faciendà à creditore petitam præſtiterit. 208. 119
Debitum etiamſi ſit cōditionale, ꝓpter tertij tamē contumaciā & delictū ſtatim nō ſpectata conditione fiet de eo executio. 74. 531
Decretum per errorem, aut falſam cauſam interpoſitū non valet, ſed ipſo iure eſt nullum, etiamſi partim vera partim falſa fuerit cauſa. 44. 463
Decretum per falſas probationes interpoſitum eſt mero iure nullum. 56. 469
Decreta iudicantiū non debēt eſſe eluſoria. 4. 582
Deductio ne egeat, quid requirat in qualitate perſonæ, rei, & temporis inſpiciendum. 24. 452
cōtra Defunctum lata ſententia ipſo iure nulla eſt. & quando valeat. num. 84. pag. 540
Degradatio quando poſſit fieri. 248. 144
Delegatio quomodo impediat executionem. num. 49. pag. 518
Delegatus à Principe vel à Papa, an poſſit impedire ſententiam à ſe latam exequi. nu. 8. & 58. 502
Delegatus à Papa ſi ſuam exequi nolit ipſe ſententiam, poteſt eam ordinario exequendam committere. nu. 26. 17
Delegatus à Papa quando poſſit legatum à latere ad ſuæ ſententiæ executionē compellere. 27. 18
Delegatus à Papa poteſt iure canonum ſuam ſentētiam proſequi : ſecùs de legato Principis. 4. 8
Delegatus non poteſt de iniuria ſibi illata recognoſcere, ſed ad ſuperiorem remittere tenetur, niſi ſua iuriſdictio impediatur. nu. 26. 188
Delegatus inferioris à Principe ſuam non poteſt exequi ſententiam, vt nec illius, qui vice ſua iudicauit. nu. 24. 17
Delegatus ad vnam cauſam videtur ad quamlibet illi incidentem delegatus, nec requiritur commiſſi ſpecialis. 145. 574

Delegata iuriſdictio per literas delegantis ſolũ probatur, & non per teſtes. 18. 212

Delegati, qui nondum iuriſdictionem egit, reſcriptũ morte delegantis expirat, ſiue à Principe, ſiue ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue partium conſenſu delegatio data aut continuata ſit. nu. 36. 219

Delegationes communiter ꝑ reſcripta cõmittuntur. 1. 205

Delegatis tribus exiſtentibus cum clauſula, quod ſi non omnes, ſi duo conueniãt & tertius in ſentẽtiæ pronunciatione diſcordet, non poterunt tamen ſententiã niſi vocato tertio exequi. 35. 267

Deportatio nõ extendit ſe ad bona futura. 114. 67

Deſertione appellatiõis facta cõtinuò executioni ſententia demandatur, nec habet cõdemnatus quadrimeſtre, aliamúe legalem dilationẽ ad ſoluendum, ſi ea fuerint effluxa, per autem tempus nondum elapſum eſt complebitur. 36. 512

Delicta paria mutua compenſatione tolluntur. 78. 52

L. diffamari. C. de inge. man. quomodo extẽdatur. 12. 284

Dieta quomodo in reſcripto computetur: & qui poſſint vltra vnam trahere dietam. nu. 50. 225

Dilatoria vel declinatoria fori omiſſę in prima inſtantia nõ poſſunt opponi in cauſa appellationis, etiã ante litis in ea conteſtationẽ 132. 428

Dilatoriæ exceptiones poſt litem conteſtatã non obſtante interlocutoria dilatoriarum repulſiua, ſi nõ fuerit appellatum, opponi quot modis poſſint. 86. 245

Dilatoriæ ſolutionis & ante & poſt litem conteſtatã opponi, probari verò poſt fundatam actoris intentionem poſſunt. 45. 41

Dilatoria ſolutionis à reo nõ oppoſita, & ſi iudici conſtet eam reo competere, quomodo iudex condemnare debeat. 82. 243

Dilatoria ſolutionis quando dicatur ineſſe obligationi. 79. 242

Dilatoria ſolutionis ſi non ad proceſſum ſed merita cauſæ opponitur, & ante litẽ conteſtatam opponatur, poſt verò probetur, impeditur condemnatoria, & ab obſeruatione iudicij abſoluendus eſt reus, induciæq; duplicabuntur. eod.

Dilatoriæ ſolutiõis exceptionis vnde & quæ dicantur. nu. 77. 240

Dilãtoriæ exceptiones quid ſint, & quotuplices. 44. 41

Dilatoriæ iudicij ante litem conteſtatã probãtur & opponuntur. & quare. 46. 41

Dila-

Dilatoriæ exceptiones quot modis poſſint poſt litem cōteſtatam opponi. num. 64. 231
Dilatione vna pendente altera aſſignari non poteſt diuerſo tempore, aut ex poſt facto: ſed à principio licet. nu. 100. 251
Dies aſſignationis termini nō computatur in termino, niſi aſſignatio fieret ꝑ clauſulam, aſſigno tibi hinc ad 10. dies, vel ſimilem. nu. 46. 271
Diſcontinuæ ſeruitutes quomodo prę́ſcribantur. n. 100 pag. 416
Diuiſionis ex epiſtola diui Adriani exceptio & ante & poſt litem conteſtatã obijci poteſt, quin & poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam. nu. 71. 239
Doctor aut Licentiatus an ſint dicendi nobiles, & an priuilegijs militum gaudeãt. remiſſiuè. nu. 7. 10
Dolus dans cauſam cōtractui ſtricti iuris, valet contractꝰ ſed bonę fidei nullus eſt cōtractus. nu. 137. 433
Dolus dans cauſam cōtractui bonæ fidei eſt ipſo iure nullus: ſi verò incidat in contractum ope exceptionis. nu. 23. 287
Dolus etſi dederit cauſam cōtractui vero, ſequuta tamẽ traditione transfertur dominium. nu. 24. eod.
Doli mali exceptio qualiter competat. nu. 20. 286
Dolo malo agit, qui perſeuerat agere contra eum quẽ aut ſcit aut ſcire debet mero iure non teneri, vel exceptione tutum eſſe. nu. 21. pag. eo.
Dolus malus cenſetur in omni generali renuntiatione exceptus. nu. 18 589
Dominus habens vtilem quãdo præferatur procuratori habenti directam. nu. 175. pag. 99
Dominus poteſt proceſſum et ſententiam contra falſum procuratorem latam ratificare, etiamſi in fauorẽ falſi procuratoris data ſit. nu. 33 & nu. 34. 45
Domino immediato cognoſcente de cauſa feudali, appellabitur ad ſuperiorem dominum feudi laicum. nu. 255. 150
Domeſticus quis habeatur. n. 18. 262
Dotales res an & quando poſſint alienari. nu. 115. 421
Dotis reſtitutione ſpontaneè à marito vxori facta, quomodo ab actione de dote modo ab ab actione de dote non liberetur maritus. nu. 79. 52
Dotis non numeratæ exceptioni marito competenti licèt certa præfixa ſint tem-

pora opponendi, non tamē tertio bona mariti poſſidenti id ſtatutū eſt tempus, ſed vxori agenti hypothecaria incumbit neceſſitas probandi dotē fuiſſe numeratam. 59. 400

E.

EMancipatus filius contra patrem auditur, & quare. 81. 53

Emptio præſumitur, vbicunque pretium eſt, quod vero rei valori reſpondeat. num. 116. 421

Emptor ſi pretium venditionis offerat venditori recipere nolēti ſatisfacit, ſi autem extra iudicium, requiritur & depoſitio & conſignatio. 186. 106

Emphyteota Domini in tanta ſumma debitor, quanta trium annorum eſt penſio, propter ceſſationem ſolutionis à iure ſuo non cadit: cùm ipſa lex ad caducitatis pœnam euitādam compenſet. 169. 96

Epiſcopus excepto hæreſeos crimine laicum capere non poteſt, etiamſi criminis cognitio ad eum ſpectet. nu. 269. 154

Epiſcopus tenetur exequi & obedire literis poteſtatis ei ſcribētis: quare & quomodo. 62. 524

Epiſcopus ſi dum pendet appellatio à ſentētia depoſitionis ſuæ, ſubditum excommunicet, valet excommunicatio. & quare. 29. 510

Error iuris in actis, ad quæ ſe refert ſententia expreſſus non valet, vt & in errore facti, ſecùs ſi poſſit tollerari. 47. 463

Error in libello quando eundem & ſententiam ſuper eo latam irritet. nume. 49. pag. 465

Error expreſſus vitiat ſententiam ipſo iure, & quando non. num. 42. & nume. 46. pag. 465

Euictio etiam non promiſſa, per venditorem venit ſemper ex natura contractus: & quando non. nume. 153. pag. 85

Euictæ rei ante ſententiam non agit emptor, niſi aliud actum ſit, aut conſtet notoriè rem eſſe vendicantis, aut ſciens rem alienam vendiderit venditor. n. 187. pag. 107

Exceptio incompetentis iudicis quando & quomodo opponatur. 53. 466

Exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis ad impediendam latæ ſententiæ executionem opponi poteſt, etiā poſt tres conformes ſententias. 54. 467

Exceptio litiſconteſtationem impe-

Impediens ſui natura ſi ante litem conteſtatam à Reo ad proceſſum opponatur, et in ea ſuccumbatur, an eadem poſſit opponi ad merita cauſæ poſt litem conteſtatam. 127. 426
Exceptio ſententiæ latæ per ambitionem vel errorem iudicis, an & quando poſt ſententiam poſſit opponi. n. 41 pag. 462
Exceptio epiſtolæ D. Adriani, & beneficij nouæ conſtitutionis an ſit ante litem conteſtatam opponenda. remiſſiuè. 212. 121
Exceptio, nō teneor vltra, quā facere poſſum, quare etiam poſt ſententiam opponatur, eſtq; dilatoria & temporalis, nu. 9. & nu. 16. & peremptoria. 445
Exceptio ſententiam non impugnans, ſed executionem tantùm aut mutans aut moderans, etiam poſt ſententiā obijcitnr. 10. eo.
Exceptio ante ſententiam à Iudice cognita. aut dato ante ſententiam omnes dilatorias, peremptorias, & anomalas termino non obiecta poſt ſententiam non admittitur. 15. 446
Exceptio quælibet eſt perpetua præter non numerata pecunia. numero. 19. pag. 505
Exceptio quādo altiorem dicatur requirere indaginem. 124. 425
Exceptio contra inſtrumentum, contra quod ex ſtatuto non opponitur exceptio ſi illud moderetur, valet. n. 14. 446
Exceptio competens principali quando detur fideiuſſori, & quando non. n. 77. & nu. 79. 478
Exceptio nullitatis ſententiæ poteſt quandocunque opponi poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, etiamſi tres conformes latæ eſſent ſententiæ. 25. 454
Exceptio deleganti obſtans non obeſt delegato. num. 84 pag. 481
Exceptio rei finitæ quid ſit: & litis ingreſſum impediant. numer. 122. & num. 125. pag. 424
Exceptio temporalis eſt, ſi actio temporalis cōpetat iure ſpeciali contra ius commune. 15. 285
Exceptio quod met⁹ cauſa eſt in rem ſcripta, non perſonalis tam ex parte opponentis, quàm eius contra quam opponitur. 41. 294
Exceptio iuriſdictionis & incompetentiæ prius quàm ſuſpitionis aut alia quæuis eſt obijcienda. 12. 12
Exceptio in pſona rei, defenſio autem in officio iudicis inuocato reſidet. 5. 2

Exce-

Exceptio dilatoria ſolutionis ſi ad ꝓceſſum opponatur, & litis ingreſſum impediat, ante litis cōteſtatam opponi & probari debet. nu. 78. 241

Exceptio ordinis ſeu excuſſionis eſt dilatoria, & niſi lite pendente Reus fiat ſoluendo, ante litem conteſtatam eſt opponenda. nu. 67. 237

Exceptio ordinis præpoſteri ante litem conteſtatam opponenda eſt: cùm omiſſa non vitiet proceſſum. nu. 145. 82

Exceptio contra iudicem oppoſita ſi eſt vera, de iure vlterius non proceditur. nu. 3. 177

Exceptio falſi poteſt etiã poſt ſentẽtiam opponi. n. 3. 441

Exceptio pacti de non petendo quibus prodeſſe poſſit et quibus non, & contra quos poſſit opponi. nu. 5. 442

Exceptio excommunicationis quando poſſit opponi. num. 126. & nu. 128. 71

Exceptio omnis, principaliter in agẽtis creditoris odium inducta, poſt ſentẽtiam opponi poteſt. nu. 6. 444

Exceptio calumnioſè opponi non præſumitur, vbi probationes incontinenti offeruntur. nu. 24. 508

Exceptio iuris & facti quid ſit. nu. 6. 3

Exceptio quid differat à defenſione ſtrictè accepta. n. 3. 2

Exceptio doli cōtra quem detur: & an dolus defuncti noceat ſucceſſori vniuerſali aut particulari: & an dolus principalis noceat ei cui facta eſt ceſſio vel degatio, remiſſiuè. nu. 25. 288

Exceptio doli non competit humili ſeu plebeio contra eum qui in dignitate eſt, nec vili contra hominem vitæ emẽdatioris, ſicut nec actio. nu. 26. eod.

Exceptio pacti de non petendo quomodo ſit obijciẽda. nu. 44. 294

Execeptio nõ admittitur poſt ſentẽtiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi eidem repugnet. 130. 427

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit infrà biennium à die cõfeſſionis de mutuo recepto emiſſæ confitenti: eaq; oppoſita incumbit creditori onus probandi numerationem, etiamſi aut iuramẽtum confeſſioni acceſſerit, aut exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntiauerit incontinenti. 46. 396

Exceptio non numeratæ pecuniæ ſi poſt biennium nõ admittatur, poteſt de dolo & fraude creditoris excipi, vt onus probandi in creditorem transferatur. 54. 399

Exceptio loci non tuti an poſt litem conteſtatam poſſit opponi.15. 262
Exceptio deductionis expenſarum per me in re vindicata bona fide factarũ, poſt ſententiam opponi poteſt. nu.12. 445
Exceptio quid ſit.2. 2
Exceptio peremptoria quid ſit, & vnde dicatur. nu.1. p. 279. & nu.3. 280
Exceptiones plures ſunt quã actiones. nu.4. eod.
Exceptiones peremptoriæ opponi poſſunt ante lit. conteſta. & ſi omittantur, poſſunt obijci poſt: ante ſentẽtiam tamen. nu.6. 281
Exceptio eſt actionis excluſio, & vbi nulla eſt actio, nulla poteſt eſſe exceptio. nu. 7. eod.
Exceptio mixta quæ ſit. num. 10. 283
Exceptionem ſolutionis obijciens non fatetur debitum, nec dicẽs ſe abſolutum excommunicationẽ, nec veniam petens delictum. nu. 134. & nu.136. 430
Exceptionem nec in ſcriptis dari, nec in ea concludi neceſsè eſt. 120. 423
Exceptionem doli obijciens fundare dicitur actoris inſtitutionẽ, niſi probet dolum. nu.8. 282
Exceptionem vſucapionis opponens, an videatur intentionem actoris confiteri. nu.9. 283
Exceptiones poſt ſententiam opponendæ quæ ſint. nu.1. pag. 441
Exceptione doli mali pendente ſi ſoluatur an impediatur indebiti ſoluti repetitio.22. 286
Exceptiones contra iudicem oppoſitę, non ſunt propriè exceptiones, ſed quę contra partẽ aduerſam vel reſcripta obijciuntur. nu. 17. 212
Exceptiones non tantùm trãſeunt ad hæredes defuncti, ſed etiam incipiunt ab hæredibus.73. 477
Exceptiones facti ſeu intentionis quando ſint opponendæ.123. 424
Exceptiones intentionis quæ ſint.8. 3
Exceptiones dilatoriæ iudicij ſeu quælibet impedimenta cuiuslibet proceſſus debent ante litem conteſtatam proponi & terminari. nume.9. pag. 208
Exceptiones peremptoriæ regulariter litis ingreſſum in principali negotio impediunt, & quando non. nu. 121. & nu.120. 423
Excipiens an & quando videatur fateri intentionem agentis.133. 429
Exceptiones & beneficia poſt ſententiã opponendę quando & quomodo poſt ſententiam

tiam

tentiam probabuntur. nu. 69. 474

Exceptiones ex perſona iudicis, actoris, procuratoris, ratione reſcripti, loci temporis, &c. competētes ſunt dilatoriæ. 17. 285

Exceptionis præſcriptionis q̄ ſit inter ius canonicum & ciuile differentia. 87. 411

Exceptiones nō numeratę pecunię & dotis an & quomodo ſint perēptorię & perpetuę. 45. 395

Excipi an poſſit, & qualiter, à ſententia, quę ꝑpetuo tempore dicitur nulla. nu. 18. p. 505. & nu. 137. 570

Excommunicatio abſoluit à fidelitatis iuramento eum, qui excommunicato aliquid iurauit, non autem liberat excommunicatum: cui nec debitor excommunicationis ſoluere tenetur. 132. 74

Excommunicatio quando repellat ab agendo, & quando excommunicatus agere poſſit, quando item non. 130. 72

Excommunicatus non poteſt aut pro ſe aut pro alio impetrare reſcriptum. nu. 51. pag. 225

Excommunicatus ſpoliatus ſi reſtitutionē petat, aut propriam iniuriam proſequi non audietur. numer. 129. pag. 72

Executio ſententiæ ſuſpenditur, vbi executor modum vult excedere, vel ipſam ſententiam malè intepretari. nu. 6. 502

Executio ſententiæ ſuſpenditur, vbi à ſententia eſt ſupplicatum & victrix pars nō præbeat dignam fideiuſſionem de reſtituendis. nu. 7. eod.

Executionem ſententiæ poſtulatio reſtitutionis in integrum, impedit. numer. 4. pag. 502

Executionem ſent. iudicati actio per nouationem in nouam petitionem trāſducta impedit. 5. eo.

Executio trium conformium ſententiarū non impeditur petitione reſtitutionis contra ſecūdę appellationis ſententiam, vt nec beneficio reſtitutionis in integ. 47. 517

Executio ſentent. ſuſpenditur per ceſſionem bonorum. nu. 10. 503

Executio ſent. ad tempus prorogatur in cōditionem chirographo intellecto. nu. 11. eod.

Executio ſenten. non cadit in rem conductam vel locatā. 12. eod.

Executio ſententię ſummaria eſt, & ſummariam cauſæ cognitionem requirit. 23. 507

Executio ſi impugnetur quò ad pignora controuerſa, ideoq́;

ideoq; impediatur, debent non controuerſa capi, ſi habeat: & effectum ſortietur executio. 64. 524
Executio ſententiæ quando ratione nullitatis ex probationibus extrinſecis vel intrinſecis impediatur. nu. 20. & num. 22. 507
Executio ſentẽtiæ quando nõ impediatur per exceptionẽ nullitatis. 27. 509
Executore mero modum executionis excedente ad quem appellandum ſit. 53. 519
Executionis exceſſus quot modis fiat, remiſſiuè. nume. 51. pag. 519
Executor ſententiæ etiam ſuſpectus recuſari non poteſt. nu. 16. 14
Exequendæ ſententię facultas delegato Principis à iure cõceſſa annum integrum durat. 28. 18
Expenſarum cõdemnatio an poſſit ferri abſque ſcriptis. 112. 552
Expreſſum facit ceſſare tacitum, & diſpoſitionem legis diſpoſitio hominis. 104. 63

F.

FActi exceptionem ſi Reo competere iudici ex actis conſtiterit, poterit eam ſupplere: in exceptionibus vero iuris non poteſt niſi reus opponat. 7. 3
Factum non expreſſum non ſolùm vitiat reſcriptum, ſed & qualitas facti ſi reticeatur. 30. 217
Falſi procuratoris exceptio, an poſſit etiam poſt renunciationem & concluſionẽ in cauſa opponi, vt ſententiam ferri impediatur. nu. 29. 456
Falſus teſtis quis ſit. nume. 59. pag. 472
Falſitas publicatis atteſtationibus quomodo poſſit per teſtes probari. 58. 471
Fama & rumor quantum differant. 196. 112
Familiares propriè qui dicantur. 36. 193
Fatalia quando currere incipiant. 32. 511
Feriæ quales & quando nõ admittunt auditori actores. 214. 122
Ferijs ſolennibus pacto partium derogari non poteſt, vt nec repentinis. numer. 216. pag. 124
Ferijs in ſolennibus quando poſſet agi, & debitor capi & incarcerari. nu. 217. 125
Feudi dominus habet iuriſdictionem in feudatarium etiam clericum, niſi criminaliter ad priuationem feudi agatur. 254. 150
Filia poteſt contra patrem iudicis implorare officium, vt dotetur, etiamſi nupt[illegible] ſine dote eſſet data, aut inuito patre dũmodo nõ indigno nupſerit. 88. [illegible]5

Fili[illegible]s

Filius ſi ab alijs inuitus detineatur, competit patri pro eo rei vendicatio: ſi volens autem alicui adſit, implorabit officium iudicis. nu. 93. pag. 57

Filius ſi confiteatur crimen, poteſt eam falſam & erroneam pater reuocare, & contrarium probare, niſi ſuus in confeſſione acceſſerit conſenſus. numero. 99. pag. 61

Filius ſi poſſit ſine patris conſenſu agere, & adhuc ſit minor, dãdus eſt ei curator ad tliem. 107. 65

Filius non poteſt contra patrem ceſſionem recipere, niſi filio aliquid quæratur, cuius patri non acquiratur vſusfructus. 85. 54

Filius hæreticus non admittitur ad agendum pro hæreditate patris intendenda. nu. 9. 26

Filius quando poſſit petere reſtitutionem contra patrem. 198. 114

Filius abſens poteſt in omni cõtractu iudicis implorare officium ſine patris conſenſu etiam in figura iudicij: & extra iudicium etiam præſente patre. 103. 63

Filius petens vltra quartam hæreditatis, prægnante patris vxore, non eſt audiendus in iudicio. numer. 21. pag. 31

Filius coram patre in ciuilib⁹ conueniri poteſt, & quare. 33. 192

Filius an poſſit inuitus emancipari, vt & pater eum inuitus emancipare cogitur: & quibus caſibus. 90. 56

Filius patri cõtrouerſiam mouens poteſt vel à iudice ad ad arbitrium patris caſtigari, vel ſi eum corrigere non valet, propria authoritate patris capi, & iudici præſentari. 91. 57

Filius poteſt contra matrem impetrata venia agere, ſed nõ cõtra patrem, & quare. 82. pag. 53

Filius miles, etiam adoptiuus non poteſt patrẽ ob caſtrenſe peculium abſque venia in ius vocare. 83. eod.

Filius poteſt cõtra patrem nomine tutorio vel procuratorio experiri, ſi non in ſuum ſed in pupilli vel alterius cedat commodum. 84. 54

Filiusfamilias quibus caſibus agere poſſit ſine patris conſenſu. nu. 14. & 98. 28

Filiusfamil. ſi acceperit mutuum, vt ſe ab antiquo debitore liberaret, quẽm nulla exceptione poterat excludere, ceſſat Macedoniani beneficium, non autẽ ſi haberet exceptionem aliquam. nu. 85. pag. 409

Filiusfam. vt habeat Macedoniani beneficium, neceſsè eſt

eſt mutuum in numerata factum fuiſſe pecunia. nu. 74. 406
Filiusfamilias ſi pecuniam à creditore mutuò acceptam adhuc ſaluam habeat, & ſuper ea conueniatur, iuuabitur Macedoniani beneficio, niſi accepiſſet vt in rem patris conuerteret. nu. 71. 405
Filijfamil. habentes caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe peculiũ, preſumuntur in dubio in illam cauſam accipere mutuum. 81. 409
Filiusfamil. quando iuſtè pro patrefa. haberi poſſit, vt ceſſet Macedoniani exceptio. 76. 420
Filiusfamilias an & quo caſu ſit contra patrem in iudicio audiendus. numer. 12. pag. 27
Filiusfamilias poteſt ſine patris licentia in ijs eſſe in iudicio, in quibus minor ſine curatoris authoritae. num. 100. 61
Fdeiuſſor, ſi conuentus non excuſſo principali ſe fideiuſſorem neget, perdit excuſſionis, & cædendarum, & diuiſionis beneficium. nu. 202. & nu. 204. 116
Fideiuſſor de euictione datus ante rem euictam, etiamſi per longum tempus ſteterit, agere non poteſt, vt liberetur: cùm nondum ſit obligatus. n. 144. 81
Fideiuſſor datus ex conuentione partium, ſi non ſit idoneus, non poteſt peti vt ſatiſdetur, ſed ad intereſſe agetur. 103. 252
Fideiuſſor datus ex diſpoſitione legali ſi ſit inidoneus ex obligationis defectu, etiam ſciente receptus, non tenetur iterum ſatiſdare. nu. 104. eod.
Fideiuſſor ſi ſit illius, pro quo fideiuſſit, debitor conuent non habet, quam opponeret principalis exceptionẽ. 78. 479
Fideiuſſor de identitate quantumcunque beneficio nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus renuntiet, non tamen niſi principali excuſſo conueniri poteſt, vt & is qui promiſit quanto minus debitor ſoluerit. n. 65. & num. 68. 235
Fideiuſſor quot habeat beneficia. 66. 236
Fideiuſſor non debet agere cõtra eum pro quo fideiuſſit. 20. 30
Fideiuſſoris datio an conualidet iudiciũ nulliter ſine tutore à pupillo intentũ. nu. 56. 43
Fiſcus poteſt debitorem ante tempus exigere, nec duplicantur induciæ. nume. 179. pag. 101
Fœmina in actu procuratorio

rio non admittenda. 3. 158
Forum quomodo quis ſortiatur, vt vbi reperiatur, ibi quoque conueniri poſſit, non. num. 43. 196
Frater contra fratrem crimen magnum inſtituens, an ſit audiendus. numero. 35. pag. 38
Fundi dotalis ęſtimatio quando conſtituat emptionem. 117. 422
Furioſus an poſſit agere ſine curatore. 7. 26
pro Furioſo aut contra eum lata ſententia ipſo iure nulla eſt. & quare. num. 83. pag. 540
Furioſis & prodigis dantur curatores: quia neque finem habent expenſarum. nu. 1. pag. 172
Furioſis ad ſanitatem & prodigis ad ſanos mores deuentis, an ceſſet illorum curatoris officium. numero. 2. pag. 173
Furioſi & mente capti differentia: quid item ſit furioſus habendus, quis ſtultus, & quis demens. numer. 73. pag. 50
Furioſi vltima diſpoſitio quomodo reputetur beſtialis. 74. eod.

G.

GRatia ſuper ſecūdo homicidio non facta mentione de gratia ſuper priori cōſecuta, non valet. 32. 217

H.

HAEres, ad integra legata condemnatus, poterit in executione poſt ſententiam exceptione inuentarij legitime cōfecti vti, vt vltra vires hęreditarias non tenetur. nu. 11. 445
Hæres nomine ſuo & non defuncti agens nō poteſt repelli exceptione contra defunctum competente. 74. 477
Hæretici ex teſtamento militis etiam capere nō poſſunt. 76. 51
Hereticum poſt mortem accuſandi facultas præſcribitur quinquennio. 263. 156
Homicidij nō poteſt quis poſt 20. annos accuſari. num. 108 pag. 418
Hubertus de Bonacurſo Azonis diſcipulus. 13. 13
Hypothecariæ actioni quo temporis lapſu præſcribatur: & quæ ſit I. Ciuil. & Canon. differentia. nu. 113. pag. 420

I.

IGnorantia facti ſi ſit probabilis admittitur libellus incertus. 229. 130
Ignorans & errās non dicitur mentiri. 201. 115
Ignorantia facti non amittitur Macedonianum. nu. 79. pag. 408

Igna-

Ignauiam propriam allegantes an ſint audiendi in iudicio. nu. 23. 31

Imperij quæ ſunt meri & mixti, delegabilia ſunt de iure Canonum: Papæ autē reſeruata ſubdelegabilia non ſunt. 53. 226

Imperij quæ ſunt meri & mixti, non tātùm propter abſentiam, verum etiam propter infirmitatem grauem & diuturnam de l. Ciuili delegari poſſunt. 56. 228

Impedimentum citati quomodo ſit probandum. nu. 40. 269

Impedimenti per iuramētum probandi priuilegium perdit periurus. numero. 41. pag. 269

Impedimentum legitimum non tantùm dat biennij, ſed etiam triennij & quadriennij prorogationem. 37. 513

Impedimentum in primo anno dat biennium ipſo iure: impedimentum verò in ſecundo anno non dat triennium niſi per reſtitutionem in integrum. num. 38. eod.

Impeditus anno primo vno etiam die conſequitur totum biennium, intra biennium verò impeditus ad tempus tantummodo impedimenti reſtituitur. & quare. 39. 513

Incarcerari poteſt omnis condemnatus, qui non eſt ſoluendo, donec bonis cedat: eſtq; ad ſacculum & peram excutiendus. 17. 447

contra Incarceratum aut legitimè impeditum lata ſententia an valeat. numer. 91. pag. 543

Incluſio vnius perſonę extendit ſe ad excluſionem aliarum. 83. 480

Indiuiduum quot modis dicatur, & de diuiduo indiuiduo. remiſſiuè. 106. 253

Ineptitudo neceſſarij libelli expreſſa ſic inficit proceſſum, vt ſententia ſuper inepto libello lata, ipſo iure nulla ſit, nec ex ea vel actio in factum vel officium iudicis detur, niſi rei conuenti ſequuta ſit confeſſio. 232. pag. 131

Infamia & fama quid ſit, & quotuplex. 8. 179

Infamia iuris tantùm, de iure & facti quid ſit. 9. eod.

Infamia quid operetur. num. 10. eod.

Infans balbutiens & non perfectè loquens, an poſſit in ſtipulatione rē pupilli ſaluam fore, ſibi ſinè tutore alium obligare, aut iudiciū momentaneæ poſſeſſionis intentare. 62. 45

Infamis ſcienter à Papa vel Epiſcopo ordinatus famæ reſtitutus videtur. 15. 181

Infirmus iniuriam remittens coram ſacerdote an conualeſcens poſſit actionem iniuriarum ſibi competẽtem intentare.190. 108

Contra infirmum lata ſententia non valet. num. 86. pag. 541

Iniurioſa verba quãdo habeantur pro iniuria extra iudicium.197. 113

Iniurię diſſimulatio non operatur remiſſionem, ſi ad animum reuocetur, & ad iudicium vocetur iniurians. 194. 110

Iniuria etiã per pacta expreſſa remiſſa non tamen damna & intereſſe remiſſa cenſentur. & quare. nume.191. pag. 109

Iniuria etiam nudo & ſimplici pacto tollitur. & quare. 192. 109

Iniurioſum verbum aut conuitium in iudicio dictum quando habeatur pro iniuria.195. 111

Iniuſtitia notoria non reddit ſententiam ipſo iure nullam.52. 466

Iniuriæ remiſſione priuata nõ præiudicatur pœnę publicæ.105. 492

Inſtrumenta de nouo reperta quando admittantur contra ſententiam in rem iudicatã tranſactam.30. 290

Inſtantia licèt tranſeat à defuncto in hæredes, ſi tamen contra eos non ſit poſt mortem ipſius agitata cauſa nec lata ſententia, ſed contra eundem defunctũ, non valebit ſententia: etiãſi quoq; pro ipſo pronuntiaretur, nihil tamen prodeſſet hęredibus.85. 541

Inſtantia appellationis perempta per deſertionem, perimitur quoque nullitatis inſtantia, cùm & nullitas & appellatio ex diuerſis fontibus manens ſimul in iudicium deducitur. nu.141. et nu.143. 573

Inſtantia coram arbitro cœpta durat triennio poſt litem conteſtatam, niſi corã iudice vltra triennium pependiſſet, tunc enim anno durabit inſtantia, de iure ciuili: Canonicũ verò perpetuò durat.25. 592

Intereſſe generaliter & incertum peti poteſt, ſicuti & facta incerta incertè petũtur. 228. 129

Interdictum de deducendis liberis quid ſit, & quando procedat.92. 57

cui Interdictum eſt bonis à iudice non habet legitimã perſonam ſtãdi in iudicio, ſed æquiparatur minori.n. 92. 543

Interlocutoriam ſententiam poteſt alter iudex, pluribus datis ordinarijs aut delegatis, ſine altero ferre, ſed

non

non definitiuam, in cauſarum vniuerſitate: ſecùs in delegatis pluribus, qui non cognouerunt de cauſa. nu. 36. 267
Interlocutoria denegans admiſſionem dilatoriæ tranſit in rem iudicatam. nu. 85 pag. 245
Interlocutoriæ ſententiæ abſque ſcriptis fieri poſſunt: & quando non. numer. 113. pag. 553
Interpretari ſententias qui poſſint iudices, & qualis ſit interpretatio admittenda: & an in ea facienda requiratur partis citatio, remiſſiuè. 52. 519
Iudex pro parte hæres inſtitutus impeditur ratione ſuæ partis de cohæredis parte iudicare: cùm eius officium ſit indiuiduum. num. 44. 197
Iudex vnus ex pluribus ordinarijs poteſt ſolus per ſe citare, cognoſcere & iudicare non in voluntaria tantùm, verùm etiam in contentioſa iuriſdictione, niſi omnes ſimul incepiſſent cognoſcere. numer. 31. pag. 266
Iudex vnus ex pluribus delegatis ſolus procedere non poteſt, nec ſententiam ferre. 32. eod.
Iudex non poteſt in notorijs delictis recuſari, ſi pœna à iure ſit impoſita, non autẽ ſi ſit arbitraria. & quare. nu. 15. & nu. 17. 14
Iudex ſuperiorem nõ recognoſcens in ſua cauſa, ſi ſit ardua, corã Papa trahi poteſt. 24. 187
Iudex an in vno termino poſſit litigatorem coarctare ad omnes exceptiones opponendum. numero. 12. pag. 209
Iudex vbi probabili facti errore iudicem ſe credit competentem, valent acta per eum: cùm opinio in iudicijs veritati præferatur. 257. 153
Iudex in pœnis vel lege vel ſtatuto arbitrarijs poteſt vſque ad mortem vel pœnam perpetuam excluſiuè procedere, ſed non capitale ſupplicium decernere. nu. 29. 18
Iudex recuſatus executor eſt ſententiæ ab electis arbitris latæ, ſuæ nequaquam, niſi Papæ ſit delegatus. nu. 25. 17
Iudex 18. 20. & 25. annorum quando & quomodo dari poſſit. 14, 181
Iudex ordinarius regulariter no recuſat 2. 7
Iudex delegatus ſçpè remouetur. ibid.
Iudex quibus in cauſis iudicare non poſſit. numer. 4. pag. 177

Iudex coram quib⁹ actoribus procedere non debeat. nu. 5. pag. 178

Iudex propriè cauſę quot caſibus eſſe poſſit. numero. 35. pag. 193

Iudex videns cauſæ & libelli propoſiti ineptitudinem, ipſumque actorem rectè ex alia cauſa apta potuiſſe agere, Reum ab obſeruatione quidem iudicij abſoluet, & in expenſis actorem condēnabit, ſed ius ex alia cauſa agendi reſeruabit actori. n. 234. 132

Iudex quandò poſſit actorem etiam parte non opponente repellere. 9. 4

Iudex officium ſuum non niſi miſericorditer imploratum impartiri debet. nu. 10. eod.

Iudex ſuccedens ei, contra quem iniquam tulit ſententiam, poteſt ab eadem appellare, & appellationem proſequi, etiamſi ſuam turpitudinem allegare videatur. 163. 92

Iudex in propria cauſa eſſe nemo poteſt etiam accedente conſenſu aduerſarij. & quare, & quando poſſit eſſe. 21. & 23. 185

Iudex præſentis tutoris defefectum in agnoſcenda bonorum poſſeſſione ſupplere non poteſt, ſed ſine cauſa conſentire recuſantem cogere debet. numero. 60. pag. 44

Iudex in cuius territorio faciꝫenda eſt executio, an per ſententiantem requiſitus ad ipſius ſententiæ executionem teneatur, non tantùm in eodem, ſed etiam in diuerſo foro. numer. 61. pag. 523

Iudex poteſt aliter condemnare, quàm petitū ſit dummodo illud, in quo cōdemnat, comprehendatur in eo quod petitum eſt. 76. 240

Iudex poteſt, ſed non tenetur, victum in expenſas ante litem conteſtatam factas & non petitas condemnare. 30. 19

Iudex poteſt ex officio ſuo teſtes, ſi per partem producti obſcurè depoſuerint, repetere. nu. 31. 20

Iudex non niſi bis monito ſilentium poteſt imponere, 14. 284

Iudex appellationis quomodo pronuntiare debeat. nu. 114. 555

Iudex & teſtis turpiter etiam pro iuſta cauſa recipiūt pecuniam, ſecùs in arbitro, & arbitratore, nō annullatur tamen ipſo iure ſententia. 38. 460

Iudex admittens poſt terminum exceptionem, videtur tacitè reuocare dilationem, ſi parte præſente hoc faci-

faciat.num.92. 247

Iudex maior quis dicatur. 19. pag. 263

Iudex ordinarius quando de iure Canonico & Ciuili vt ſuſpectus remoueri poſſit, ſic vt nec adiunctus ei dari debeat.14. 13

Iudex ſi in mortis articulo dicat ſe falſam tuliſſe ſententiam, quę in rem iudicatam tranſiuit, talis confeſſio ei ꝓ quo lata eſt non nocet. nu. 28. 288

Iudex minor ſi prępeuenerit maiorem in procedendo aut capiendo, non tenetur deferre maiori aut dimittere ꝓceſſum: ſi ſimul incipiant, maior præferetur.21. 263

Iudex ſi falſum procuratorē ante ſentētiam legitimum pronuntiauerit, poſt eā non erit nullitati locus ob falſitatem.28. 455

Iudex de cauſa ad eius cognitionem non ſpectāte compromittere poteſt. nu. 20. pag. 591

Iudex quādo poſſit partes cogere ad compromittēdum in alium. 21. eod.

Iudex ſi extra territorium de conſenſu partium iuriſdictionem exercere velit, nō poterit id ſine ordinarij cō ſenſus.113. 548

Iudex alterius territorij, in quo fiet executio an poſſit alterius iudicis ſententiantis exequi ſententiam ſine literis requiſitorijs. num.59 pag. 522

Iudæis omnia publica officia ſunt interdicta, ſed nō omnia onerosa. nu.19. 183

Iudices infami non ſunt audiendi. nu.2. 177

Iudices plures etſi ſimul iudicare non tamen conuenire tenētur, ſed duos tertio contradicente concordare ſuffi cit.33. 267

Iudicis officium, vt cataſtrum emendet, implorandum eſt intra annum, vt in feudo alienato. numero. 12. pag. 420

Iudicis contra perſonam prius eſt quàm contra libellum aut procuratoris mandatum excipiendum. nu. 11. 12

Iudici delegato quæ poſſint opponi. nu.7. 207

Iudicia vniuerſalia & generalia non requirunt neceſſariò rerū ſpecificationem in libello, niſi tantùm in executione ſententiæ. nu. 222. 127

Iudicia quænam dicantur vniuerſalia, & quæ generalia: & quęnam inter ea ſint differentia.223. 128

Iudicium momentaneæ poſſeſſionis poteſt experiri. n. 4. 25

Iudicio pendente ſi allegetur nullitas proceſſus

per minorem agitati ſine authoritate curatoris an iudex non expectato litis fine ſuper nullitate pronuntiare debeat. numero. 82. pag. 539
Iudicium in mortuũ fundari non poteſt. 262. 156
Iuramentum in litem ſolus poteſt differre iudex & certam, in quam iuretur, quantitatem proponere, ipſumque iuramentum, ſi velit, ſequi ex cauſa non tenetur. n. 32. 20
Iuramentum violentiam aut damnũ paſſi quomodo poſſit retractari. 35. 291
Iuramentum litis deciſorium quatenus probatione contraria elidatur. 36. 292
Iuramentum promiſſorium decidens litem præſentem, vel futuram habet executionem paratam, ſimpliciter autem habet vim nudæ pollicitationis. numero. 38. pag. 293
Iuramentum facit oriri iudicis officium. 39. 294
Iuramentum ſuum promiſſorium in futurum violans ad quas pœnas teneatur. n. 40. eo.
Iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, vt litiſconteſtatio. 114. 421
Iuramentum non nocet iurãti, vbi falſitas aut ſimulatio interuenit. 68. 474
Iura municipalia vnus territorij, alter iudex in exequendo non ſequitur. numer. 63. pag. 524
Iuratoriam volẽs cautionem præſtare ſi ad illam admittatur, & deierauerit, amittit iſtud beneficium: vt & periurus ſtatuti beneficium ſtatuentis iuramento damnum paſſi ſtandum eſſe. nũ. 97. 249
Iuris communis taciturnitas non vitiat, ſed conſuetudinis & ſtatuti. numero. 27. pag. 217
Iuris executio non habet iniuriam. 34. 37
Iuris ordo non ſeruatur corã Principe. 42. 515
Iurepatronatus poteſt priuari laicus, à iudice ſeculari, dũmodò in libello aut ſententia non exprimitur. & quare. 31. 191
Iuriſdictionum genera, quæ extra territorium ſuum Iudex exercere poteſt, quot ſint. 104. 548
Iuriſdictio delegati extinguitur per ſententiam nullam. 149. 575
Iuriſdictio ordinaria nunquã niſi publica facta ſcriptura collata cenſetur. nume. 7. pag. 178
Iuriſdictionis prorogatio quomodo fieri poſſit, num. 110. pag. 546
Iuriſdictio ordinaria eſt fauo-

ſauorabilis et extendenda: delegata, odioſa & reſtringenda.nu.59. 229

Iuriſdictio cœpta dicitur agi per citationem.43. 221

Ius Ciuile & Canonicũ quomodo in recuſationis materia differat.22. 15

Iuſiurandũ executionem habet paratam, ſi pro illa imploretur officium iudicis. nu.37. 293

Iuſpatronatus quot caſib9 poſſit in ſententia, libello, aut venditione nominari. nu. 32. 192

Ius quæſitum tertio ex mero contractu, non poteſt tertio inuito à me tolli. num. 81. 479

L.

LAicis vna cum clerico delinquentibus competit idem fori priuilegium.245. 141

Laicus creditor poteſt capere clericum debitorem fugitiuum, etiam lite pendente, idq; et in domo propria. nu.218. 126

Laico in inſtantia mortuo ſi clericus ſit hæres, tranſibit inſtantia in clericum, conuenieturq; coram ſeculari iudice.252. 148

Laici nõ ſunt coram eccleſiaſtico iudice regulariter conueniendi, niſi in temporali iuriſdictione Eccleſiæ, & criminibus merè eccleſiaſticis.nu.258. 153

Laicus quantocunque tempore collationis beneficiorũ actum exerceat, nõ tamen ius conferendi non præſcribit.94. 414

Latitans quomodo ſit citandus.27. 264

Latinitas falſa quando caſſet aut non caſſet reſcriptum. 48. 223

Laudum partibus abſentibus etiam citatis, aut per contumaciam non comparentibus pronunciatum ab arbitro nõ valet, niſi in compromiſſo data fuiſſet poteſtas.32. 596

Laudum arbitratoris in eccleſiam latum tenet, non autem arbitri vel iudicis. & quare.12. 586

Legatarius conditionalis nõ eſt in numero creditorum, nec ante conditionis euentum ſpem tranſmittit: ſicut & conditionalis inſtitutio.182. 104

Leges fundãtes ſe ſuper fictione ſeu præſumptione non habent locum in foro conſcientiæ.55. 399

L. donatarium. C. de acquir. poſſ. & l. quamuis.§. infans ff. eod. quomodo intelligatur.66. 47

L. Paulus reſpondit eos.ff. de re iud. verus intellectus, & explicatio.74. 240

L. ſeruũ.ff. rem pupill. ſal. for.

quãdo in iudicio momentaneæ poſſeſſionis procedat. nu. 63. 46

Lex ciuilis ratione præſumpti delicti aliquid ſanciens, ꝙ æquum videatur, in foro conſcientiæ ſeruanda eſt. nu. 85. 410

Libellus accuſatorius quid cõtinere debeat. num. 264. pag. 156

Libellus generalis & obſcurus ſi parte nõ opponente procedat, in quacunque litis parte & quandocunq; petatur, declarandus eſt, alioquin iudex ad pronunciationem cogi non poterit. 226. 129

Libellus generalis, incertus, aut alternatiuus non procedit, ſed in eo res petita ſignificari debet, ſi à reo opponatur. nu. 221. & nu. 224. 127

Libellus obſcurus & generalis aut incertus non petendus eſt declarari, ſed ſimpliciter vt reijciatur, vt in expenſas iudicij condemnetur. 231. 130

Libelli datio neglecta annullat iudicium & ſententiam: & quando non. nu. 133. pag. 569

Libellus ineptus ineptam reddit ſententiam. num. 133. pag. 569

Libelli inepta conceptio an ſcripturæ omiſſio reddit quem ad accuſationem ineptum. nu. 43. 40

Liberti, famoſas contra patronos actiones inſtituentes, an ſint audiendi. num. 27. pag. 33

Liberatio fideiuſſori facta, quando nõ proſit reo principali. 80. 479

Liberi parentes, liberti patronos accuſare non permittunt. 36. 38

Licentia generalis ad citationes faciendas nuncio conceſſa, an & quando ſine ſpeciali mãdato ſufficiat. nu. 7. 258

Lis cum ſeruo pro libero habito vel eius procuratore intentata, quandocunque detecta ſeruitute annihilatur, niſi communiter liber æſtimatus vel iudex ſit vel in teſtamento pro teſte adhibitus. 51. 42

Lis citatione facta pendere dicitur in materia reſcripti. nu. 45. 221

Litis prima conteſtatio terminus eſt excluſiuus dilatoriarum: ideoq; dilatoria non oppoſita in prima inſtantia ante litis conteſtationem, non poterit etiam in cauſa appellationis prius obijci. nu. 63. 231

Litis cõteſtatio coram arbitro facta interrumpit præſcriptionem, nõ autem coram arbitratore. 10. 386

Litiscōteſtatio omiſſa infringit ſententiam.134. 569
Litigatorum calumnia ſæpè refrenatur timore ſacramēti.nu.3. 7
Literarum gratioſarum alteri conceſſarum nō modò, verùm etiam cauſarum conceſſionis in literis expreſſarum meminiſſe oportet. nu.31. 217
Locus exemptus intra diœceſim quóad iuriſdictionem per ordinarium exercendā æquiparatur loco extra territorium.101. 547

M.

MAcedonianum vt ceſſet in filiofa. ſuffi-cit vel in rem patris conuerſam eſſe pecuniā, vel ea intentione mutuatā eſſe, & perierit.75. 407
Macedonianum quibus caſibus non habet locum. nu. 72. 406
Magiſtratus & illuſtres quando poſſint conueniri. nu. 172. 97
Magiſtratus inferior quando poſſit in propria cauſa iudicare.25. 187
Mandatum de danda dote nō exſpirat morte mandantis. nu.42. 221
Mandatum qui habet generale ſi agat in cauſa requirente ſpeciale, procurator ſalſus habetur.31. 456
Mandatū de lite proſequenda prius geſta cōfirmat.32. 457
Mandatum procuratoris ad pias cauſas morte domini non exſpirat, nec hæres id reuocare poteſt.40. 220
Mariti mortem an poſſit vendicare vxor. 239. 136
Maritus an & quando poſſit nuptam de diuortio accuſare.40. 39
Maritus licèt non niſi ex certis cauſis dotem reſtituere poſſit, poteſt tamen eam ſibi promiſſam remittere, ſic vt vel minor ſit, ſi partim vel nulla, ſi in totum remiſſa fuerit. nu. 80. pag. 52
Matrimoniali in cauſa poteſt ſententia ferri ſine ſcriptis. nu.110. 55
Mendacium quib⁹ caſibus p[illegible]niatur dupli, vel maiori expenſarum condematio[illegible]nis pœna.206. 11[illegible]
Mendacium facit ex poſſeſſore petitorem, & quamuis mendax incontinenti dominium probare paratus ſit, non niſi tradita tamē poſſeſſione audietur.num. 199. 115
Mendax punietur in eo tantū, in quo mentitus fuit, & nō vltra, aut pluris, aut in expenſarum cōdemnatione. 203. 116
Metus cauſa exceptio poteſt contra patrem, patronum, & in dignitate conſtitutum

tum opponi.42. 294

Miles condemnatus non poteſt ſuis defenſionibus etiam vti poſt ſententiam impediri.2. 441

Minor 25. annis ſi ſine curatore litiget, iudicium eſt nullum, etiamſi curatorem qui ad ſtabiliendam litem dandus eſt, non habeat nu.68. 47

Minor 25. annis quib9 caſibus habeatur pro maiore. remiſſiuè.69. eod.

Minor 25. ann. non poteſt eſſe procurator.1. 158

Minor an poſſit procuratorẽ conſtituere.5. 159

Minor quãdo reſtituatur aduerſus omiſſam peremptoriã exceptionem. & quando non.131. 427

Monachus nobilis per ingreſſum monaſterij nobilitatem amittit.26. 216

Monachi conuerſi, canonici regulares non prælati non poſſunt ſuo nomine litigare.18. 29

Monacho hærede inſtituto adire recuſante poteſt Abbas adire, ſicut et pater filio nolente.136. 76

Monachus in iudicio nec ciuiliter nec naturaliter obligatur, & ideò nec fideiuſſores pro eo dari poſſunt, nec à coniuncta perſona pro eo interuenire, nec ſententia lata valet.133. 74

Monach9 quomodo poſſit nomine proprio etiam agere, & conueniri, ſine Abbatis permiſſu.139. 78

Monachus retinet ſuitatis iura.135. 75

Monachus in quibus caſibus æquiparetur filiofamilias. nu.137. 76

Monachus quo caſu poſſit pro monaſterio agere. num.138. pag. 77

Monachus ſimplex quãdo poſſit eſſe arbiter, & arbitrator. nu.48. 606

Monachi adminiſtrationẽ habentes poſſunt eſſe arbitri, & arbitratores.46. 605

Monachi & regulares an poſſint compromitti. num.7. pag. 584

Monachi & regulares ꝓ mortuis habentur.nu.8. eo.

Mortuus quibus caſibus poſſit accuſari.42. 40

Mulier habens cõfeſſionis dotis inſtrumentum, habebit omnia dotis priuilegia, ac ſi verè dos fuiſſet numerata. 142. 80

Mulier agere impeditur de ꝓprietate rei in dotem datæ. nu.24. 31

Mulier quibus caſib9 non poſſit eſſe teſtis in ciuilibus. nu. 241. 137

Mulier ſi fundum dotalem alienet, ſoluto matrimonio, per mortem viri conſolidatur alienatio.119. 423

Mulier grauida paucorũ dierum comparere non tenetur, niſi ſit ruſtica portans alia onera prçter grauidarũ regulam. 43. 270

Mulier, ſi ipſi à debitore, pro quo interceſſit pecunia ſoluatur, & perdat pecuniam, non iuuatur Velleiano. nu. 70. 405

Mulier quocunque errore ſoluens, S.C. Velleiano repetit, filiusfamiliâs indebitè non ſoluens exceptione S.C. Macedoniani non eſt tutus. nu. 57. 400

Mulier quot modis dicatur intercedere. 60. 401

Mulier quando poſſit eſſe iudex aut arbitra. 17. 182

Mulier intercedẽs pro ſuo marito etiamſi millies ratificet etiam poſt decennium, non ei nocebit: alioquin poſt biennium ſecũdo priorem interceſſionem ratificans tenebitur. 63. 402

Mulier pretium accipiens pro interceſſione quando amittat exceptionem Velleiani. 64. 403

Mulier pro alio ſoluens quatenus teneatur. eod.

Mulier intercedens in rem ſuam, Velleiano nõ iuuatur. 66. 404

Mulier poteſt ſuam aut ſuorũ iniuriam proſequi, & in criminalibus teſtis eſſe. nu. 238. & nu. 240. 135

Mulier aut pupillus poſſunt laicum coram iudice eccleſiaſtico conuenire: ſed coram ſeculari ipſi conuenti eius forum declinare nequeunt. 39. 195

Mulier quæ ſe in poſſeſſone vẽtris nomine calumnioſe mitti fecit, per ſententiam cõtrariam fit infamis. nu. 11. 179

Mutui recepti ſeu numerationis factæ tempus eſt in Macedoniano inſpiciendum. 73. 406

Mutuum ſoluens ſecretò, poteſt iuramento ſuper mutuo delato iurare, ſibi non fuiſſe mutuatum. nu. 10. pag. 11

N.

Neceſſitas vt excuſat ꝑiurium, ita & periculũ peccati: & exceptione peccatum fuganti renunciari non poteſt. 127. 71

Nobilitas ſcientiæ an præferatur nobilitati generis. nu. 6. 9

Nominis ferendi conditio etiamſi ſit difficilis, cùm nõ ſit tranſitoria, quando remittatur. 150. 84

Notorium non à proponendi ſed probandi mole exonerat. 11. 4

Nouatio quomodo fiat et executionem impediat. nu. 48. pag. 517

Nullitatis principaliter & ex ſe deductę iudicio pendente an interim currat appellandi tempus. num. 139. pag. 572

Nullitas & appellatio etſi ex diuerſis fontibus ptomanent, poteſt tamen vtraq; ſimul deduci, & probationes ſimul induci queunt. 140. 573

Nullitas & appelatio ſi ex eodem fonte oriantur, vtranque ſimul proſequi nemo poteſt: ſed præcedet nullitatis iudiciū, ſub quo tempus appellandi non curret. 142. 573

de Nullitate quis Iudex cognoſcere debeat. 146. 574

Nullitatis cauſa totā cauſam deuoluit ad ſuperiorem ſicut & appellatio. 147. 575

Nullitate proueniente ex iudicis iuriſdictione, ſi ea poſt tres conformes ſententias opponatur, impeditur etiā executio. 26. 454

de Nullitate agendi facultas, quanto tempore duret. nu. 138. 573

O.

OBlatio debiti ad conſequendā liberationem nō ſufficit poſt litem conteſt. ſine cōſignatione & depoſitione: quæ duo in conſequēda actione non niſi extra iudiciū ſunt neceſſaria. 149. 83

Officio iudicis quo tempore præſcribatur. 111. 419

Officialis non poteſt cum ſubditis contrahere, niſi ſit perpetuus, aut ad Principis beneplacitū conſtitutus. 173. 53

Oeconomis quę ſint exceptiones in iudicio proponēdæ. nu. 6. 174

Opiniones plures cùm recenſentur à Gloſſa aut Doctore, nec aliqua eligitur, vltima cenſetur approbari. nu. 98. 250

Ordinarius poteſt ſuo delegato ſubdelegādi facultatem in cauſa delegabili conferre: quod delegatus à Principe non poteſt. num. 55. pag. 227

Ordinis peruerſio de vno iudicio ad aliud nō inficit ꝓceſſum: ſed de vno iudicio ad idem annullat. 146. 62

Ordinaria iuriſdictio morte concedentis nō expirat: delegati autē à Principe morte delegātis expirabit iuriſdictio: etiamſi hæc illa ſit maior & dignior quacunq; ordinaria. 37. 219

P.

PAciſci an poſſint partes, vt à laudo arbitri poſſit appellari. 34. 598

Paciſci contra contractuū naturalia licitum eſt partibus. nu. 157. 88

Pactum de nō cedendo an valeat, etiam cum iuramento. nu. 71.

nu.71. 530
Pactum de nō petendo an tollat ipſo iure naturalem obligationem, & ciuilem elidat. remiſſiuè. 43. 294
Pactum merè perſonale quomodo conſtituatur, adeò vt ad hæredem non tranſeat. 82. 480
Pater ſi mutuum, quod filius ſe recepiſſe ſignificat, non improbat, ceſſat Macedonianum. 80. 409
Pater præſens, & ſine cauſa conſentire filio in lite mota recuſans, habetur ꝑ abſente. & filius poteſt abſente parte ſine eius conſenſu agere. 106. 64
Pater etiam nutu poteſt præſtare cōnſenſum filio in litem. 111. 66
Pater hæreditatem, quā filio ſub cōditione reſtituere eſt rogatus, prodigaliter dilapidans, poteſt à iudice inſtāte filio ad reſtitutionem cogi, etiam ante conditionis euentum. 87. 54
Pater an poſſit agenti filio ꝑ epiſtolā vel nuncium conſentire. 15. 29
Pater non debet cōtra filium pro controuerſia inter eos orta litigare. numer. 13. pag. 27
Pater filiam indigno nubentem dotare tenetur, licèt minorem dotem conferre poſſit: cùm eius conditio indigno ſe copulando deteriorata ſit. 89. 56
Pater exponens, exponi patiens aut ratum habens, patriam amittit poteſtatem, adeò vt his expoſititijs hoſpitalia ſuccedant, quæ & fiſco præferuntur. 94. 58
Pater quando teneatur ex ſententia contra filium lata, & econtrario. nu. 87. & nu. 89. pag. 482
Paupertas quando proſit vel noceat, remiſſiuè. 41. 514
Paupertas iuſta eſt impedimēti cauſa, & ad cōcedendum ſecundum vel tertium fatale ſufficiens. 40. 514
Pecuniam nō fuiſſe numeratam ſi quis poſt biennium velit probare, audiatur. nu. 52. 398
Pecuniæ non numeratæ exceptio quando non poſſit opponi. 48. 396
Peremptoriæ exceptiones ante ſententiam purè vel conditionaliter oppoſitæ, an à reo antequàm teſtificata dicerit probari debeant. nu. 70. 475
Perēptoriæ exceptiōes quamdiu opponantur. nu. 128. pag. 426
Peremptorio termino expreſſe à iudice aſſignato, nō d[illegible]ter purgatio moræ etiā intra paucos dies: quod licèt, ſi ſimpliciter ſtatutus eſt terminus. 85.

Peremptoria nunquàm excludit proceſſum.18. 285
Perēptorio effluxo poteſt partem citatā in diem ſequentem expectare, ſed non tenetur.33. 20
Periurus quando efficiatur infamis.12. 180
Periurus ſi velit in iudicio iurare exceptionem poſt litē cōteſtatam ad ſuam perueniſſe notitiam, non admittitur ad iuramentum: cùm iuramētalis probationis beneficiū amiſerit perpetuò. 96. 249
Permutationis contractus nō admittit proprij facti contrauentionem, nec re etiam ex altera parte integra pœnitentiam.159. 89
Perſonales ſeruitutes quomodo præſcribantur.num.104. pag. 417
Perſona coniuncta nō admittitur pro coniuncta abſente, ſi abſens procuratorem dimiſerit.10. 63
Perſonæ, quæ nec citatione verbali nec reali in ius vocari poſſunt, quot ſint. nu. 219. 126
Perſonæ illuſtres poſſunt procuratorem pro accuſatione iniuriarum inſtituere. nu. 38. 39
Perſonæ extra prouinciam ſuam in iudicium non trahendæ quæ ſint.6. 178
Perſonali ex actione quando coram laicis iudicibus conueniantur clerici. num.256. pag. 152
Peſtis quando citatum à contumacia excuſet.45. 271
Pignorum aut fideiuſſorum acceptione non impeditur executio ſentētię, ſi pro vincentis ſecuritate data ſint, ſecùs ſi in cauſam iudicati. 50. 51
Pignoris datione vſq; ad eius valorem recipitur debitum. nu.78. 408
Pœna pecuniaria non mutatur in corporalem reſpectu partis læſæ, niſi conſenſerit. 19. 447
Pœna perpetui carceris non poteſt laico à iudice eccleſiaſtico infligi. num. 260. pag. 154
Pœna Fiſco applicanda quando poſſit per partes remitti. 20. 591
Pœnales actiones quanto tempore præſcribantur.nu.106. pag. 418
Poſſeſſio præſcripta quomodo probetur.95. 414
Poſſeſſor lite pendente ſpoliatus poſſeſſionem tantùm & ſpoliū ſe tum habuiſſe, docuiſſe ſufficit, nec ad iuſtificationem ex titulo tenetur. 124. 70
Poſſeſſor mendax quomodo poſſit priuationis aut tranſlationis poſſeſſionis pœnā euitare.200. 115

Poſſeſſio ſola nō minus quàm proprietas impedire poteſt executionem. num. 65. pag. 524
Poſſidentis incapacitas nullo temporis lapſu ſanari poteſt. 93. 414
Poſſeſſorium an prius neceſſe ſit terminari, quàm intentetur petitorium, ſic vt poſſeſſorium petitorio cumulari nequeat. nume. 213. pag. 121
Præcipitatio ſententiæ quando non valeat, & ſententiā annullet. 136. 570
Præludia dilatoriæ ſunt exceptiones proponendæ ante litem conteſtatam. nu. 1. pag. 1
Præoccupaſſe quando quis dicatur. 77. 533
Præparatoria nō requirūt patris conſenſum in filio iudicium mouente. num. 97. pag. 60
Præſcriptionis exceptio ex oppoſitione an ſit peremptoria an dilatoria. 86. 410
Pręſcriptio ſeruitutum continuarum in rebus Eccleſiæ, & iurib9 ſpiritualibus quādo procedat. 99. 416
Præſcriptio, quæ ſub generalitate comprehenditur, ſi ſit interrumpenda, admittitur incertus & generalis libellus. 230. 130
Præſcriptio 30. vel 40. annorum quam habeat de iure Ciuili & Canonico differentiam. 89. 412
Præſcriptio priuati contra Eccleſiam aut Eccleſiæ contra Eccleſiam, aut Eccleſiæ contra priuatum, & priuati contra priuatū quando procedat. nu. 90. 412
Præſumptio iuris. orta ex ſententia rei iudicatæ, per probationem contrariam nō infringitur, etiam per inſtrumenta de nouo reperta. 29. 289
Præſumptio qualisqualis, aut præiudicium quale quale quid operetur. num. 93. pag. 485
Principis contra ſententiam etiam ſi petatur reſtitutio, non tamen impeditur executio. 46. 517
Princeps ſeu iudex maior poteſt ordinarium inferiorē prohibere ne de cauſa, quā præuenit, cognoſcat. num. 22. 263
Principis ſententia ius facit, habetque vim legis, & ſecundum eam in ſimilibus caſibus à cæteris iudicandū eſt. 88. 488
Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum. 84. 410
Priuilegium perſonale vt nō tranſit ad hæredes, ſic nec ad fideiuſſores, & quare. 75. 478
Priuilegium eſt contra, beneficium

ficium autē præter ius commune.8. 444
Priuilegium in dubio conceſſum perſonæ quando cenſeatur perſonale, quando item reale, vt tranſeat ad hæredes.72. 476
Priuilegia militibus conceſſa quatenus ad aduocatos & clericos extendantur. nu. 23. 451
Priuilegium in quibus perſonis mendacio amittatur. nu. 205. 117
Priuilegia Minoribus conceſſa ijs quoque, qui per curatores reguntur, competūt. 93. 543
Priuatus poteſt ſibimet ius dicere in ſua cauſa, ſi copia Iudicis haberi non poteſt. 27. 188
Priuilegiatus citatus ſi habeat priuilegium perpetuum, tenetur mittere procuratorem, qui ipſius priuilegium allegat: ſecùs ſi ſit temporale.220. 126
Probatio contra iuſiurandum non admittitur in contrarium, ſed eo oppoſito, quęritur, an iuratum ſit, & non an debeatur, idque in voluntario, non in neceſſario.34. 291
Probatio caſus, qui impediuit, non ſufficit, niſi probet & factum venientis ad iudicium. 42. 270
Probari quæ poſſint inconti-nenti.25. 508
Proceſſus ordinarij iudicis multipliciter impeditur. n. 1. 177
Proceſſum ordinarij impedientia à fortiori debet impedire Delegati, ſed non econtrà.8. 208
Procurator actoris quando poſſit agere iudicati, vel executionem ſententiæ petere ſine nouo mandato, aut quamuis nō ſit in rem ſuam procurator. nu. 176. pag. 100
Procurator ſi cauſam egerit vſque ad ſententiam, & poſteà citatus dominus principalis non compareat, an ſententia lata valebit tanquàm contra contumacem lata, an verò annullanda veniat. num. 95. pag. 544
Procurator falſus quis habendus. 30. 456
Procurator à quibus perſonis conſtitui non poſſit. nu.4. pag. 159
Procuratorem an poſſit conſtituere minor. numer. 5. eodem.
Procurator conſtitutus à non domino cauſæ non eſt audiendus.7. 161
Procurator quibus de cauſis veniat reijciendus. num.8. pag. 161
Procurator cōſtitutus an poſſit alterum conſtituere. nu.9.

nu. 9. 163
Procurator in rem ſuam terribilis ratione potentiæ venit repellendus. nume. 3. pag. 164
Procuratoris falſi acta quannon poſſit dominus ratificare. 35. 457
Procurator quando admittatur in criminalibus. nu. 243. pag. 138
Procuratoris à mandato ad mandatum iuriſdictionale, bonum eſt argumẽtum. 39. 220
Prodigus, cui bonis non eſt interdictum, legitimam in iudicio ſtandi pro ſe & pro alijs perſonam habet, quantumuis vulgaris ſit prodigalitas. 72. 49
Prodigus an poſſit agere ſine curatore. 7. 26
Promiſſio turpitudinem continens nec ciuiliter obligat nec naturaliter. vt & ipſa quæ ex turpi cauſa fit. 135. 432
Proteſtatio quibus caſibus in ſcriptis tantùm fieri debeat. remiſſiuè. 36. 21
Proteſtatio, ſaluis omnibus exceptionibus dilatorijs, declinatorijs, contra delegationis reſcriptum, & cõtra ciuiliter agentem, & contra criminaliter accuſantem, ac contra iudicem proponendis, poteſt non tantùm in ſcriptis ſed & ſine ſcriptura fieri. num. 34. pag. 20
Proteſtatio de non conſentiendo in iudicem per actum ſubſequentem, niſi repetatur, tollitur. nume. 37. pag. 21
Publicatio teſtiũ omiſſa quando eneruet ſententiam. nu. 135. 570
Pupillus intellectu carens nõ poteſt etiam tutore authore acquirere poſſeſſionem. 64. 46
Pupillus quando dicatur perfecti intellectus, & proximus pubertati. 65. eodem.
Pupillo ad annum pubertatis veniente an poterit tutor nouam cauſam inchoare. 3. 169
Pupillus coram arbitro ſine tutore naturaliter obligatur: ſed coram iudice nec naturaliter nec ciuiliter. num. 57. 43
Pupillus quomodo poſſit bonorum poſſeſſionem ſine tutore petere, aut agnoſcere. 58. eod.
Pupillus contra tutorem non finita tutela, & adultus contra curatorem non finita cura agere non poteſt: ſed prodigus & furioſus poteſt. & quare. num. 147. pag. 82
Pupillus nõ habens tutorem,

an poſſit ciuiliter agere, aut criminaliter accuſare. nu.3. 25
Pupillus agens in poſſeſſorio, quamuis proceſſus & ſententia mero iure valeat, ſi ſuccumbat, reſtitui poteſt. & quare. num. 61. pag. 45
Pupillus poteſt in cauſis ſpiritualibus agere etiam ſine curatoris authoritate. nu.5. pag. 25
Pupillus ſuam & ſuorum iniuriam proſequi poteſt in iudicio. nu.6. eod.

Q.

QVantitatis ratiõe quando non valeat ſententia tam ordinarij quàm delegati. num. 97. & nu.99. 545
Querela inofficioſi vt non niſi quinquennio filio agenti & voluntatem impugnanti durat, ita ipſo poſſidente & hærede ſcripto agente exceptio ſolo quinquennio eſt duratura. num, 16. 285
Quicquid poteſt fieri in ſcriptis, poteſt & ſine ſcriptis. 35. 21

R.

RAſura ſcripturæ in loco non ſuſpecto non vitiat, vt nec modi ca in loco ſuſpecto. num.21. pag. 213
Reconuentio quando nõ trahat clericum ad forum ſeculare.251. 147
Rectoris ſcholæ iuriſdictio eſt ordinaria, numer. 41. pag. 195
Recuſatio, & recuſare quid ſit.5. 9
Recuſatio iudicis in ſcriptis non verbotenus eſt interponenda.60. 229
Recuſationem ex cauſa ſuſpicionis an poſſit tollere Papa aut Princeps. num. 61. eodem.
Recuſatione iudicis ex cauſa ſuſpicionis propoſita, an ſic ſtatim ſuſpendatur iuriſdictio, vt ſi vlterius procedatur, proceſſus etiam ſine appellatiõe annulletur. 38. 21
Rei iudicatæ exceptionis oppoſitio quæ requirat. nu.33. pag. 290
Reum vtrunque ſi petitum ſit in eodem libello in ſolidum condemnari, & ſententia ſimpliciter feratur, quilibet tãtum pro rata tenebitur.75. 240
Reus preponendo alteram dilatoriam videtur in iudicem conſentire, & ab exceptione recuſationis excluſus.62. 230
Reus an exceptionem dilatoriam fruſtrà oppoſitam eſſe

eſſe iudice pronuntiante, ſtatim in expēſis poſſit condemnari, an verò debeat expectari definitiua. num. 93. pag. 248
Reus definitiuè non niſi cauſæ principalis cognitione pręcedente abſolui poteſt. 19. 285
Reo quo iure poſſit ſtatui terminus ad dilatorias & declinatorias opponendas, poſt quem non ſit audiendus. 87. 245
Duobus Reis debendi conſtiſtitutis, poteſt eodem libello peti, vnumquemque in ſolidum condemnari, ſi proteſtetur ſe vnius ſolutione fore contentum. num. pag. 240
Reis debendi pluribus conſtitutis, alij fideiuſſorum beneficio gaudent, & eorum loco habentur. numer. 70. pag. 238
Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ etiam incontinenti facta transfert in debitorē onus probandi non fuiſſe numeratam. 47. 396
Renunciās omnibus exceptionibus an cenſeatur renuntiare illis, quas ignorat ſibi competere. numero. 16. pag. 210
Repeti an & quando poſſit, pro ſententia obtinenda datum iudici. numer. 37. pag. 459
Reſcriptum legati à Latere, executoris gratiarum Apoſtolicarum, & ad piam cauſam morte concedentis non irritatur. nume. 38. pag. 219
Reſciſſio ſententiæ per falſos teſtes latæ vt obtineatur, an opus ſit probare, tum quòd falſum depoſuerint teſtes, tum quoque quod corrupti ſint, an verò alterum, & quod ſufficiat. 63. 473
Reſcriptum quibus caſibus veniat caſſandum. nu. 4. 206. & nu. 49. & 52. 224
Reſcriptum non poteſt per hæreticum vel excommunicatum aut ſeruum impetrari. nu. 5. 207
Reſcriptum an falſa latinitate aut ſyllabæ omiſſione corrumpatur. nimero. 6. eod.
Reſcriptum ſecundum ius eſſe debet: nam contra id impetratum non valet, ſi iuris contrarij cun clauſula derogatoria fiat nentio. 29. 217
Reſcriptum quot modis cauſæ continentia ſeu cohærentia vitietur, & procedat. nu. 46. 222
Reſcriptum ſub nomine dignitatis impetratum, eo, pro quo obtinetur, mortuo valet. 34. 218

Reſcriptum re non integra transit in ſucceſſorem ſingularem: re autem integra etiam in vniuerſalem hæredem. 35. eod.

Reſcriptum ad lites quando per obreptionem ſit ipſo iure nullum. nu. 24. pag. 215

Reſcriptum quando per ſubreptionem non vitietur. n. 5. 217

Reſcriptum lite pendente impetratum, etiam motu proprio Principis conceſſum, niſi motæ litis facta ſit mentio, non valet. numer. 44. pag. 221

Res inter alios iudicata quot caſibus tertio præiudicet. numer. 85. & numer. 91. pag. 481

Res iudicata & iuramentum præiudicat tertio in actione populari. numero. 104. pag. 492

Reſeruationis Papæ notoriæ & in Curia vulgatæ non eſt neceſſarò facienda mẽtio. 28. 216

Reſtitutio in integrum quando non detur aduerſus ſententiam per falſos teſtes datam. 57. 470

Reſtitutio in integrum conceſſa minori non prodeſt fideiuſſori, datur tamen hæredi minoris. numero. 76. pag. 478

Reſtitutio in integrum datur etiam ſine remedio appellationis, ſi ſententia dolo aut ambitione ſit lata. num. 40. pag. 461

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam quando impediat executionem, & quãdo non. 45. 516

Reſtitutio in integrum, & remotio ſuſpecti tutoris, licèt mixti ſint Imperij, delegari poſſunt. 57. 228

Reſtitutio in ſpolio vt obtineatur, quid probandum veniat. 123. 70

S.

Sacerdos ſuam à concubinatu cõcubinam abſoluere poteſt, donec ab eccleſiâ toleratur. 34. 193

Scripturam propriam negans punitur pœna dupli. nume. 207. 118

Sententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, effectus. nu. 27. 288

Sententiæ tres conformes, etiamſi incontinenti ad impediendam executionem offerantur probationes, ſi omnes dicantur nullæ, aut illarum altera, non tamen impedietur executio, ea autẽ plenariè expedita diſceptabiliter de nullitate: & quando impediatur executio. 26. 508

Sententia continens errorem iuris

iuris nulla eſt ipſo iure: & quando non. numer.123. & numer.124. & numer. 128. pag. 561
Sententia pro parte ſiue in vno capite poteſt eſſe valida, & pro parte nulla. nu. 125. 563
Sententia habens errorem iuris expreſſum, cauſamque iuſtam & iuri conſonam ſimiliter expreſſam ſuſtinetur ex iuſta cauſa. num. 126. 564
Sententia quando poſſit ferri ſub conditione, & quando non.120. 558
Sentētia falſorum teſtium vel inſtrumentorum prætextu lata an ipſo iure ſit nulla. 55. 467
Sententia ſi plura habeat capita ſeparata, tot cenſebuntur ſententiæ quot numerantur capita. numer. 98. pag. 545
Sententia definitiua ex ſcriptis recitari debet. num. 111. pag. 522
Sententia referens ſe ad inſtrumentum aut ſcripturam in actis non producta an valeat. 558
Sententia lata aſſiſtente falſo procuratore mero iure eſt nulla, ſiue aduerſarius ignorauerit ſiue dubitauerit eſſe falſum, niſi iuſto procurator errore ducatur, aut admiſſus ſit cum cautione rati nume.27. 455
Sententia per peſſimum iudicis dolum aut fauorem data valet quidem, & tenet, tranſitque in rem iudicatam: ſed iudex punitur. 39. 461
Sententia per errorem aut falſam cauſam lata, ipſo iure non vitiatur, ſed valet, etiamſi ex actis appareat errori: ſecùs in decreto. 43. & nu. 48. 462
Sententia contra ægrotum lata quando ſit ipſo iure nulla, & proceſſus non valeat. nu.37. 268
Sentētia pro minore lata quatenùs valeat, & pro pupillo.81. 538
Sententia lata de legitimitate vnius an præiudicet alteri cohæredi: & an idem ſit in filiatione. numer.96. pag. 488
Sententia vt noceat tertio, requiritur citatio. & quando ſola ſcientia ſine citatione ſufficiat. numer. 86. pag. 482
Scientia quando non requiratur in ſententia contra tertium lata, vt ei præiudicet. 92. 484
Sententia multis de cauſis venit annullanda. numer. 13. pag. 504
Sententia ratione perſonæ iudicantis ſeu litigantis ſæpè redditur nulla. 14. eod.
Sen-

Sententia ratione quantitatis vel temporis venit annullanda.15. eod.

Sentẽtia poteſt ratione modi, & qualitatis eſt nulla.nu.16. pag. 505

Sententia ratione conditionis poteſt annullari.numer.17. eod.

Sententia, ex probationibus non veris & priuilegiatis lata, nunquàm tranſit in rem iudicatam. numer.31. pag. 290

Sententia antequàm tranſeat in rem iudicatam, licet pro ipſa præſumatur, non tamen habet preſumptionem iuris, ſed probationem contrariam admittit.nume. 32. eod.

Sententia noctu lata nulla eſt, omniſque actus coram iudice pro tribunali ſedente expediendus, niſi partium conſenſus acceſſerit tacitè, vel expreſsè. numer. 108. pag. 550

Sententia contra minorem lata ſine authoritate curatoris, ipſo iure nulla eſt: & quatenùs valeat. numer.80. pag. 537

Sententia exceptionem obiectam reijciens eſt interlocutoria: & in ea ſuccumbens debet in expenſas condemnari, quas in definitiua vincens non repetit. nu. 94. pag. 248

Sententia de ſtatu perſonæ facit ius quóad omnes, qui non principaliter intereſſe prætendunt. numero. 97. pag. 489

Sententia lata pro mortuo valet in cauſa beneficiali ad fauorem eccleſiæ: eſtque ad ſubrogati inſtantiam executioni mandanda. nu. 41. pag. 220

Sententia duorum condemnantium in 10. præualet tertij in quinque condemnantis: ſi verò omnes diſcordant in ſumma, ſtandum eſt minori. numer.26. pag. 593

Sententia lata à iudice, qui in eadem cauſa fuit aduocatus, eſt nulla, ſi fuerit recuſatus: & quomodo poſſit recuſari.num.20. 184

Sententia ab excommunicato lata eſt ipſo iure nulla. pag. 182

Sententia aduerſus non contumacem lata ipſo iure nulla eſt.131. 567

Sententia quando valeat ſine citatione, remiſſiuè. nume. 132. 567

Sententia vbi de ſui natura facit ius quod ad alios, non præiudicat tamẽ æquè principale ius habentibus. num. 98. 489

Sententiâ ſuper nullitate teſtamenti lata contra hæredem an præiudicet legata-

riis,

rijs, & fideicommiſſarijs. 99. 490
Sententiâ in petitione hæreditatem contra hæredem ſcriptum data, etiamſi ſit iniuſta, nocebit tamen ei quóad legatarios & creditores, pro quo lata eſt. nu. 110. 491
Sententiâ ſuper teſtamenti reſciſſione lata inſtante eo cuius non intererat, quamuis ei non proſit, proderit tamē his quorum intereſt, etiamſi in iudicio non fuerint. n. 101. eo.
Sententia lata contra priuilegium alicuius mero iure valet: & niſi appellatione retardetur, tranſibit in rem iudicatam. numero. 129. pag. 566
Sententia teſtium prætextu lata quare mero iure teneat, vt nec corruptio aduocati aut procuratoris. nu. 60. 472
Sententia certa quæ ſit intelligenda. 116. 556
Sententia incerta quando valeat. 115. 555
Sententiam ad acta certā continentia quantitatem ſe referre quatenus ſufficiat. nu. 117. 557
Sententiam definitiuam exſpectantia delegari poſſunt, non autem cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem exigunt. 58. 228
Sententiam prætextu falſorum teſtium vel inſtrumentorum annullari poſſe qualiter ſit intelligendum. nume. 4. pag. 442. & num. 66. pag. 474
Sententiam continere errorem expreſſum, & ſe referre ad acta, quando paria ſint, & quando non ſint. nu. 50. pag. 465
Sententia in probationibus à iure reiectis fundata ipſo iure eſt nulla. 51. eod.
Serui quibus caſibus poſſint in iudicio experiri. n. 1. pag. 24. & nu. 54. 43
Serui quantum ad ius ciuile p mortuis habentur. num. 2. pag. 25
Seruus nec ſuo nec alieno nomine poteſt eſſe in iudicio. 53. 42
Seruo ſua ſemper poteſt obijci inhabilitas. & quare. nu. 52. 42
Seruus an poſſit agere nomine alieno. 2. 158
Serui pro libero communiter habiti acta valent. num. 16. pag. 181
Seruitutes quomodo præſcribantur. 98. 415
Seruitutum preſcriptio requirit ſcientiam & patientiam illius, cōtra quem præſcribitur: ſecùs in corporalium præſcriptione, quæ etiam contra ignorantem procedit. 102. 417

Seruitutum negatiuarũ præſcriptio quid prę cęteris exigat. 103. eod.
Socij inculpatio & nominatio ad torturam facta non cauſat iudicium, niſi in facinoroſis. 242. 138
Socer vxoris quibus in rebus & quare magis ſit priuilegiatus quàm ſocer viri, in beneficio, quo quis non tenetur cedere bonis. 21. 449
Socer viri, ſi generum dolo induxit ad contrahẽdum ſub ſpe magnæ dotis promiſſæ, non gaudet etiam cõſtante matrimonio hoc priuilegio vt nõ teneatur vltrà, quam poſſit. 22. eod.
Solennitas non neceſſaria vitioſè adhibita, actum nõ vitiat. 20. 213
Solutionis electio ad Reum, actionum verò ad actorem ſoluentem ſpectat ante litem conteſtatam. num. 76. pag. 532
Solutione vnius partis debiti videtur altera parte agnoſci ſeu ratificari. 77. 408
Solutionis dilatoria ſi opponatur & probetur poſt litẽ conteſtatam, pergit proceſſus, nec impeditur ferri condemnatoria, amitt iturque duplicãdarum induciarum commodum. 81. 242
Spiritualis cauſæ cognitio nõ ſpectat etiam incidenter ad iudicem laicum. 261. 155
Spoliator quamuis de dominio ſuo incontinenti docere ſit paratus, prius tamẽ reſtituetur ſpoliatus, quã ſpolians audiatur de iure ſuo. 121. 69
Spoliator non eſt in iudicium admittendus. 17. 29
Spoliatus ſi contra ſe habeat præſumptionem iuris, aut ſuper dominio teſtes produci ſinat, & iudici de ſpoliantis dominio conſtet, non reſtituitur. 125. 70
Spoliatus à iudice ſi intra legitima tempora contumaciã purget, reſtituitur, etiamſi miſſus in poſſeſſionẽ de dominio ſuo incontinẽti doceat. 122. 69
Spoliato quæ competant aduerſus ſpoliãtem remedia: & ad quæ teneatur ſpoliator. 119. 68
Statutũ an poſſit ſic filiũ pro patre, aut è diuerſo patrem pro filio ad pœnã corporalẽ obligare vt & ad pecuniariã multam. 90. 484
Statutum prohibens facultatẽ opponẽdi exceptiones officium iudicis pro defenſionẽ implorare non niſi expreſsè interdicit. 4. 2
Statutum Epiſcopi non ligat delinquentem extra territorium ſuum. 105. 549
Statuliber in delictis tempus præſens inſpicit, ſi hoc ipſi proſit, & ſpes mutandi ſtatu

ſubſit: ſi illam non habeat, delicti hora conſideratur. 55. 43
Studioſus non poteſt in loco ſtudij cõueniri in cõtractib. in patria initis. 42. 196
Studioſus trium iudicum electionem habet, coram quo velit comparere. nume. 40. pag. 195
Studioſo recedere volente poteſt vnicuique agere volenti certus præfigi termin⁹. quo elapſo nemo audietur, quod non niſi cauſa cognita fiet. 18. 284
Subdelegat⁹ delegati Papę vel Principis an poſſit ſuam ſententiam exequi. 57. 521
Subſtitutio conditionalis coniuncta iuri accreſcendi trãſmittitur etiam ante euentũ. & quare. 183. 104
Succeſſio quando habeat vim ſolutionis in fideiuſſore creditori ſuccedente. num. 143. 81
Sumptus neceſſarij ſtudiorum cauſa in Macedoniano qui dicantur. 82. 409
Supplicatio à ſententia quomodo & quando impediat executionem. 54. 520
Supplicationis & appellationis differentiæ in impedienda executione. 55. 520
Suſpitio debitoris de fuga ſuſpecti, eiuſque cauſa ſummatim coram iudice probanda eſt: quod ſuſpecto etiam non vocato fieri debet. 23. 16
Suſpitionis cauſa, ſi nimis iudicem infamet, non eſt alleganda, ſed iuramẽtó partis de legitima ſuſpitione ſtandum eſt. 20. 15
Suſpitionis cauſa, ob quam Iudex recuſatur, an ſit à litigatore allegãda neceſſario. 18. 14
Suſpitionis cauſa coram arbitris & non coram iudice eſt proponenda & probanda. 19. 15
Syndicus quo caſu veniat ab actione repellendus. nu. 1. pag. 166

T.

TEmporis diuturnitas quãdoq; releuat quandoque tollit pœnam ciuiliter. 109. 419
Tempus interponendæ appellationis an & à quibus poſſit prorogari. 44. 516
Tempus immemoriale habetur loco tituli: & quomodo probetur. 92. 413
Tempus quomodo in petitione ante conditionis euentum, & ante diem duplicetur. 178. 100
Tempeſtate impeditus quatenus à contumacia citatus excuſetur. 39. 268
Termino aſſignato effluxo ſi à Reo opponatur dilatoria, cùm non poſſet, & à iudice parte non opponente, nec

contradicente, aut cōtradicente & non appellante admittatur, an valeat proceſſus. 91. 247

Terminus ad dilatorias proponendas ſimpliciter aſſignatus intelligitur peremptorius, ſic vt vlterius oppoſitio non concedatur. 88. pag. 248

Terminus à iudice præſentationi appellantis præfixus ſi negligatur, appellatio cenſetur deſerta. nume. 33. pag. 511

Termini duo ſi præfigantur, ſub quibus primum coram altero iudice, deindè coram præfigente præſentare ſe tenetur, & vnus obſeruetur, alter negligatur, an appellatio habeatur ꝓ deſerta, & executio remedio attentatorū ſit reuocanda. 34. 512

Tertij à perſona non volentis arbitrari quando poſſit recedi. 23. 592

Tertius ſi tantùm ius pignoris in re, in qua fiet executio, prætendat, non impedietur executio, ſed vendita re de pretio ſatisfiet creditori, reſiduumque in cauſam iudicati conuertetur, ſi ante venditionem aut adiudicationem, id eſt, executionem perfectam ſe oppoſuerit; ſeciùs ſi poſt. nu. 66. 525

Tertiusque quando impediat executionem, quæ ſuper re petita & in iudicium deducta fiet. 78. 534

Teſtium falſitas ſi ſit probata, ſententia per in integrum reſtitutionē retractabitur, etiamſi dolus vel ſcientia producentis nō interuenerit. 64. 473

Teſtibus precibus corruptis, at non pecunia vel rei interuentu, non reſcinditur ſententia. 65. 473

Teſtes ſi pecunia corrumpantur an ſic cauſa cadat corrūpens, ac ſi iudicem, aduocatum vel procuratorem pecunia corrupiſſet. 61. 472

in Teſtibus producēdis debilis eſt etiam quarta dilatio cū ſacramento. 15. 210

Titulus in longa præſcriptione non eſt neceſſarius ſi adſit bona fides, niſi ius commune reſiſtat. 91. 413

Titulus quando probetur ex vſu ſeruitutis, ſeu quaſi poſſeſſione. 111. 417

Tranſactio etiam iurata prætextu falſorum teſtium facta retractatur. 67. 474

Tranſactio inter heredem ſcriptum & legitimum inita, præiudicat creditoribꝰ, vt vtrumq; conuenire debeant pro rata. 102. 491

Tranſigens de iniuria quando fiat infamis. 193. 110

Turpitudinem ſuam allegans

quibus caſibus audiatur, in ſuum tantùm pręiudicium, & non tertij.161. 90
Tutor non poteſt in infante animi iudicium & affectum ſua authoritate ſupplere: ſed in tutoris perſona iudicium intentabitur, planeq; expedietur.67. 47
Tutori vel curatori pupilli vel adulti nomine volentibus experiri quę poſſint opponi.nu.1. 168

V.

VAſalli & tertij tranſactio præiudicat domino feudi.nu. 103. pag. 492
Vaſallus cum inimicis domini amicitiam contrahens, iuſtè poteſt feudo priuari. 17. 262
Velleiani exceptio quando generaliter locum habeat, & non habeat.nu.59.& num. 61. 401
Velleianum non iuuat mulierem in promiſſione dotis pro filia aut extranea, alimentorum, & ad pias cauſas.67. 404
Velleianum ſcientiam aut ignorantiam creditoris non curat indebito ſoluto, ſed tantùm, ne mulier damnũ patiatur.58. 401
Velleiani exceptione, ſi mulier condemnetur, non oppoſita, oritur aut renouatur in ſententia exceptio, vt poſt eam latam opponi poſſit.et quare.7. 444
Velleiani renuntiationem validat iuramentum, & excludit beneficium Velleiani.62. 402
Venales ſententiæ, quę aut pecunia aut interuentu cuiuſque rei impetrantur, cùm ſint ipſo iure nullæ, poterit talis exceptio poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam opponi, etiãſi vt iuſtè feratur data ſit. & quare.36. 459
Venditor agere impeditur de proprietate rei venditæ. n. 24. 31
Vendens ſcienter rem alienã ob dolum non liberatur traditione, ſed eam accipientis facere tenetur. nume. 188. 108
Venditor quando ſola traditione non liberetur.num. 189. 108
Vidua extra prouinciam duci in iudicium non poteſt.38. pag. 195
Vir & vxor non admittuntur ad iudicem famoſis actionibus conſtante matrimonio experiri. numero. 11. pag. 26
Vir bonus quis dicatur. num. 36. eod.
Vtile per inutile quando vitietur: & inutile

per vtile. num. 105. 252
Vulnerantes ſe inuicem quóad ſeipſos non tenentur: ſed criminaliter vterque punietur: cùm dolus cum dolo Reipublicæ intuitu non compenſetur. numer. 171. 96
Vxor ob adulterium ab ea commiſſum repellitur à repetitione dotis, & bonorum paraſernalium. num. 77. 51
Vxor an poſſit contra maritum actionem de dote conſtante matrimonio intentare. numer. 10. pag. 26

FINIS INDICIS.

*LAVS DEO SEMPER.*

Ob. 6. II. 3442

BIBLIOTEKA ELBLASKA

Ob. 6.II. 3442-3443